
















CATALOGUS
CODICUM
MANUSCRIPTORUM
BIBLIOTHECÆ REGIÆ.


TOMUS SECUNDUS.



PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DCCXL.





CATALOGI BIBLIOTHECÆ REGIÆ

PARS SECUNDA,

COMPLECTENS

CODICES MANUSCRIPTOS GRÆCOS.

VETUS TESTAMENTUM.

In-folio.

CODEX PRIMUS.

CODEX bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomena, Esdras, Nehemias, Machabæi, Josephus de Machabæis, Esther, Judith & Tobias. Geneseos initium desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

II.

Codex membranaceus, quo continentur Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Esdræ libri duo, Esther, Tobias, Judith, Machabæorum libri tres, in quibus multa ab editis diversa. Accesserunt variæ lectiones, summaria, indices, & alia hujusmodi. Sunt etiam folia quædam loco suo mota.

Is codex, qui sæculo decimo ineunte exaratus videtur, fuit aliquando penès homines obscuros, Blasium nempè, Presbyterum, & Bibliothecarium Meletium, Monachum, Victoropulum Rhacendytam, Presbyterum, & Theodoretum Monachum, eundemque magnum Ecclesiarcham.

III.

Codex membranaceus, quo continentur Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices, Ruth, libri Regum, Machabæorum primus usque ad versum decimum sextum capitis decimi; & secundus, à versu decimo capitis quinti, ad versum septimum capitis sexti. Ad oram codicis conjecta sunt scholia quædam, brevia quidem, non tamen spernenda.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IV.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices, Ruth, Esther, Judith, Tobias. Ad calcem verò adjecta

1.° *Methodii* Patarensis prophetia de Romanis & Ismaëlitis.

2.° Quædam de Antichristo, excerpta è Joanne Chrysostomo, sacris Scripturis, Hesychio, &c.

Is codex sub finem decimi tertii sæculi videtur exaratus, illudque in vetustissimis membranis, quæ jus Græco-Romanum continebant, ut constat è veteris scripturæ superstitibus etiamnum vestigiis.

V.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices, Ruth. Folia multa loco suo mota. Præmittitur Aristeas de septuaginta interpretibus, cujus initium desideratur. Præfixa quoque nomina & synopsis librorum Veteris Testamenti, juxta Judæorum doctorum placita. Desunt nonnulla.

2.° *Theodoreti* in libros scripturæ, de quibus supra, commentarii. Multa etiam folia loco suo mota; alia non pauca desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

V I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Liber Geneseos, qui incipit à versu secundo capitis vigesimi octavi.

2.° Exodus. Desiderantur folia duo.

3.° Leviticus. Multa passim folia desiderantur.

4.° Numeri. Folia quatuor variis in locis desiderantur.

5.° Deuteronomium.

6.° Josue. Folia non pauca desiderantur.

7.° Judices. Finis & passim nonnulla folia desiderantur.

Hujusce codicis, sæculo decimo tertio, ut videtur, exarati, initio, occurrit fragmentum vitæ sancti Petri, Episcopi Alexandrini. Ad calcem verò fragmentum aliud ex itinerario sancti Petri descriptum.

V I I.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Esdræ libri duo.

Is codex sæculo decimo exeunte exaratus videtur, exceptis lacunis quibusdam quæ recentiore manu suppletæ sunt.

V I I I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Regum libri quatuor. Sub finem nonnulla desiderantur. Passim quoque desiderantur folia quædam; sunt & alia loco suo mota. Conjecta præterea ad marginem brevia aliquot scholia.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

I X.

Codex membranaceus, olim Medicæus, cujus scriptura duplex, altera adhuc nigra, & sancti Ephræmi opera exhibens, altera jam præ vetustate decolor &, offuso recentiore atramento, oculos fugiens. De utraque sic habet clarissimus Boivinus.

Solebant olim librarii inopes, quibus deerant membranæ ad libros describendos, antiqua exemplaria diffuere, & scripturæ alienæ seu spongia seu vetustate deletæ, suam superillinere. Ejusmodi libros non paucos habet Bibliotheca regia, atque in iis codicem hunc quem recensemus.

Constat hic codex foliis membraneis ducentis novem, quorum singulæ paginæ duplicem & diversæ ætatis scripturam exhibent.

Recentiore atramento scripta sunt sancti Ephræmi opera, & quidem decimo tertio sæculo exeunte; vetere & litteris quas vocant uncialibus, idque sine accentibus (quæ est optima nota antiquitatis) scripti sunt libri sacri, Job, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus & Novum Testamentum.

Atque hæc quidem vetere codice integro, integra omnia & continua fuerunt, nunc mutila pleraque & abrupta; ex quo videlicet recentioris librarii manu vetus codex discerptus in novum transiit.

Certè is qui Sancti Ephræmi orationes in vetustis hisce membranis exaravit, operam videtur dedisse, ne usui deinde unquam forent venerandæ illæ codicis sacri reliquiæ; adeò folia permiscuit, invertit & transposuit.

Attamen usui esse etiam nunc possunt, si foliorum ordo restituatur, aut si in promptu sit index capitum ad foliorum transpositorum numeros accommodatus, cujus ope reperiantur fragmenta utriusque Testamenti per totum codicem dispersa.

INDEX,

Seu utriusque Testamenti fragmenta suo ordini restituta.

VETUS TESTAMENTUM.

JOB.

PROVERBIA.

ECCLESIASTES.

CANTICUM CANTICORUM.

SAPIENTIA.

ECCLESIASTICUS.

Capit. XII. . . . . 174.
XIII.
XIV. . . . . 173.
XV.
XVII. . . . . 114.
XVIII. . . . . 149.
XIX.
XX.
XXI. . . . . 95.
XXII.
XXVII. . . . . . . 92.
XXVIII.
XXX. . . . . 196. Post ultimum versum statim sequitur ὡς καλαμώμενος ὀπίσω τρυγητῶν, ut in editione Aldi; quæ verba in aliis editionibus pertinent ad capitis XXXIII. versum 16. aliàs 20.

XXXV. . . . . 180. Hoc caput in editione Romana est XXXII.

XXXVI. . . . . . . 180. Hoc caput in editione Romana XXXIII. Post versum 10. statim legitur ἀγρυπνία πλούτου ἐκτήκει σάρκας, quæ verba in editione Romana & in editione Aldi sunt initium capitis XXXIV. in aliis autem sunt initium capitis XXXI.

XXXVII. . . . . . 183.
XXXVIII.
XXXIX. . . . . . 199.
XL. . . . . 78.
XLI. . . . . 81.
XLII. . . . . 6.
XLIII.
XLV. . . . . 9.
XLVI.
XLVII. . . . . 4.
XLVIII. . . . . . . 77.

NOVUM TESTAMENTUM.

MATTHÆUS.

Capit. I. . . . . *fol.* 106.
II. . . . . 107.
III. . . . . 204.
IV. . . . . 204.
V.
VII. . . . . 207.
VIII. . . . . 112.
IX.
X. vers. 6. *fol.* 65. vers. 41. *fol.* 162.

Capit. XI. . . . . 162.
XII. vers. 4. *fol.* 122. vers. 40. *fol.* 205.
XIII. vers. 21. *fol.* 206. vers. 51. *fol.* 129.
XIV. . . . . 155.
XV. . . . . 58.
XVI. . . . . 152.
XVII.
XVIII. . . . . 59.
XIX. . . . . 60.
XX. . . . . 63.
XXI. . . . . 64.
XXII.
XXIV. . . . . 156.
XXV.
XXVI. . . . . 62. 61.
XXVII.
XXVIII. . . . . . . 161.

MARCUS.

Capit. I. . . . . *fol.* 160.
II. . . . . 108. 113.
III. . . . . 158.
IV. . . . . 159.
V. . . . . 111.
VI. . . . . 157.
VIII. . . . . 36.
IX. . . . . 24. 79.
X. . . . . 19. 76.
XI. . . . . 39.
XII.
XIII. . . . . 186.
XIV. . . . . 2. 75.
XV. . . . . 2. 151.
XVI. . . . . 151. *verso.*

LUCAS.

Capit. I. . . . . *fol.* 80. 193.
II. . . . . 5.
III.
IV. . . . . 172.
V. . . . . 175.
VI. . . . . 1.
VII.
VIII. . . . . 117.
IX. . . . . 133 178.
X. . . . . 134. 185.
XI. . . . . 118.

Ad Philippenses.

Capit. I. . . . . *fol.* 101.
II.

Ad Colossenses.

Capit. I. . . . . *fol.* 195.
II. . . . . 8.
III.
IV. . . . . 38.

Ad Thessalonicenses I.ª

Capit. I. . . . . *fol.* 38. *verso.*
II.

Ad Thessalonicenses II.ª

Nihil.

Ad Timotheum I.ª

Capit. III. . . . . *fol.* 119.
IV.
V.

Ad Timotheum II.ª

Capit. I. . . . . *fol.* 115.
II.
III. . . . . 198.
IV.

Ad Titum.

Capit. III. . . . . *fol.* 139.

Ad Philemonem.

Capit. I. . . . . *fol.* 139. *verso.*

Ad Hebræos.

Capit. II. . . . . *fol.* 37.
III.
IV. . . . . 45.
V.
VI. . . . . 116.
VII.
IX. . . . . 136.
X.
XII. . . . . 131.
XIII.

EPISTOLÆ VII. CANONICÆ.

JACOBI.

Capit. I. . . . . *fol.* 71.
II. . . . . 98.
III.

PETRI I.ª

Capit. I. . . . . *fol.* 135.
II. . . . . 132.
III.

PETRI II.ª

Capit. I. . . . . *fol.* 82.
II.
III. . . . . 68.

JOANNIS I.ª

Capit. I. . . . . *fol.* 110.
II. . . . . 110. 189.
III. . . . . 189.

JOANNIS II.ª

Desideratur.

JOANNIS III.ª

Caput unicum. . . . . 190.

JUDÆ.

Caput unicum. . . . . 190. 109.

APOCALYPSIS.

Capit. I. . . . . *fol.* 197.
II. . . . . 120.
III.
VI. . . . . 128.
VII.
IX. . . . . 73.
X.
XI.
XIII. . . . . 192.
XIV. . . . . 66.
XV.
XVI.
XVIII. . . . . 123.
XIX.

De quibus non liquet.

Fol. 32. *verso* Γνόφος ὑποκάτω αὐτοῦ. Videndum an sit caput XXII. libri secundi Regum, cujus capitis versu 10. legitur, καὶ γνόφος ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

Fol. 44. *linea* 1. ὀρύσσων βόθρον ἐν αὐτῷ ἐμπεσεῖται. Occurrunt ea verba Ecclesiastici capitis XXVII. vers. 27. sed quæ sequuntur, aliò pertinent.

Fol. 83. ἕως καιροῦ κρύψει τοὺς.... ους αὐτοῦ.

Ibidem fol. verso. καὶ ἀφήσει ἁμαρτίας καὶ σώσει ἐν καιρῷ θλίψεως.

Hujus codicis, non ita pridem è tenebris eruti, primus publicè meminit R. P. Bernardus Lamy, in appendice ad commentarium in Harmoniam Evangel. *pag. 556.* Meminere deinde & alii: ac novissimè R. P. D. Bernardus Montefalconius, quam ex hoc ipso codice excerptam narrationem de Piscina probatica jam expresserant Lamius & Sikius in bibliotheca librorum novorum, ipse quoque à nobis acceptam æri incidi curavit & palæographiæ suæ intexuit. Nescio autem quàm ob causam hunc codicem non tanti fecerit, quanti faciendum esse putaverunt plerique fere omnes.

Quod ad S. Ephræmum attinet, hæc sunt illius opera.

1.° Tractatus de virtutibus & vitiis. Multa hinc & inde desiderantur.

2.° Oratio ad eversionem superbiæ. Abest initium.

3.° Oratio compunctoria.

4.° Oratio ascetica.

5.° Oratio de timore Dei, ad imitationem Proverbiorum.

6.° Oratio ad correctionem eorum qui vitiosè vivunt.

7.° Reprehensio sui ipsius & confessio.

8.° Oratio de affectibus.

9.° De pœnitentia.

10.° Orationes compunctoriæ.

11.° Oratio parænetica.

12.° Oratio de Patribus morte consummatis.

13.° Heptasyllaba.

14.° Oratio de timore animæ.

15.° Oratio ex Ephræmi doctrina.

16.° Commonitorium.

17.° De anima, quando tentatur ab hoste, quomodo debeat cum lacrymis Deum deprecari.

18.° Oratio de judicio & compunctione.

19.° Oratio de patientia.

20.° Oratio de beatitudinibus & miseriis.

21.° Confessio, seu precatio ad Deum.

22.° Oratio in secundum Christi adventum.

23.° Oratio de fide.

X.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur Tobias, Job, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia Salomonis, Sapientia Jesu filii Sirach, Sapientia Salomonis iterum; verùm tria tantùm priora hujusce operis capita, & quarti initium ibi reperiuntur; Machabæorum libri quatuor, verùm quartus ille liber idem prorsus est cum eo Josephi opusculo, quod de imperio rationis inscribitur; Esther, Judith.

Is codex qui, sæculo decimo ineunte videtur exaratus, fuit quondam penès Joannem & Theodorum ἄρχοντας nescio quos; fuit & penès Arsenium Monembasiæ Archiepiscopum, ut constat ex ejus chirographo primæ paginæ præscripto.

XI.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Job.

2.° Salomonis Proverbia.

3.° Ecclesiasticus.

4.° Cantica canticorum.

5.° Sapientia Jesu, filii Sirach.

6.° *Maximi,* Confessoris, definitiones variæ, è sanctorum Patrum scriptis excerptæ.

7.° Ejusdem epistola ad Cosmam Diaconum, de communi & proprio, id est, de essentia & hypostasi.

8.° Ejusdem capita decem de duabus in Christo naturis.

9.° Ejusdem epistola ad Joannem Archiepiscopum, quod anima sit incorporea.

10.° Ejusdem epistola ad Joannem Presbyterum, qua ostenditur animam etiam post hominis mortem intelligere.

11.° Ejusdem epistola ad Pyrrhum Presbyterum.

12.° Ejusdem disputatio habita cum Pyrrho.

13.° Ejusdem capita de charitate.

Is codex fine mutilus, decimo tertio sæculo exaratus videtur.

XII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Psalterium cum canticis psalmis adjungi solitis.

2.° Horologium, sive preces diurnæ per totum annum in Ecclesiis Græcorum recitandæ.

3.° *Philothei*, Patriarchæ Constantinopolitani, troparia in formam dialogi, Christum inter & S. Deiparam.

4.° *Leonis* Imperatoris canticum compunctionis ex meditatione extremi judicii.

Is codex manu Matthæi Thutoræ anno 1419. exaratus est.

XIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Psalmi Davidis, & sacræ scripturæ Cantica; sed psalmorum pars dimidia & amplius desideratur.

2.° Paracleticum.

3.° Menæum duodecim mensium. Desideratur major pars mensium Maii & Junii.

4.° Officium beatæ Virginis.

5.° Triodium à dominica Publicani, ad Sanctorum omnium dominicam. Alia desiderantur, alia loco suo mota.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

XIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Osee Propheta. Capita decem priora desiderantur.

2.° Michæas.

3.° Joel.

4.° Abdias.

5.° Jonas.

6.° Nahum.

7.° Malachias. Desinit in versu duodecimo capitis decimi noni.

8.° Isaias. Incipit à versu nono capitis decimi noni.

9.° Jeremias, ad versum usque decimum tertium capitis trigesimi primi. Incipit deinde à versu vigesimo primo capitis quinquagesimi primi.

10.° Baruc. Desinit in versu decimo nono capitis secundi.

11.° Lamentationes Jeremiæ. Incipiunt à versu decimo quarto capitis secundi.

12.° Ezechiel, ad versum usque octavum capitis secundi. Incipit deinde à versu nono capitis trigesimi octavi, & desinit in versu tertio capitis quadragesimi octavi.

13.° Epistolæ Pauli, quibus præmittuntur argumenta.

14.° Acta Apostolorum.

15.° Epistolæ catholicæ, unà cum illarum argumentis.

16.° Evangelium Matthæi.

17.° Evangelium Marci. Folia quædam desiderantur.

18.° Evangelium Lucæ. Folia quædam desiderantur.

19.° Evangelium Joannis.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

XV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, ibi continentur:

1.° Joel. Initium desideratur.

2.° Abdias.

3.° Jonas.

4.° Nahum.

5.° Abacuc.

6.° Sophonias.

7.° Aggæus.

8.° Zacharias.

9.° Malachias.

10.° Isaias.

11.° Jeremias. Interdum folia nonnulla desiderantur.

12.° Baruc. Unum folium desideratur.

13.° Jeremiæ lamentationes, oratio & epistola cujus finis desideratur.

14.° Ezechiel. Desideratur initium.

15.° Initium Danielis.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

XVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Isaiæ & Ezechielis prophetiæ. In hoc autem nostro exemplari nulla capitum aut versuum distinctio occurrit.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

VETUS TESTAMENTUM.

In-quarto.

XVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, viginti duobus foliis constans, quorum septem

septem ad Exodum, tredecim ad Leviticum, & duo ad Numeros pertinent. Ibi Origenis obelos & astericos reperias. Nulli prætereà spiritus vel accentus occurrunt.

Is codex, quo nullum ex illis omnibus qui ad nos pervenerunt vetustiorem judicat vir harum rerum peritissimus D. Bernardus de Montfaucon, litteris penitùs quadratis exaratus est. Illum vide, *Palæog. lib. 3. pag. 186.* ubi hujusce exemplaris quædam specimina repræsentantur.

XVIII.

Codex partim membranaceus, partim bombycinus, olim Thuanæus, postea Colbertinus, quo continentur :

1.° Liber Jobi, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Liber Sapientiæ, & Ecclesiasticus Jesu, filii Sirach. Conjectæ inter lineas & ad marginem vocabulorum quorumdam explicationes Latinæ.

2.° Lexicon quo exponuntur voces difficiliores quæ in libris Jobi, Proverbiorum & Sapientiæ occurrunt.

Hujusce codicis pars membranacea undecimo sæculo, pars bombycina decimo tertio videtur exarata.

XIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Job.

2.° *Justini* Philosophi & Martyris cohortatio ad Græcos.

3.° Apocalypsis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

XX.

Codex membranaceus, olim Domini Louail, quo continetur Psalterium, à psalmo nonagesimo secundo, ad psalmum usque centesimum trigesimum sextum.

Is codex litteris majusculis decimo sæculo exaratus videtur.

XXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Psalmi Davidis, & Cantica sacræ scripturæ, litteris aureis scripta.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

XXII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Psalmi Davidis, & sacræ scripturæ Cantica. Præmittuntur calendarium & canones Paschales.

2.° Beatitudines è Matthæi Evangelio.

3.° Symbolum orthodoxæ fidei.

4.° Interrogata & responsa de sancta Trinitate, è Patribus collecta.

5.° Oratio Dominica.

6.° Typica sanctæ Ecclesiæ.

7.° Hymnus Cherubicus.

8.° Hymnus eucharisticus post sanctam communionem.

9.° Troparia τοῦ ἀμώμου.

10. Preces pro defunctis.

11.° Ordo τοῦ ἀποδείπνου, Completorium & variæ preces ad Deum, ad Trinitatem, ad Christum, ad B. Virginem, ad Angelos & ad Sanctos.

12.° Ordo præscriptus à sancto Patre nostro Ephræmo, quomodo Monachi accedere debeant ad inaccessibilem Deum.

13.° Canon paracleticus ad dominam nostram semper Virginem Mariam.

14.° Oratio media nocte & omni hora recitanda.

15.° Preces variæ.

16.° Interrogata & responsa de Trinitate & Incarnatione.

17.° De variis hominis ætatibus.

18.° Dierum observatio variis in negotiis adhibenda. Auctor fertur *Esdras* Sacerdos.

19.° Versus ad interpretationem somniorum pertinentes.

20.° Observatiuncula de psalmodia.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

XXIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur :

1.° Psalmi Davidis, & sacræ scripturæ Cantica. Desideratur initium.

2.° Preces variæ in ecclesiastico Græcorum officio recitari solitæ.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

XXIV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Psalmi Davidis, & sacræ scripturæ

Cantica. Nonnunquam inter lineas occurrit vocum Græcarum Latina interpretatio, manu recentiore ſcripta.

2.° Canon paracleticus, ſive preces ad Deiparam.

Is codex undecimo ſæculo exaratus videtur.

XXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Pſalmi Davidis, & ſacræ ſcripturæ Cantica. Initium deſideratur.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

XXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Pſalmi Davidis, & ſacræ ſcripturæ Cantica.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

XXVII.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur Pſalmi Davidis. Initio quædam deſiderantur.

Is codex decimo tertio ſæculo videtur exaratus.

XXVIII.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur Pſalmi Davidis. Præmittitur ſymbolum Apoſtolorum.

Is codex decimo quarto ſæculo videtur exaratus.

XXIX.

Codex chartaceus, Pauli Lucas opera ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur pſalterii initium, tum deinde variæ preces pſalmis intermixtæ, & in diurno, nî fallor, Græcorum officio uſurpari ſolitæ.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

XXX.

Codex membranaceus, Pauli Lucas opera ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur Pſalmi Davidis, & varia ſcripturæ Cantica. Sunt autem ibi complures pſalmi, quorum initium aut finis deſideratur. Monendum eſt præterea deletæ ſcripturæ veteri novam ſuperillitam eſſe.

Is codex manu Sylveſtri Rhacendytæ anno Chriſti 1438. exaratus eſt.

XXXI.

Codex chartaceus, olim Domini du Freſne, quo continentur Pſalmi Davidis, & ſacræ ſcripturæ Cantica; alterum paginæ latus occupat interpretatio Latina, à Vulgata minimè diverſa.

Is codex impenſis Petri Calliergi anno Chriſti 1469. exaratus eſt.

XXXII.

Codex chartaceus. Ibi continentur Pſalmi Davidis, & ſacræ ſcripturæ Cantica.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

XXXIII.

Codex chartaceus, emptus anno Chriſti 1687. quo continentur Pſalmi Davidis cum paraphraſi ſive expoſitione perpetua inter ſingulos pſalmorum verſiculos interjecta. Adſcripta ſunt ad marginem illorum argumenta verſibus politicis; quod tamen non ubique factum, ſed voluminis initio neglectum.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

XXXIV.

Codex chartaceus, olim Bethunianus. Ibi continentur Pſalmi Davidis & ſacræ ſcripturæ Cantica.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

XXXV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Proverbia Salomonis.

2.° Eccleſiaſtes.

3.° Canticum canticorum.

4.° Sapientia Salomonis.

5.° Sapientia Jeſu, filii Sirach.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

XXXVI.

Codex chartaceus. Ibi continentur:

1.° Proverbia Salomonis, quæ inter occurrunt quædam de natura hominis, & icon ſancti Panteleemonis.

2.° *Hippocratis* prænotiones, ad quarum calcem illius icon conſpicitur.

3.° Ejuſdem aphoriſmi, quibus ſubjicitur brevis anonymi interpretatio.

4.° Idem de diæta.

5.° Idem, de venæ sectione, subjuncta brevi interpretatione.

6.° *Pauli Æginetæ* excerpta ex Hippocrate & Galeno, de venæ sectione.

7.° Sapientia Jesu, filii Sirach.

8.° Salomonis Ecclesiastes.

9.° Salomonis Sapientia.

10.° Anonymi præcepta quædam ad diætam pertinentia. Initium τροφῆς καὶ πόσεως.

11.° Canticum canticorum.

12.° *Simeonis Seth*, Antiocheni, tractatus de alimentorum facultatibus ad Manuelem Porphyrogenitum.

13.° Anonymi excerpta, ubi de quatuor elementis è quibus mundus & homo constant.

14.° *Dionysii Simplicis*, Medici & Philosophi, tractatus ineditus de hominis fabrica. Initium περὶ τῆς κατασκευῆς.

15.° Anonymus de urinis.

16.° Varia remedia ad tuendam valetudinem idonea.

17.° Excerpta è variis Medicorum scriptis.

18.° Anonymi nonnulla ad grammaticam pertinentia.

19.° Spheræ cœlestis icon.

20.° Anonymi observationes quædam, ubi de plantis disseritur.

21.° Lexicon Botanicum, ubi voces Indicæ exponuntur. Desiderantur quædam.

22.° Anonymus de eclipsibus solis & lunæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

XXXVII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur.

1.° Excerpta è Proverbiis Salomonis.

2.° Disputatio Philosophi in Arii gratiam, habita in concilio Nicæno. Auctor exscriptam ait ex ejusdem concilii actis.

3.° Excerpta è libris sacris, & historiæ Constantinopolitanæ scriptoribus, ubi insulsa multa reperias.

4.° Sancti *Maximi* capita de charitate.

Is codex manu recentiori exaratus est.

XXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur Salomonis testamentum, opus commentitium & insulsum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

XXXIX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Nonnulla Veteris Testamenti loca, è Prophetis potissimùm excerpta.

2.° Anonymi, qui se libellorum supplicùm magistrum inscribit, oratio in laudem Imperatoris, cujus nomen in contextu non occurrit.

3.° Varia sancti Gregorii carmina, nondum, ut puto, cum editis collata.

4.° Luciani solœcista.

5.° Anonymi annotatio, qua explicatur vox à sancto Gregorio Nazianzeno in oratione, qua sanctus Athanasius laudatur, usurpata.

6.° Anonymi explicationes allegoricæ in varia sacræ Scripturæ loca, quibus nonnulla de virtutibus & vitiis interjecta reperias.

7.° Anonymi oratio in evangelium quod die Palmarum legi solet.

8.° Anonymi oratio in dominica Paralytici habita.

9.° Anonymi oratio, ubi de dæmonibus.

10.° Anonymi oratio in dominica Samaritanæ.

11.° Descriptio Satyri. Auctoris nomen desideratur.

12.° Descriptio Bacchi. Auctoris nomen desideratur.

13.° Anonymi declamatiuncula in meretrices.

14.° Explicationes vocum nonnullarum quæ in Veteri Testamento, Evangeliis & Pauli Epistolis leguntur.

15.° Varia Christi nomina, numero 92. è quibus decem Hebraica sunt.

16.° *Michaelis*, Monachi & Presbyteri, epistola ad Tyri Archiepiscopum, ubi de rebus ad morum doctrinam pertinentibus disseritur. Subjuncti sunt versus quidam ejusdem argumenti.

17.° Anonymi Rhetoris carmen in publicum Imperatoris egressum.

18.° Fragmenta duo, unum ad geographiam, alterum ad historiam Persicam spectans. Initium desideratur.

19.° Definitiones & divisiones variæ, quæ circa res ad physicam & ethicam potissimùm spectantes, versantur.

20.° Preces in summa aquarum penuria recitandæ.

21.° Anonymi prolegomena in Epicteti enchiridion. Initium desideratur.

22.° *Evagrii* de septem vitiosis cogitationibus opusculum.

23.° Hippolytus de Bdella.

24.° *Nili* de septem vitiosis cogitationibus libellus.

25.° Anonymi de cœlo, terra, sole, luna, sideribus, tempore & diebus, opusculum.

26.° Numerus & nomina mensium apud Hebræos, Ægyptios & Athenienses receptorum.

27.° Empedoclis sphæra.

28.° Excerptum è Procopii opere de Justiniani Imperatoris ædificiis.

29.° Fragmenta duo, unum è Sophoclis Ajace, alterum ex Æschyli Prometheo vincto.

30.° Anathematismus in Sarracenos.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

VETUS TESTAMENTUM.

In-octavo.

X L.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Davidis Psalmi, & varia Cantica quæ in libris sacris occurrunt.

2.° Oratio Ezechiæ, quæ extat Isaiæ capite trigesimo octavo.

3.° Oratio Manassæ.

4.° Hymnus matutinus.

5.° Preces ex Isaia.

6.° Beatitudines ex Evangelio.

7.° Oratio Symeonis.

8.° Preces ad sanctam communionem.

9.° Nomina septem vitiorum.

10.° Epochæ quædam celebriores, ab Adamo ad Christum usque.

11.° Hymnus Cherubicus.

12.° Symbolum.

13.° Oratio Dominica, aliæque preces.

14.° Troparia.

Is codex manu Demetrii Presbyteri, anno Christi 1092. exaratus est.

X L I.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Psalmi centum quinquaginta, quibus adjuncta sunt scholia brevissima.

2.° Scripturæ sacræ Cantica; item *Ezechiæ* & *Manassis* regum orationes, cum brevissimis quoque scholiis.

3.° Hymnus matutinus.

4.° Symbolum.

5.° Quinam psalmi sint quos Latini pœnitentiales appellant.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

X L I I.

Codex membranaceus, Romæ emptus anno Christi 1715. Ibi continentur Psalmi Davidis, & sacræ scripturæ Cantica. Finis desideratur; initium verò in charta scriptum, manuque recentiori suppletum est.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

X L I I I.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Psalmi Davidis. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

X L I V.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur Psalmi Davidis. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

X L V.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Psalmi Davidis, & sacræ scripturæ Cantica.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

X L V I.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Psalmi Pœnitentiales, & quidam alii, cum Canticis Deiparæ, Symeonis & Zachariæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-folio.

X L V I I.

Codex membranaceus, emptus anno Christi 1687. quo continentur:

1.° Quatuor Evangelia. Præfixus capitum Index.

2.° Acta Apostolorum.

3.° Septem Epistolæ canonicæ.

4.° Epistolæ Pauli, quibus præmittuntur argumenta.

5.° Duo synaxaria.

6.° Apocalypsis.

7.° Psalmi & Cantica.

Is codex manu Nicephori Cannavi anno Christi 1364. exaratus est.

XLVIII.

Codex membranaceus, à D. Francisco de Camps Ludovico XIV. oblatus, quo continentur Evangelia quatuor. Præmittuntur *Eusebii* canones & illius epistola ad Carpianum. Accedit *Hippolyti* Evangeliorum chronologia.

Is codex decimo sæculo litteris majusculis exaratus videtur.

XLIX.

Codex membranaceus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Præmittuntur Evangeliorum canones, ut & *Eusebii* ad Carpianum epistola.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

L.

Codex membranaceus, olim Tellerianus, quo continentur Evangelia quatuor. Initium desideratur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

LI.

Codex membranaceus, olim Domini du Fresne, quo continentur quatuor Evangelia. Singulis Evangeliis, si Matthæum exceperis, præmittuntur Evangelistarum imagines, argumenta, & index sectionum.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

LII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Initium sancti Matthæi recentiori manu suppletum est. Tredecim versus capitis Lucæ ultimi desiderantur, ut & duo fermè ultima capita sancti Joannis.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

LIII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur Evangelia quatuor. Hujusce autem codicis pag. 342. ad marginem annotatur, historiam mulieris adulteræ in quibusdam manuscriptis non reperiri.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

LIV.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° Matthæi Evangelium, Græcè & Latinè.

2.° Marci Evangelium, Græcè & Latinè; Latinè quidem ad capitis undecimi versum quartum: Græcè verò penè integrum. Ultimi enim capitis sex tantùm versus desiderantur.

3.° Lucæ Evangelium, Græcè tantùm, si capitis quinti versus vigesimum primum, vigesimum secundum, vigesimum tertium & vigesimum quartum excipias, qui Latinè exhibentur.

4.° Joannis Evangelium, Græcè & Latinè. Latina versio desinit in caput duodecimum, versu decimo septimo.

Initio codicis præfixi sunt canones Evangeliorum, Latinè. Singulis verò Evangeliis præmittitur imago Evangelistæ sedentis apud pluteum libraria supellectili instructum. In serie præterea insertæ suis locis imagines minores ad evangelicam historiam pertinentes, integræ quidem viginti, inchoatæ autem sex.

Is codex decimo tertio sæculo exeunte videtur exaratus: illius paginæ singulæ duabus columnis constant, una Græca, altera Latina, vel omninò vacua.

LV.

Codex membranaceus, olim Cardinalis Borbonii. Ibi continentur quatuor Evangelia, Græcè & Latinè, ex interpretatione Vulgata. Ad calcem reperiuntur icones & tabulæ officii ecclesiastici.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

LVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Acta Apostolorum.

2.° Septem catholicæ Epiſtolæ, quibus præfixa argumenta.

3.° Quatuordecim Pauli Epiſtolæ cum ſimilibus argumentis.

4.° Joannis Apocalypſis. Deſunt quinque ultimi verſiculi.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

L V I I.

Codex membranaceus. Ibi continentur:

1.° Lucæ Evangeliſtæ Acta Apoſtolorum. Præmittuntur preces ad uſum eccleſiæ Græcæ. Initium deſideratur.

2.° Septem Epiſtolæ catholicæ.

3.° Pauli Apoſtoli Epiſtolæ.

4.° Synaxarion Pauli Apoſtoli, incipiens à menſe ſeptembri.

5.° Duo ſynaxaria Apoſtolorum.

6.° Salomonis Eccleſiaſtes.

7.° Ejuſdem Sapientia.

8.° Ejuſdem Cantica canticorum.

9.° Ejuſdem Proverbia. Deſunt ad finem duo folia.

10.° Fragmentum precum ad uſum eccleſiæ Grecæ.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

L V I I I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Acta Apoſtolorum, & SS. Jacobi, Petri & Pauli Epiſtolæ canonicæ. Initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

L I X.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Acta Apoſtolorum. Præmittitur prologus ut & capitum index.

2.° Septem Epiſtolæ catholicæ cum ſcholiis.

3.° Epiſtolæ Pauli. Præfixa argumenta.

4.° Apocalypſis. Præmittuntur excerpta ex Œcumenii in Apocalypſim commentariis. Præmittitur quoque capitum index.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

L X.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Epiſtolæ catholicæ. Præfixa ſingulis argumenta. Conjecta etiam ad marginem brevia quædam ſcholia.

2.° Epiſtolæ Pauli, unà cum argumentis & ſcholiis marginalibus.

3.° Index lectionum ex Apoſtolorum actis, quæ in officio Græcorum eccleſiaſtico recitari conſueverunt.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-quarto.

L X I.

Codex membranaceus, olim Boiſtallerianus. Ibi continentur Evangelia quatuor, Acta Apoſtolorum, Epiſtolæ catholicæ & Epiſtolæ Pauli.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

L X I I.

Codex membranaceus, quo continentur Evangelia quatuor. In Matthæo deſiderantur quatuor poſtremi verſus. In Joanne, dimidia fermè pars capitis ultimi.

Is codex litteris uncialibus, neque illis inclinatis, exaratus eſt, proindèque ad ſæculum octavum referendus videtur.

L X I I I.

Codex membranaceus, ex inſula Cypro in Bibliothecam Colbertinam anno Chriſti 1673. illatus. Ibi continentur Evangelia quatuor, quibus præfixa ſynaxaria duo & *Euſebii* canones.

Is codex litteris uncialibus exaratus ad octavum ſæculum referendus videtur.

L X I V.

Codex membranaceus, quo continentur Evangelia quatuor. Præmittuntur *Euſebii* canones, unà cum illius ad Carpianum epiſtola. Ad calcem verò occurrunt ſynaxaria duo, prius evangeliorum, alterum menſium.

Is codex decimo ſæculo exaratus videtur.

L X V.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera anno Chriſti 1718. illatus. Ibi continentur:

1.° Evangelium Matthæi, initio mutilum, & foliorum ordine perturbato deformatum. Interciderunt autem, ut opinor, folia viginti duo, ſuperſunt ſexaginta duo.

2.° Evangelium Marci integrum. Post capitulum vigesimum quartum, folia octo recentiore manu restituta sunt.

3.° Evangelium Lucæ item integrum. Post capitulum vigesimum quintum, occurrunt folia duo pertinentia ad Evangelium Matthæi; at post capitulum centesimum quartum, folia octo manu recentiore scripta.

4.° Evangelium Joannis. Sub finem pauca tantùm desiderantur. Sequitur synaxarium fine quoque mutilum. Observandum autem est singulis Evangeliis, præter quàm Matthæo, cujus initium deest, præmitti capitum, sive majorum sectionum indicem.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

LXVI.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur Evangelia quatuor.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

LXVII.

Codex membranaceus, quo continentur Evangelia quatuor. Præfixus singulis Evangeliis capitum index; præfixi quoque versus in Evangelistas. Addita prætereà, initio Matthæi, observatio de tempore quo unumquodque Evangelium in ecclesia legitur. Ad calcem verò rejectum synaxarium.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

LXVIII.

Codex membranaceus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Ad calcem adjectum est synaxarium in charta scriptum, illudque recentiore manu.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

LXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia quatuor. Tribus postremis præmittitur capitum index; Matthæi enim initium desideratur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

LXX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Præfixi *Eusebii* canones, & illius ad Carpianum epistola. Præfixus quoque capitum index. Singulorum prætereà Evangeliorum initio conspicitur Evangelistæ imago, non ineleganter expressa. Ad calcem verò manu recentiore annotatur, nostrum hunc codicem anno decimo imperii Nicephori scriptum esse; quod de Nicephoro primo Caroli magni æquali, vir aliquis doctus intelligendum existimat. Sed neque Nicephorus primus, neque etiam secundus tot annos imperarunt. Ad secundi tamen ætatem propiùs accedit exemplaris illius scriptura, nec immeritò quis statuat exeunte sæculo decimo exaratum esse.

LXXI.

Codex membranaceus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Præmittuntur:

1.° Synaxarium accuratè indicans caput & sectiones uniuscujusque Evangelii in officio Græcorum ecclesiastico recitandi.

2.° *Eusebii* canones, cum illius ad Carpianum epistola.

3.° Singulis Evangeliis præfixa argumenta, index capitum, & Evangelistarum icones rudi penicillo delineatæ.

4.° Leguntur ad calcem versus hexametri in Evangelistas.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

LXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia quatuor. Initium Matthæi desideratur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

LXXIII.

Codex membranaceus, quo continentur Evangelia quatuor. Præfixi, illudque aureis litteris, *Eusebii* canones, unà cum illius ad Carpianum epistola, capitum index & synaxarium.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

LXXIV.

Codex bombycinus, quo continentur Evangelia quatuor. Singulis fermè paginis occurrunt picturæ non omninò inelegantes.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

LXXV.

Codex membranaceus, ibi continentur Evangelia quatuor. Ad calcem reperitur synaxarium.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

LXXVI.

Codex membranaceus, olim Melchisedechi Thevenotii. Ibi continentur Evangelia

quatuor. Singulis autem Evangeliis præmittitur capitum index.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

LXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia quatuor. Ad Matthæi & Marci marginem conjecta interpretatio Latina, quæ in nonnullis à Vulgata discrepat. Initium & finis desiderantur.

Utraque hujusce codicis pars undecimo sæculo videtur exarata.

LXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia quatuor. Præmittuntur *Eusebii* canones; rejectus verò ad calcem Evangeliorum index, quæ totius anni decursu in ecclesia Græca legi consueverunt.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

LXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Evangelia quatuor, quibus præmittuntur:

1.° Evangelicorum annalium quædam velut epitome.

2.° Scholium ad illud Lucæ 6. *Factum est autem in Sabbatho.*

3.° *Eusebii* Cæsariensis epistola ad Carpianum, de suis canonibus.

4.° Ipsi canones evangelici quos *Eusebius* ad evangelicam Ammonii Alexandrini concordiam accommodavit. Iis autem canonibus indicantur Evangeliorum loca, quæ vel in uno, vel in duobus, vel in tribus, vel in quatuor Evangelistis reperiuntur.

5.° Scholium ad illud Lucæ 7. *Et ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix.* Scholii verò auctor tres fuisse Magdalenas conatur probare.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

LXXX.

Codex membranaceus, olim Memmianus, quo continentur Evangelia quatuor. Præmittuntur *Eusebii* canones.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

LXXXI.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Sanctorum Matthæi, Marci & Lucæ Evangelia.

2.° Sancti Joannis Evangelium. Præmittitur argumentum jam sæpiùs editum. Ad calcem verò legitur nota, ubi opus absolutum dicitur in insula Pathmo, Trajano imperante.

Is codex qui nondum collatus, manu Nicephori cujusdam, sancti Meletii cœnobio præfecti, exaratus dicitur. Quis fuerit Nicephorus, & quo tempore vixerit, incertum; codex tamen ad sæculum undecimum referendus videtur.

LXXXII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur Evangelia quatuor. Præfixi *Eusebii* canones, unà cum illius epistola ad Carpianum. Rejectum verò ad calcem breve totius anni synaxarium.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

LXXXIII.

Codex membranaceus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Præfixi *Eusebii* canones, unà cum illius ad Carpianum epistola. Ad calcem verò occurrit synaxarium.

Ad hujusce codicis ultimam paginam hæc reperias, interprete clarissimo Bernardo de Montfaucon, *Palæog. pag. 61. Finem habuit hic sanctus quatuor Evangeliorum liber manu mei miserrimi & vilis notarii Solomonis, è numero notariorum; rogoque in Domino omnes fratres, patresque, quotquot in hunc inciderint, hunc legerint, vel transcripserint, ne mihi ob rusticitatem ac stoliditatem meam, maledictionem immittant. Audistis enim, ac sæpiùs dictum est, scribam hoc dictum adscribere: manus quidem quæ scripsit, in sepulcro putrescit; scriptura autem conspicitur in multos annos, in omnia sæcula sæculorum. Amen. Completus autem est anno à creatione mundi 6676. Christi 1168. indict. 1. cycli solis 10. lunæ 7. decembris, feria quarta, imperante Constantinopoli Manuele Porphyrogenito, & gloriosissimo imperatore, Hierosolymis rege potentissimo Amarri, in insula Siciliæ Guillielmo secundo rege, nobis autem Jesu Christo, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.*

LXXXIV.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, quo continentur Evangelia quatuor. Præmittuntur

Præmittuntur fragmenta varia, quorum primum de duplici Chriſti unctione per mulierem, initium deſideratur. Secundum, de illo qui, relicta ſindone, nudus fugiſſe dicitur, auctore *Gregorio Nyſſeno*. Tertium, de ſuſpendio Judæ, auctore *Chryſoſtomo*. Quartum, de illis Joannis verbis: *Stabant autem juxta crucem Jeſu Mater, &c.* Quintum, de eo Matthæi loco: *Tu es qui venturus es, &c.* auctore *Iſidoro Peluſiota*. Sextum, quomodo intelligendum illud Joannis: *Quid mihi & tibi mulier.* Septimum, cur Matthæus & Marcus dicant Chriſtum transſfiguratum fuiſſe in monte poſt ſex dies, Lucas autem octavo die. Octavum, de muliere quæ Chriſtum unxit unguento, auctore *Chryſoſtomo*. Nonum, quomodo Maria Magdalene, ſecundùm Matthæum, tetigit pedes Salvatoris, & eidem, ſecundùm Joannem, dictum ſit: *noli me tangere*. Decimum, de humana Chriſti forma. Obſervandum autem eſt ad ſingulorum Evangeliorum calcem legi verſus in Evangeliſtam.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

LXXXV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur Evangelia quatuor.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

LXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, & à Joſepho Georgireno, Sami Archiepiſcopo, Ludovico XIV. oblatus. Ibi continentur Evangelia quatuor quibus præfixum ſynaxarium.

Is codex in Bibliotheca inſulæ Pathmi quondam aſſervatus, ſæculo duodecimo exaratus videtur.

LXXXVII.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur Evangelia quatuor.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

LXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Præfixi *Euſebii* canones.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

LXXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia quatuor. *Euſebii* canonum unum tantùm folium ſupereſt: ad marginem verò conjecta brevia quædam ſcholia. Volumen claudit index ſectionum quæ ſingulis diebus in officio Græcorum eccleſiaſtico recitantur.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

XC.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia quatuor.

Is codex anno Chriſti 1176. exaratus eſt.

XCI.

Codex membranaceus, olim Boiſtallerianus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Præfixi *Euſebii* canones, unà cum illius ad Carpianum epiſtola. Rejectum verò ad calcem ſynaxarium, ſive indiculus Evangeliorum quæ in officio Græcorum eccleſiaſtico recitari ſolent. Ad ultimam paginam illud annotatum reperias. *Hoc volumen quatuor Evangeliſtarum, Græcis tranſcriptum litteris, venerabilis in Chriſto Pater Dominus Dorotheus, natione Græcus, Archiepiſcopus Metellinenſis, reliquit in hac Bibliotheca, ad uſum Canonicorum regularium, anno Domini 1438. quo tempore Imperator Conſtantinopolitanus, & Patriarcha, ac reliqui orientales Prælati in Italiam navigarunt, ſanctæ unionis conficiendæ gratia. Diviſi enim fuerant à Romana Eccleſia per longiſſima tempora, detenti multis erroribus. Quæ quidem unio Florentiæ fuit feliciter celebrata, ſub Romano Pontifice Eugenio quarto.*

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

XCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Singulis præfixus index capitum. Deerant nonnullæ paginæ, quæ recentiori manu ſuppletæ ſunt.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

XCIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus, quo continentur Evangelia quatuor. Præmittuntur *Euſebii* canones, unà cum ejus ad Carpianum epiſtola. Singulis prætereà Evangeliis præfixus capitum index; ad calcem verò reperitur ſynaxarium.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

XCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus,

quo continentur Evangelia quatuor. Singulis præfixus index capitum.
Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

XCV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Præfixus singulis Evangeliis index capitum; præfixæ quoque Evangelistarum icones non ineleganter expressæ.
Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

XCVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Evangelia quatuor, quibus præmittitur *Eusebii* ad Carpianum epistola.

2.° Paschalion ab anno Christi 1432. ad annum 1502 perductum, manu recentiori exaratum est.
Is codex manu Callisti Hieromonachi anno Christi 1432. exaratus est.

XCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, Ibi continentur Evangelia quatuor. Finis desideratur; initium recentiore manu suppletum est.
Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

XCVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia quatuor.
Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

XCIX.

Codex chartaceus, olim Germani Brixii, posteà Colbertinus, quo continetur Evangelium sancti Lucæ.
Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

C.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Evangelia quatuor.
Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Acta Apostolorum. Conjecta ad marginem scholia & illa quidem brevissima.

2.° Sancti Jacobi Epistola. Accedunt scholia paulò uberiora.

3.° Sancti Petri Epistola prima catholica, cum scholiis.

4.° Sancti Petri Epistola secunda catholica, absque scholiis.

5.° Sancti Joannis Apostoli Epistolæ tres, absque scholiis.

6.° Sancti Judæ Epistola. Conjecta ad marginem brevia quædam scholia.

7.° Sancti Pauli Epistolæ omnes, cum scholiis locupletissimis.

8.° Apocalypsis, ad cujus marginem conjecta brevia scholia.

9.° Sancti Pauli encomium, è variis sancti Joannis Chrysostomi locis, à *Theodoro* Magistro concinnatum. Hujusce autem voluminis initio legitur præfatio quædam, ubi de Apostolis & illorum miraculis.
Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CII.

Codex membranaceus. Ibi continentur Acta Apostolorum, Epistolæ catholicæ, & Epistolæ Pauli. Præmittuntur argumenta.
Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

CIII.

Codex membranaceus. Ibi continentur Acta Apostolorum, Epistolæ catholicæ, & Epistolæ Pauli. Præmittuntur argumenta. Conjecta etiam ad marginem scholia.
Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

CIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Acta Apostolorum & Epistolæ canonicæ.
Is codex seculo decimo tertio exaratus videtur.

CV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Acta Apostolorum, Epistolæ canonicæ, & Epistolæ Pauli. Initium & finis desiderantur.
Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

CVI.

Codex membranaceus. Ibi continentur:

1.° Acta Apostolorum. Præmittuntur enumeratio lectionum, capitum, & testimoniorum quæ in actis reperiuntur, libri

argumentum, & Pauli peregrinatio. Actis subjicitur ejusdem Apostoli martyrium, & prædicationis illius series chronologica.

2.° Epistolæ catholicæ, quibus præmittuntur argumenta.

3.° Epistolæ Pauli. Præfixa argumenta, & alia quædam de Epistolarum ordine, & temporibus quibus scriptæ sunt.

4.° Evangelia quatuor.

Is codex olim Monachi cujusdam, Rhacendytæ nomine, quartusque ex eorum numero quos Robertus Stephanus adhibuit, sæculo duodecimo exaratus videtur.

CVII.

Codex membranaceus, olim Puteanus, & litteris uncialibus exaratus. Ibi continentur sancti Pauli Epistolæ, ut & Epistola ad Hebræos. E regione adjuncta est interpretatio Latina. Ex illo exemplari triginta quinque folia, nefario cujusdam scelere, aliquot abhinc annis avulsa sunt, quæ Comitis Oxoniensis Harleii, suo in litteras amore celeberrimi, munificentia, in pristinas sedes rediere.

Huncce codicem doctissimus Bernardus de Montfaucon, argumento è litterarum forma ducto, septimo sæculo exaratum esse suspicatur.

CVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti Pauli Epistolæ; ad Philippenses nempè, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, & ad Timotheum. Epistolis singulis præmittitur argumentum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti Pauli Epistola ad Romanos. Præfixum Epistolæ argumentum.

2.° Argumentum Epistolæ primæ ad Corinthios.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Pauli Epistolæ duæ ad Corinthios. Præfixum argumentum.

Is codex anno Christi 1511. exaratus est.

CXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Epistolæ ad Titum, ad Philemonem, & ad Hebræos. Præmittuntur argumenta.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-octavo.

CXII.

Codex membranaceus. Ibi continentur:

1.° Novi Testamenti libri omnes, si Apocalypsim excipias.

2.° Apostoli ἀρχοτέλεια, id est, principium & finis, juxtà rationes in officio Græcorum ecclesiastico servari solitas.

3.° Μακαρισμοὶ, laudes ac preces in Deum & Sanctos, aliaque ad Græcorum officium spectantia. Adjunctum est synaxarium Evangeliorum.

4.° Sancti Joannis Chrysostomi Liturgia. Sub finem desiderantur quædam.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia quatuor. Præmittuntur initium & finis singulorum Evangeliorum quæ totius anni decursu in ecclesia Græca recitari solent.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

CXIV.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Initio Matthæi desiderantur folia quædam; ad calcem reperitur tabula, dies exhibens quibus singulæ Evangeliorum sectiones recitari debeant.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

CXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia quatuor. Pars ultima Evangelii Joannis in charta scripta est, illudque recentiore manu. Præmittuntur synaxaria duo.

Is codex sæculo undecimo videtur exaratus.

CXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus,

quo continentur Evangelia quatuor. Initio aliquot folia desiderantur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

CXVII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur quatuor Evangelia, quibus præmittuntur singulorum Evangelistarum imagines, manu, si temporum ratio habeatur, non ineleganti delineatæ.

Is codex Manuelis cujusdam manu anno Christi 1263. exaratus est.

CXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Evangelia quatuor. Singulorum initio occurrit Evangelistæ imago, rudi & imperita manu delineata; ad calcem verò annotatum est hocce exemplar in insula Pathmo quondam asservatum, à Josepho Georgireno, Sami Archiepiscopo, Ludovico XIV. oblatum esse.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CXIX.

Codex membranaceus, olim Tellerianus, quo continentur Evangelia quatuor. Præfixi *Eusebii* canones, & illius ad Carpianum epistola; rejectum autem ad calcem Evangeliorum synaxarium.

Is codex sæculo decimo tertio videtur exaratus.

CXX.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur Evangelia quatuor. Matthæi initium desideratur; cæteris autem Evangeliis præfixus capitum index.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CXXI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus, quo continentur sanctorum Matthæi & Marci Evangelia. Præmittuntur *Eusebii* canones.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CXXII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus, quo continentur sanctorum Lucæ & Joannis Evangelia. Præmittuntur *Eusebii* canones.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Evangelia quatuor.

Is codex elegantissima Angeli Vergetii manu exaratus est.

CXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Acta Apostolorum, Epistolæ catholicæ, Epistolæ Pauli & Apocalypsis.

Is codex manu elegantissima Angeli Vergetii exaratus est.

CXXV.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Actus Apostolorum.

2.° Jacobi, Petri, Joannis, Judæ & Pauli Epistolæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CXXVI.

Codex membranaceus, quo, præter Pauli Epistolas, continetur etiam Epistola ad Hebræos.

Is codex manu elegantissima Angeli Vergetii exaratus est.

VETERIS TESTAMENTI INTERPRETES.

In-folio.

CXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur quæstiones in varia Veteris & Novi Testamenti loca. Folia non pauca & initio & sub finem desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CXXVIII.

Codex membranaceus, olim Huralti Boistallerii. Ibi continetur catena in Pentateuchum, Josue, Judices & Ruth, eaque collecta è veterum scriptis, *Acacii* nempè, Cæsariensis, *Apollinarii*, *Athanasii*, *Basilii*, *Chrysostomi*, *Clementis*, *Cyrilli*, *Didymi*, *Diodori*, *Dionysii* Alexandrini, *Ephræmi*, *Epiphanii*, *Eusebii* Cæsareensis, *Eusebii* Emeseni, *Eustathii* Antiocheni, *Gennadii*

Constantinopolitani, *Gregorii* Nysseni, *Gregorii* Theologi, *Hesychii*, *Hippolyti* Romani, *Josephi*, *Irenæi*, *Justini*, *Melitonis*, *Nili* Monachi, *Origenis*, *Philonis* Episcopi, *Philonis* Judæi, *Serapionis* Episcopi Thmuensis, *Severiani* Gabalitani, *Severi* Antiocheni, *Severi* Emesini, *Severi* Gabalitani, *Successi* Cæsareensis, *Theodoreti*, *Theodori*, *Theoduli*, *Theophili* Alexandrini, *Victoris* Presbyteri. Additus sacer contextus. Præmittuntur autem commentariis:

1.° *Aristeas* ad Philocratem de septuaginta Interpretibus.

2.° *Theodoretus* ad Hypatium de suis in sacram Scripturam commentariis.

3.° Præfatiuncula in Genesin, è Gregorio Nysseno excerpta.

Is codex sæculo duodecimo videtur exaratus.

CXXIX.

Codex bombycinus. Ibi continentur catena sive scholia in Pentateuchum, Judices & Ruth, è variis Scriptoribus collecta, quorum præcipui sunt *Acacius*, *Apollinarius*, *Athanasius*, *Basilius*, *Clemens*, *Chrysostomus*, *Cyrillus* Alexandrinus, *Didymus*, *Ephræmus*, *Epiphanius*, *Eusebius* Cæsareensis, *Eusebius* Emesenus, *Gennadius*, Patriarcha Constantinopolitanus, *Gregorius* Nazianzenus, *Gregorius* Nyssenus, *Hippolytus*, *Irenæus*, *Isidorus* Pelusiota, *Melito*, *Origenes*, *Philo* Judæus, *Philo* Episcopus, *Serapion*, *Severianus*, Gabalorum Episcopus, *Severus* Antiochenus, *Theodoretus* & *Theodorus*. Laudantur quoque Aquila, Symmachus, Samaritanus textus, & septuaginta Interpretes, quorum historia ab *Aristea* conscripta præmittitur codicis initio. Deest initium. Nonnulla etiam folia passim desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CXXX.

Codex chartaceus, Fonteblandensis. Ibi continetur catena in Genesin & Exodi partem. Definit in cap. 12. Collecta autem est ex iisdem veterum scriptis, quæ in superioribus laudantur. Præfixa quædam prolegomena.

Is codex manu Gregoropuli videtur exaratus.

CXXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi catena in Exodum, quæ à capite tertio initium sumit. Ibi laudatos reperias Athanasium, Acacium, Basilium, Clementem, Chrysostomum, Didymum, Diodorum, Eusebium, Gennadium, Gregorium Nazianzenum, Gregorium Nyssenum, Hesychium, Josephum, Isidorum Pelusiotam, Philonem Judæum, Severianum, Theodotum & Theodoretum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CXXXII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis. Ibi continetur catena in Exodum, à capitis 12. versu 37. Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Josuam, Judices & Ruth. Reperitur eorumdem librorum contextus integer. Folio verò 421. annotatum est illud apographum cum exemplari collatum esse. Sequuntur

1.° Excerpta ex Athanasii synopsi de septem Scripturæ sacræ editionibus.

2.° De undecim vastationibus Israeliticis.

3.° De decem Dei nominibus Hebraicis, & de nomine Jesu.

Is codex manu Gregoropuli videtur exaratus.

CXXXIII.

Codex bombycinus, olim Boistallerianus, quo continentur :

1.° Catena in quatuor libros Regum, ex *Athanasio*, *Basilio*, *Chrysostomo*, *Cyrillo*, *Didymo*, *Diodoro*, *Epiphanio*, *Eusebio*, *Gregorio* Nysseno, *Hesychio*, *Irenæo*, *Olympiodoro*, *Origene*, *Philone*, *Severo* Antiocheno, & *Theodoreto*.

2.° Duo libri Paralipomenon, cum scholiis è *Theodoreto* desumptis. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CXXXIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur catena in Job, ex *Alexandro*, *Apollinario*, *Athanasio*, *Basilio*, *Chrysostomo*, *Clemente*, *Cyrillo*, *Didymo*, *Dionysio*, *Ephræmo*, *Evagrio*, *Gregorio* Nysseno, *Gregorio* Nazianzeno, *Isidoro*, *Juliano*, *Methodio*, *Nilo*, *Olympiodoro*, *Origene*, *Polychronio*, *Severiano* & *Severo*. Variæ occurrunt imagines, illæque parùm elegantes.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

CXXXV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur commentarius in librum Jobi,

ſive catena è variis ſcriptoribus collecta, eadem omninò cum illa quæ, Junii ſtudio publicam lucem aſpexit. Ibi paſſim occurrunt imagines rudi penicillo adumbratæ.

Is codex Manuelis Tzycandyli manu anno 1368. exaratus eſt.

CXXXVI.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Commentarius in librum Jobi. Initium ut & nomen auctoris deſiderantur.

2.° Anonymi conciones è variis ſancti Baſilii homiliis excerptæ.

3.° *Procopii* Diaconi homiliæ in principium anni.

4.° *Simeonis Logothetæ* oratio in laudem ſancti Simeonis Stylitæ.

5.° Narratio de miraculo ope ſancti Michaelis Archangeli in urbe Chonis patrato.

6.° *Andreæ* Cretenſis homilia in nativitatem beatæ Virginis.

7.° Vita ſanctæ Theodoræ Alexandrinæ.

8.° *Andreæ* Cretenſis oratio in exaltationem ſanctæ Crucis.

9.° Martyrium S. Nicetæ.

10.° Martyrium S. Euphemiæ.

11.° Martyrium ſancti Euſtathii & Theopiſtes ejus uxoris. Finis deſideratur.

Hujuſce codicis pars chartacea ſæculo decimo quinto, membranacea decimo quarto videtur exarata.

CXXXVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Catena in Jobum, ſuperſunt tantùm præfationes, caput primum, & ſecundi *προθεωρία* imperfecta. Cætera deſiderantur.

2.° *Athanaſii*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, opuſcula & epiſtolæ complures ad Imperatorem Andronicum Palæologum, quarum ope temporum illorum hiſtoriæ non parùm lucis accedere poteſt. Variarum Athanaſii lucubrationum catalogus exhibetur apud Fabricium, *Biblioth. tom. 6. pag. 582.* illudque è doctiſſimi Banduri commentariis in antiquitates Conſtantinopolitanas, & clariſſimi Boivinii notis ad Nicephorum Gregoram. Hujuſce *Athanaſii* operum pars major in lucem nondum prodiit.

3.° *Chryſoſtomi* homilia de incomprehenſibili, & adversùs Judæos.

4.° Ejuſdem, vel *Sophronii* potiùs oratio in laudem S. Michaelis Archangeli. Incipit *ἀρχιστρατήγων ἡμᾶς νοερῶν λειτουργῶν.*

5.° Ejuſdem oratio in feſto Angelorum dicto. Incipit *οὐκ εἰκῆ τοῖς ἀγγέλοις πανηγυρίζομεν.* Verùm parùm rectè Chryſoſtomo tribuitur.

6.° *Siſinnius*, Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, de miraculo ſancti Michaelis Archangeli Chonis patrato.

7.° *Procli*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, oratio in nativitatem Deiparæ.

8.° Anonymi oratio in ſanctum Joannem Evangeliſtam. Germanus illius auctor *Nicetas*, Paphlago.

9.° *Chryſoſtomi* oratio in laudem ſancti Joannis Baptiſtæ.

10.° Ejuſdem oratio in laudem ſancti Joannis Evangeliſtæ.

11.° Ejuſdem oratio in laudem ſancti Thomæ Apoſtoli.

12.° *Leonis*, Imperatoris, cognomine *Sapientis*, oratio in laudem ſancti Nicolai, Myrenſis Epiſcopi. Præfixi iambi quidam.

13.° Sancti *Chryſoſtomi* oratio in laudem Stephani Protomartyris.

14.° Ejuſdem oratio ſimilis argumenti.

15.° Ejuſdem oratio in infantes ab Herode interfectos. Ad marginem annotatum hanc orationem non eſſe Chryſoſtomi, illudque rectè; eſt enim *Baſilii*, Seleucienſis.

16.° Sancti *Chryſoſtomi* oratio in Rachelem & illius liberos.

17.° Ejuſdem in ſancta Theophania orationes quatuor.

18.° *Joannis* Damaſceni oratio in Chryſoſtomum.

19.° *Conſtantinus*, Leonis Imperatoris filius, de ſancti Chryſoſtomi corpore Conſtantinopolim reportato.

20.° *Cyrilli* Alexandrini oratio in *ὑπαπαντήν.*

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur, eſtque valde mendoſus.

CXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur catena in Jobi librum, è variis Patrum ſcriptis concinnata, *Apollinarii*

nempè, *Basilii, Clementis, Cyrilli* Alexandrini, *Dionysii* Areopagitæ, *Didymi, Evagrii, Eusebii* Cæsareensis, *Gregorii* Nazianzeni, *Gregorii* Nysseni, *Juliani, Methodii, Olympiodori, Origenis, Polychronii, Severi* Antiocheni, *Theodori* Mopsuesteni, & *Theophili* Alexandrini. Sub finem capitis septimi, & initio capitis octavi, desiderantur quinque circiter folia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CXXXIX.

Codex membranaceus, olim Huralti Boistallerii. Ibi continetur catena in Psalmos, Cantica, & preces biblicas, quorum contextus integer exhibetur. Auctores è quorum scriptis hæc catena collecta est, sunt anonymi, *Apollinarius, Asterius, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, Didymus, Diodorus, Eudoxius* Philosophus, *Eusebius* Cæsareensis, *Gregorius* Nyssenus, *Gregorius* Theologus, *Hesychius,* Presbyter Hierosolymitanus, *Hippolytus,* Romæ Episcopus, *Joannes* Alexandrinus, *Maximus, Nicolaus* Presbyter, *Origenes, Severus* Antiochenus, *Theodorus* Antiochenus, *Theodorus,* Heracleæ Episcopus, *Theodoretus, Theophilus* Alexandrinus, *Victor* Antiochenus. Accedunt picturæ pro illo ævo nequaquam rudes, quas describendas curavit vir doctissimus Bernardus de Montfaucon, *Palæog. pag. 11.*

Is codex sæculo decimo ineunte exaratus videtur.

CXL.

Codex membranaceus, olim Huralti Boistallerii. Ibi continetur catena in Psalmos, è vetustis scriptoribus collecta, *Anastasio* Nicæno nempè, *Apollinario, Aretha, Athanasio, Basilio, Chrysostomo, Cyrillo, Didymo, Diodoro, Eulogio, Eusebio, Gregorio* Nysseno, *Gregorio* Theologo, *Hesychio, Isidoro* Pelusiota, *Origene, Severo, Theodoreto, Theodoro.* Additus Psalmorum contextus integer.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur, exceptis foliis aliquot manu recentiore vel adjectis vel restitutis.

CXLI.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur commentarius sive catena in Psalmos, è variis scriptoribus, *Athanasio* scilicet, *Aretha,* Cæsareæ Archiepiscopo, *Basilio, Chrysostomo, Cyrillo,* Patriarcha Alexandrino, *Didymo, Eulogio, Eusebio, Gregorio* Nysseno, *Hesychio, Isidoro* & *Origene* collecta. Additus Psalmorum textus.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

CXLII.

Codex membranaceus, emptus anno Christi 1688. quo continentur *Euthymii* Zigabeni commentarii in Psalmos & in Cantica Psalmis adjungi solita.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CXLIII.

Codex membranaceus, olim Medicæus. Ibi continetur catena in Psalmos & Cantica, è veterum scriptis collecta. Laudantur iidem auctores qui in præcedentibus. Additus sacer contextus. Desunt tamen Psalmi tres priores & initium quarti. Commentariis verò præmittuntur duæ præfationes, quarum anonymi una, altera *Theodoreti.* Accesserunt manu recentiore levia quædam scholia de Psalterio, de alleluia, &c. Ad calcem legitur excerptum breve è synaxario, ubi de sancto Mena.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

CXLIV.

Codex membranaceus. Ibi continentur commentarii in Psalmos & in Cantica Psalmis adjungi solita. Nonnulla folia sub finem desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CXLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi commentarius in Psalmos, è sanctorum Basilii & Joannis Chrysostomi homiliis potissimùm collectus.

Is codex sæculo decimo quarto videtur exaratus.

CXLVI.

Codex membranaceus, Fonteblandensis. Ibi continetur commentarius sive catena in Psalmos, ex *Anastasio, Andrea* Cretensi, *Apollinario, Aretha, Arsenio, Asterio, Athanasio, Basilio, Cyrillo, Didymo, Diodoro, Dionysio, Epiphanio, Eusebio, Germano, Gregorio* Nazianzeno, *Gregorio* Nysseno, *Hesychio, Hippolyto* Romano, *Isidoro, Josepho, Maximo, Origene, Severo, Theodoreto* & *Theodoro* collecta. Præmittuntur prolegomenon ad instar

1.° Excerpta è sancto Epiphanio de septuaginta Interpretibus, aliisque variarum versionum auctoribus.

2.° Anonymi de eodem argumento excerpta.

3.° Singulorum Pſalmorum argumenta.

4.° Canticorum & precum biblicarum inſcriptiones.

5.° Pſalmorum inſcriptiones è ſeptuaginta Interpretibus.

6.° Inſcriptiones Canticorum & precum biblicarum, ab iis diverſæ de quibus ſuprà.

7.° Quinam libri in ſacris ſcripturis laudentur ut extantes, hodie autem non extent, è *Joſephi* Hypomneſtico.

8.° Excerpta de Pſalmis, ex *Euſebio*, Cæſareæ in Palæſtina Epiſcopo.

9.° Pſalmorum variæ diviſiones.

10.° Quomodo, arca Hieroſolymam relata, Pſalterium compoſitum ſit.

11.° De alleluia.

12.° De Pſalmis graduum.

13.° E ſancto *Athanaſio* ad Marcellinum, Pſalmorum præfatio.

14.° E ſancto *Gregorio*, Nyſſeno, de Pſalmorum ordine ac ſerie, quòd ad vitam Davidis accommodari non poſſit.

15.° Ex Hypomneſtico *Joſephi*, quas res geſſerit David, & quæ ei admiranda acciderint.

16.° E ſancto *Gregorio*, Nazianzeno, quid ſit diapſalma.

17.° Ex *Hippolyto*, Romano, de Pſalmis.

18.° E *Theodoreti* commentariis in Pſalmos, Pſalmorum inſcriptiones explicatæ.

Is codex ſæculo decimo exaratus videtur.

CXLVII.

Codex chartaceus, olim Bigotianus, quo continentur *Theophylacti* commentarii in Pſalmos & in Cantica Pſalmis adjungi ſolita, inediti. Incipiunt πατὴρ τȣ̃ παρόντος βιβλίȣ. Præmittuntur anonymi verſus politici de libris ſacris. Ibi quoque de Aquila, Symmacho & Theodotione.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

CXLVIII.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis. Ibi continetur catena in Pſalmos priores ſeptuaginta ſex. Auctores catenæ iidem qui in codicibus præcedentibus.

Is codex manu Gregoropuli exaratus videtur.

CXLIX.

Codex chartaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur *Nicephori Xanthopuli* commentarii in Pſalmos.

Is codex anno 1561. exaratus eſt.

CL.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Nicephori Blemmydæ* Monachi, commentarius ineditus in Pſalmos & in Cantica ſacræ ſcripturæ.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

CLI.

Codex membranaceus, Fonteblandenſis. Ibi continentur:

1.° Catena in librum Proverbiorum, Eccleſiaſten, & Canticum canticorum. Adjunctus textus integer; inter lineas verò occurrunt gloſſæ Latinæ, manu non omninò recente. In ea autem catena laudantur Apollinarius, Baſilius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Didymus, Epiphanius, Evagrius, Euſebius, Euſtathius, Gregorius Nyſſenus, Gregorius Theologus, Hippolytus, Olympiodorus, Origenes, Polychronius.

2.° Catena in Jobum, unà cum Jobi contextu. Præmittitur triplex argumentum, primum *Olympiodoro*, ſecundum *Polychronio*, anonymo tertium adſcribitur. Catena verò illa è veterum ſcriptis collecta, *Apollinarii* nempè, *Baſilii*, *Chryſoſtomi*, *Clementis*, *Cyrilli*, *Dionyſii* Areopagitæ, *Didymi*, *Evagrii*, *Euſebii*, *Gregorii* Nyſſeni, *Gregorii* Theologi, *Juliani*, *Methodii*, *Olympiodori*, *Origenis*, *Polychronii*, *Severi*, *Theodori* Mopſueſteni, *Theophili* Alexandrini.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur. Occurrit inter lineas & in marginibus Latina ſcriptura non omninò recens.

CLII.

Codex membranaceus. Ibi continentur:

1.° Anonymi ſcholia in Proverbia Salomonis.

2.° Catena in Eccleſiaſten, è *Gregorio* Nazianzeno, *Gregorio* Nyſſeno, & S. *Maximo* potiſſimùm collecta.

3.° Catena in Canticum canticorum, è *Gregorio* Nyſſeno, *Cyrillo* Alexandrino, *Nilo* & *Maximo* collecta. Nonnulla ſub finem deſiderantur.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

CLIII.

CLIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Procopii* Gazæi, Sophiſtæ, ſelectarum in Cantica canticorum & in Proverbia Salomonis, interpretationum epitome. Ibi laudantur interdum Apollinarius, Aquila, Baſilius, Cyrillus Alexandrinus, Didymus, Diodorus, Euſebius Cæſareenſis, Gregorius Nyſſenus, Gregorius Theologus, Iſidorus Peluſiota, Nilus, Origenes, Philo, Carpathius, Procopius, Theodotion, Theophilus, Victor.

2.° *Olympiodori* commentarius in Eccleſiaſten.

3.° *Nicetæ* Philoſophi oratio in laudem Archangelorum Michaelis & Gabrielis.

4.° Ejuſdem oratio in laudem Gregorii Nazianzeni.

Is codex, ex parte maxima, undecimo ſæculo exeunte, videtur exaratus; duarum enim *Nicetæ* orationum ſcripturam paulò recentiorem non immeritò conjicias.

CLIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Catena in Canticum canticorum, è ſanctis Patribus, *Apollinario, Cyrillo, Gregorio* Nyſſeno, *Nilo, Origene, Philone, Proclo, Theodoreto* excerpta. Initium & finis deſiderantur.

2.° *Procopii*, Sophiſtæ Chriſtiani, commentarius in Proverbia Salomonis, è *Baſilio, Didymo, Diodoro, Evagrio, &c.* excerptus.

3.° Eccleſiaſtes cum ſcholiis marginalibus.

4.° Salomonis Sapientia. Sub finem multa deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CLV.

Codex membranaceus, Fonteblandenſis, quo continetur catena in Iſaïam. Catena, ut & textus incipiunt à capitis duodecimi verſu duodecimo. Ibi laudantur Apollinarius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Euſebius Cæſareenſis, Euſebius Emeſenus, Hippolytus, Romæ Epiſcopus, Joſephus, Severus, Theodoretus, Theodorus, Theodorus Heracleæ.

Is codex ſæculo decimo videtur exaratus.

CLVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur catena in Iſaïam, ab editis multùm diſcrepans. Ibi citatos præcipuè reperias Euſebium, Baſilium, Cyrillum & Theodoretum. Prooemii initium deſideratur.

Is codex duodecimo ſæculo videtur exaratus.

CLVII.

Codex membranaceus. Ibi continetur catena in Iſaïam, è *Chryſoſtomo, Cyrillo* Alexandrino, *Euſebio* Cæſareenſi, *Euſebio* Emeſeno, *Hippolyto*, Epiſcopo Romæ, *Severo, Theodoreto, & Theodoro* Heracleenſi collecta. Incipit à capitis vigeſimi octavi verſu nono, & deſinit in verſu vigeſimo quarto capitis quadrageſimi primi.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

CLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur in Jeremiam Prophetam catena ex *Apollinarii, Athanaſii, Baſilii, Chryſoſtomi, Cyrilli, Euſebii* Cæſareenſis, *Gregorii* Thaumaturgi, *Olympiodori, Origenis, Severi, Symmachi, Theophili,* Patriarchæ Alexandrini, & *Victoris* Preſbyteri ſcriptis collecta. Initio quædam deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CLIX.

Codex bombycinus, olim Medicæus. Ibi continentur:

1.° Scholia in duodecim Prophetas minores, ex *Heſychio & Theodoreto* collecta. Deſiderantur Ozeæ caput primum & initium ſecundi.

2.° Scholia in Iſaïam, ubi laudantur Apollinarius, Athanaſius, Baſilius, Cyrillus Alexandrinus, Euſebius Cæſareenſis, Euſebius Emeſenus, Gregorius Nyſſenus, Hippolytus, Romæ Epiſcopus, Joannes Chryſoſtomus, Joſephus, Irenæus, Origenes, Severianus Gabalitanus, Severus Antiochenus, Theodorus, Theodorus Heracleenſis, & Theodoretus. Præmittuntur quædam quaſi prolegomena, è *Joanne Chryſoſtomo, Baſilio, Cyrillo* Alexandrino, *Theodoreto, Athanaſio* in ſynopſi, & *Dorotheo* concinnata.

3.° Scholia in Ezechielem, ubi laudantur anonymus, Apollinarius, Baſilius, Cyrillus Alexandrinus, Euſebius Cæſareenſis, Gregorius Nyſſenus, Heſychius, Origenes, Polychronius, Severus Antiochenus, &

Theodoretus. Præmittuntur quædam quasi prolegomena, ex *Athanasio* in synopsi, & *Dorotheo* concinnata.

4.° Scholia in Danielem, ubi laudantur Africanus, Ammonius Presbyter, anonymus, Apollinarius, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Didymus, Eudoxiles Philosophus, Eusebius Cæsareensis, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Hippolytus, Origenes, Polychronius, Severus Antiochenus, Titus & Victor. Ibi præter prolegomena ex *Athanasio* in synopsi, occurrunt etiam historia Susannæ, *Africani* Epistola ad Origenem, *Adriani* isagoge, & *Origenis* ad Africanum Epistola. Occurrit præterea *Dorothei*, Episcopi Tyri & martyris, opusculum de Prophetis quorum scripta interciderunt.

5°. Scholia in Jeremiam, Baruchum, Lamentationes & Epistolam Jeremiæ. Ibi laudantur anonymus, Apollinarius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Didymus, Eusebius Cæsareensis, Gregorius Thaumaturgus, Hippolytus, Isidorus Pelusiota, Olympiodorus, Origenes, Polychronius, Severus Antiochenus, Theodoretus, Theophilus Alexandrinus, & Victor Presbyter. Observandum autem scriptorum sacrum contextum scholiis adjunctum reperiri.

6.° Septuaginta hebdomadarum expositio, auctore *Hippolyto*.

7.° Idem de consummatione mundi & de Antichristo.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

VETERIS TESTAMENTI INTERPRETES.

In-quarto.

CLX.

Codex chartaceus, olim Thuanæus, posteà Colbertinus, quo continentur *Michaelis Glycæ* de dubiis sacræ scripturæ libri duo. Singulis præfixus index capitum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CLXI.

Codex membranaceus. Ibi continetur catena in Genesim, collecta è scriptis *Acacii, Anonymi, Apollinarii, Basilii, Chrysostomi, Cyrilli, Diodori, Didymi, Ephræmi, Eusebii, Eustathii* Antiocheni, *Gennadii, Gregorii* Nazianzeni, *Gregorii* Nysseni, *Hippolyti, Josephi, Irenæi, Isidori, Melitonis, Nicolai* Hydruntini, *Origenis, Philonis* Episcopi, *Philonis* Judæi, *Severiani,* Gabalorum Episcopi, *Severi, Successi* Diocæsareensis, *Theodoreti* & *Theodori*.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CLXII.

Codex membranaceus, olim Boistallerianus, quo continentur scholia in Jobum collecta è scriptis *Anonymi, Apollinarii, Chrysostomi, Clementis, Cyrilli* Alexandrini, *Didymi, Dionysii* Areopagitæ, *Evagrii, Eusebii, Gregorii* Theologi, *Juliani, Methodii, Methodii* alterius, *Olympiodori, Origenis, Polychronii, Severi* Antiocheni, *Theodoreti* & *Theophili*.

Is codex sæculo decimo tertio videtur exaratus.

CLXIII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur catena in Psalmos, & Veteris Testamenti Cantica, unà cum textu. Catena autem illa è veterum scriptis, *Arethæ* nempè, *Athanasii, Basilii* magni, *Chrysostomi, Cyrilli* Alexandrini, *Didymi, Diodori, Eusebii, Hesychii, Maximi, Origenis, Severi, Theodoreti* & *Victoris* scriptis collecta est. Ibi præthereà sæpenumerò laudantur Aquila, Symmachus, aliique Græci Psalmorum Interpretes. Præmittuntur verò prolegomenon ad instar:

1.° *Eusebii* Pamphili argumenta duo.

2.° Nonnulla de illis qui variis temporibus Psalmos ex Hebraica lingua in Græcam converterunt.

3.° Quædam de Psalmis, ex *Eusebio* potissimùm excerpta.

4.° Scholia in Psalmos aliquot, è sancto *Justino, Philone* & *Origene* deprompta.

5.° *Maximi,* Confessoris, fragmentum, quo illud Apostoli dictum explicatur: *Mortificate membra vestra.*

6.° Denique, Paschatis inveniendi methodus expedita.

Is codex, qui in monasterio sanctæ Anastasiæ, dictæ φαρμακολυτρίας, asservabatur, sæculo decimo videtur exaratus.

CLXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus.

Ibi continentur Psalmi Davidis. Conjecta ad marginem scholia quædam, in quibus Athanasius, Basilius, Didymus, Eusebius, Hesychius, Severus, Tarasius, Patriarcha Constantinopolitanus, & Theodoretus laudantur. Præfixa præfatio ubi declaratur qua occasione quisque Psalmus recitari debeat.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

CLXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi explicatio Psalmorum, singulis versiculis subjuncta. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

CLXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur scholia in Psalmos Davidis, ex *Athanasii*, *Basilii*, *Cyrilli* Alexandrini, *Didymi*, *Eusebii*, *Hesychii*, *Gregorii* Nazianzeni, & *Theodoreti* scriptis concinnata.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

CLXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur scholia in Psalmos Davidis, ex auctorum de quibus suprà, scriptis concinnata. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

CLXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi commentarius in Psalmos. Præmittitur præfatio.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CLXIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur *Cosmæ* Indopleustæ commentarii in Psalmos, ex auctorum præstantiorum scriptis collecti. Prologi ut & commentariorum finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CLXX.

Codex bombycinus. Ibi continetur *Euthymii* Zigabeni Monachi, in Psalmos, & in decem sacræ scripturæ Cantica commentarius, Græcè ineditus. Paucæ quædam lineæ sub finem desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CLXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur prolegomena in Psalmos Davidis, è variis Patrum locis collecta, sanctorum nempè *Joannis Chrysostomi*, *Eusebii* Cæsareensis, *Gregorii* Theologi, *Nili*, *Maximi* Confessoris, *Philonis* Monachi, *Athanasii*, *Basilii*, *Gregorii* Nysseni, & *Cosmæ* Indopleustæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CLXXII.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, quo continentur:

1.° *Procopii*, Christiani Sophistæ, commentarius in Canticum canticorum, Græcè ineditus.

2.° Ejusdem commentarius in Proverbia Salomonis, ex Apollinarii, Basilii, Chrysostomi, Cyrilli, Didymi, Diodori, Evagrii, Eusebii, Gregorii Theologi, Origenis, Isidori Pelusiotæ, Theodoreti & Victoris scriptis collectus.

3.° Ecclesiastes, ad cujus marginem conjecta anonymi scholia.

4.° Sapientiæ Salomonis duodecim prima capita, cum quinque primis capitis decimi tertii versiculis.

Is codex sæculo decimo sexto videtur exaratus.

CLXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Polychronii* Diaconi commentarius in Cantica canticorum.

2.° *Eusebii* Pamphili commentarius in idem opus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CLXXIV.

Codex membranaceus, Fonteblandensis. Ibi continentur:

1.° *Olympiodori* commentarius in Ecclesiasten.

2.° Scholia in Proverbia Salomonis, è *Basilii*, *Diadecti*, *Didymi*, *Evagrii*, *Hippolyti* & *Palladii* scriptis excerpta. Laudatur etiam Aristoteles.

3.° *Athanasii* locus de Psalmis.

4.° Decem veteris legis mandata.

5.° *Maximi*, Confessoris, quæstiones,

interrogationes & reſponſiones breviores; item diverſorum capitum difficilium ſelecta explicatio.

6.° Scholia in Ezechielem Prophetam, ex *Apollinarii*, *Gregorii* Nyſſeni, *Origenis*, *Polychronii* & *Theodoreti* ſcriptis excerpta.

7.° Scholia in Danielem; ibi ſæpenumerò laudantur Africanus, Ammonius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Hippolytus & Polychronius.

8.° Excerpta è *Theodoreti* dialogis tribus ἐρανιστὴν inter & orthodoxum.

9.° Sancti *Juſtini* Martyris, ad Zenam & Serenam epiſtola.

10.° Ejuſdem oratio parænetica ad Græcos. Conjecta ad marginem brevia quædam ſcholia, hactenus inedita.

11.° *Tatiani* oratio ad Græcos. Accedunt ſcholia paulò uberiora, nec indigna omninò quæ lucem publicam aſpiciant. Variæ autem codicis illius orationis lectiones in editione Oxonienſi anni 1700. repræſentatæ ſunt.

12.° *Athenagoræ*, Athenienſis Philoſophi, legatio pro Chriſtianis, cum ſimilibus ſcholiis.

13.° Ejuſdem tractatus de mortuorum reſurrectione.

14.° *Euſebii* Pamphili liber adversùs Hieroclem.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

CLXXV.

Codex membranaceus, quo continentur *Olympiodori* commentarii in Eccleſiaſten.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CLXXVI.

Codex chartaceus, olim Thuanæus, poſteà Colbertinus. Ibi continetur anonymi in Eccleſiaſten commentarius, è variis ſcriptoribus collectus, quos inter *Didymus* & *Evagrius*.

Is codex ſæculo decimo ſexto videtur exaratus.

NOVI TESTAMENTI INTERPRETES.

In-folio.

CLXXVII.

Codex membranaceus, nuper emptus, quo continentur:

1.° Scholia locupletiſſima in Evangelia quatuor, eaque, nî fallor, è veterum ſcriptis collecta: accedit textus. Præmittuntur verò *Euſebii* canones, unà cum illius ad Carpianum epiſtola.

2.° Initium epiſtolæ *Petri*, Antiocheni Patriarchæ, ad Dominicum, Archiepiſcopum Gradenſem.

3.° Excerpta ex *Hippolyti* chronico.

4.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* fragmentum, quo explicantur Evangeliorum loca ad Chriſti ſepulturam & reſurrectionem ſpectantia.

5.° Anonymi obſervatio, qua oſtenditur nullum inter Evangeliſtas in reſurrectionis Chriſti hiſtoria eſſe diſſenſum.

6.° De variis vocum πνεῦμα & ὑπόστασις, in Scriptura ſignificationibus.

Is codex ſæculo decimo exaratus videtur.

CLXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur ſcholia locupletiſſima in Evangelia quatuor. In Matthæo & Marco deſiderantur folia quædam; initio verò præfixus index Evangeliorum quæ totius anni decurſu in Eccleſia Græca recitantur.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

CLXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiſcopi, commentarius in Evangelia quatuor. Initium & folia præterea quædam deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

CLXXX.

Codex chartaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur commentarii in Evangelia. Initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

CLXXXI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiſcopi, commentarii in quatuor Evangeliſtas, è Chryſoſtomo aliiſque ſcriptoribus collecti. Singulis Evangeliis præfixæ Evangeliſtarum imagines. Præmittuntur etiam ſcholion de octo reſurrectionibus, fragmentum ſancti *Baſilii* de Evangeliis, & Evangeliorum ſynaxaria.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

CLXXXII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiscopi, commentarii in quatuor Evangelia, è Chrysostomo aliisque scriptoribus collecti.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus. Ibi continentur commentarii in quatuor Evangelia, è sancto Chrysostomo aliisque Patribus excerpti. Sub finem Joannis quædam desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CLXXXIV.

Codex chartaceus. Ibi continentur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiscopi, commentarii in quatuor Evangelistas, è Chrysostomo aliisque scriptoribus collecti.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CLXXXV.

Codex chartaceus, quo continentur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiscopi, commentarii in quatuor Evangelistas, è Chrysostomo aliisque scriptoribus in compendium redactis. Singulis Evangeliis præmittuntur capitum index, & carmina in honorem Evangelistæ. Finis Evangelii Joannis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CLXXXVI.

Codex membranaceus, Fonteblandensis. Ibi continentur:

1.° Catena in Evangelium Matthæi, ex *Athanasio*, *Chrysostomo*, *Cyrillo*, *Gregorio* Nysseno, *Isidoro* Pelusiota, & *Maximo* collecta. In marginibus extimis legitur *Theophylacti* commentarius recentiore manu exaratus. Ad calcem annotatum reperias textum cum vetustis exemplaribus Hierosolymis collatum fuisse. Catenæ præmittuntur canones Eusebiani, *Eusebii* epistola ad Carpianum de suis canonibus, programma de majoribus minoribusque Evangelii sectionibus, synaxarium lectionum evangelicarum, index titulorum Matthæi; & *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiscopi, prooemium de quatuor Evangelistis, manu recentiore.

2.° *Victoris*, Antiocheni, commentarius in Evangelium Marci. Ad calcem annotatum ab aliis *Cyrillo* adscribi; annotatum quoque Evangelii contextum ad vetusta exemplaria collatum esse. Præmittuntur *Eusebius* de dissensu Evangelistarum Marci & Matthæi circa tempus dominicæ resurrectionis; *Isidorus* Pelusiota, de resurrectione Domini post triduum, ad Theognostum Presbyterum; idem de tribus diebus & tribus noctibus sepulturæ dominicæ, ad Timotheum Lectorem; *Eusebius*, de quatuor Evangelistarum dissensu in iis quæ narrantur de angelis & hominibus qui ad Christi sepulchrum apparuerunt; *Hesychius* Presbyter, de Evangelistarum dissensu, circa historiam dominicæ resurrectionis; excerpta ex *Hippolyti* Thebani chronicis, de Christi genealogia; excerpta è *Cosma* Vestitore in encomio sancti Joacimi; excerpta è *Sophronio*, Archiepiscopo Hierosolymitano, in encomio Joannis Evangelistæ; argumentum Evangelii secundùm Marcum, è *Cyrilli* Alexandrini interpretatione.

3.° Commentarius *Titi* Bostrensis, in Evangelium Lucæ.

Is codex undecimo sæculo videtur exaratus, non ab eodem tamen librario.

CLXXXVII.

Codex membranaceus, olim Huralti Boistallerii. Ibi continetur catena in Matthæum, Lucam & Joannem; suus enim est peculiaris Marco commentarius, qui *Victori* Antiocheno tribuitur. Additus Evangeliorum contextus; in Joanne narratio de muliere adultera è loco suo ad calcem codicis traducta est, ubi testatur librarius repertam eam in antiquis exemplaribus. Ad auctores quòd spectat in catena laudatos, ii sunt; Ammonius Presbyter, Anastasius Antiochenus, Antiochus, Ptolemaidos Episcopus, Apollinarius, Basilius, Cæsarius Nazianzeni frater, Chrysostomus, Clemens, Cyrillus Alexandrinus, Didymus, Epiphanius, Eusebius Cæsareensis, Gregorius Theologus, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Irenæus, Isidorus Pelusiota, Maximus, Origenes, Polycrates Ephesinus, Severus Antiochenus, Severianus, Thalassius, Theodoretus, Theodorus Abucaras, Theodorus Monachus, Theodorus, Episcopus Cypri, Theodorus Heracleota, Theodorus Mopsuestenus, Theodorus Pelusiota, Titus Bostrensis, Victor Presbyter. Ad calcem reperitur *Dionysii* Alexandrini epistola ad Basilidem.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

CLXXXVIII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam anno 1669. illatus. Ibi continentur:

1.° Catena in Matthæum, eadem quæ in prioribus codicibus. Accesserunt notæ breviores recentiore manu exaratæ in extimis marginibus, diversæ ab illis quæ *Theophylacto* tribuuntur. Ibi quoque prolegomena, & contextus Matthæi integer.

2.° *Victoris* commentarius in Evangelium Marci, quod integrum exhibetur.

3.° *Titi* Bostrensis, commentarius in Evangelium Lucæ, unà cum textu.

4.° *Chrysostomi* & aliorum Patrum commentarius in Evangelium sancti Joannis. Historia mulieris adulteræ, omissa suo loco, ad calcem rejecta est; adjuncto brevi epilogo unde discimus eam historiam in quibusdam antigraphis prætermissam, & ab Apollinario repudiatam, extare in veteribus exemplaribus.

Is codex sæculo undecimo videtur exaratus.

CLXXXIX.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° Catena in Joannis Evangelium, unà cum textu; auctores è quorum scriptis catena collecta, sunt: *Ammonius, Apollinarius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, Origenes, Severus, Theodorus.*

2.° Scholia anepigrapha in Matthæi Evangelium, cujus contextus integer repræsentatur.

3.° Scholia anepigrapha in Evangelium Lucæ, unà cum textu.

4.° *Victoris* Antiocheni commentarius in Evangelium Marci, addito textu.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

CXC.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiscopi, commentarius in Matthæum.

2.° Ejusdem commentarius in Marcum. Desideratur finis.

3.° Ejusdem commentarius in Lucam. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CXCI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur scholia in Evangelia quatuor. Initium, finis, & folia præterea multa passim desiderantur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

CXCII.

Codex membranaceus. Ibi continentur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiscopi, commentarii in Evangelia Joannis, Matthæi & Lucæ. Accedit ejusdem prologus in Marcum.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

CXCIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Anonymi commentarius in Evangelium Matthæi.

2.° Præfatio brevis, sive argumentum Evangelii secundum Marcum.

3.° Fragmentum catenæ in Evangelium Lucæ. Ibi laudantur Basilius, Chrysostomus, Gregorius Nyssenus, Gregorius Theologus, Isidorus, Maximus, Nilus, Photius, Theodoretus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CXCIV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur catena in Evangelia Matthæi & Marci. Ibi laudantur Antiochus, Ptolemaidos Episcopus, Apollinarius, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, Eusebius, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Irenæus Lugdunensis, Isidorus Pelusiota, Origenes, Petrus Laodicenus, Photius, Severus, Theodoretus Tyri, Theodorus Antiochenus, Theodorus, Heracleæ Episcopus, Theodorus Monachus, Theodorus Mopsuestenus.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CXCV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur commentarii in Evangelia Matthæi & Marci, è *Chrysostomo* aliisque collecti.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CXCVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiſcopi, commentarii in Matthæum & Lucam. Commentariorum verò in Matthæum pars fermè dimidia deſideratur.

2.° Epiſtola quædam initio & fine mutila; quem habeat auctorem divinari non ita facile.

3.° Senarii iambici ſexaginta duo, minutiſſimo charactere. In ſingulis lineis quini, eoque ordine legendi, ut tota linea quinque verſibus conſtans percurratur, deinde alia, & ſic deinceps.

Obſervandum autem eſt in hocce codice unciales litteras, etſi penè deletas, apparere tamen; quas conſultò deleviſſe videtur is qui recentiorem ſcripturam ſuperinduxit. Quæ leguntur folio verſo 118. verba ſunt ſancti *Baſilii*, homilia vigeſima in quadraginta Martyres.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

CXCVII.

Codex membranaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiſcopi, in Matthæum & in Joannem commentarii. Sub finem Joannis nonnulla deſiderantur.

Is codex duodecimo ſæculo videtur exaratus.

CXCVIII.

Codex membranaceus. Ibi continentur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiſcopi, commentarii in Evangelia ſanctorum Matthæi & Joannis.

Is codex duodecimo ſæculo videtur exaratus.

CXCIX.

Codex membranaceus. Ibi continentur:

1.° Anonymi commentarius in Matthæi Evangelium. Sequitur *Euſebii* fragmentum de diſſonantia Evangeliorum.

2.° Anonymi commentarius in Joannis Evangelium. Finis deſideratur.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

CC.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Commentarii in Matthæum, è *Chryſoſtomi* homiliis præcipuè collecti. Subſequitur *Euſebii* Pamphili fragmentum de diſſonantia Evangeliorum.

2.° Commentarii in Evangelium Joannis. Dimidia fermè pars deſideratur.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

CCI.

Codex membranaceus, olim Domini du Freſne, quo continentur:

1.° Commentarius in Evangelium Matthæi, è *Chryſoſtomi* homiliis excerptus. Sequuntur *Euſebii* Pamphili fragmenta de diſſonantia Evangeliorum, & *Iſidori* Peluſiotæ epiſtolæ duæ, quarum prima ad Theognoſtum Preſbyterum, eſt de reſurrectione Salvatoris; ſecunda autem ad Thimotheum Lectorem, de triduana Chriſti ſepultura.

2.° Commentarius in Evangelium Joannis, è *Chryſoſtomo* excerptus.

3.° Catena in Lucam, è *Tito* Boſtrenſi, *Athanaſio*, *Baſilio*, *Chryſoſtomo*, *Cyrillo* & cæteris collecta.

4.° Commentarius in ſanctum Marcum, commentarii illius auctor fertur *Victor* Preſbyter.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

CCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur catena in Matthæum, incipiens à verſu ſexto capitis primi, & deſinens in verſu duodecimo capitis quadrageſimi. Collecta autem eſt, ex *Aetii*, *Athanaſii*, *Baſilii*, *Chryſoſtomi*, *Clementis*, *Cyrilli*, *Dionyſii*, *Dorothei*, *Epiphanii*, *Eſaïæ* Aſcetæ, *Gregorii* Nyſſeni, *Gregorii* Thaumaturgi, *Gregorii* Theologi, *Irenæi*, *Iſaaci*, *Iſidori*, *Macarii*, *Maximi*, *Nicetæ* & *Nili* ſcriptis. Paſſim folia quædam deſiderantur.

Is codex undecimo ſæculo exaratus videtur.

CCIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur in Matthæi Evangelium commentarius perpetuus, initio mutilus, conflatus ex epitome homiliarum *Chryſoſtomi*, cui interſeritur expoſitio *Petri* neſcio cujus, plures enim ſic appellati. Hæc autem interpretatio, in longas ſectiones diviſa, commentarium Chryſoſtomi ſubinde abrumpit, nec facile eſt alterum ab altero ſecernere, præſertim ubi nomen interpretis in margine

omissum, vel situ deletum. Est verò hæc utriusque commentarii dispositio. Præcedit commentarius ex *Chrysostomo* in aliquot capitula, quæ suos numeros in margine adscriptos habent; tum succedit *Petri* commentarius in illa ipsa capitula, quorum numeri in margine repetuntur. Attendat itaque lector ad numeros capitulorum, seu minorum Evangelii sectionum in marginibus manu plerumque rudi annotatos. His animadversis, facile erit utrumque commentarium internoscere.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CCIV.

Codex membranaceus, quo continentur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiscopi, commentarii in Matthæum, è *Chrysostomo* aliisque scriptoribus in compendium redactis.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CCV.

Codex chartaceus, olim Domini du Fresne. Ibi continentur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiscopi, commentarii in Matthæum, è *Chrysostomo* aliisque scriptoribus in compendium redactis.

Is codex anno 1327. exaratus est.

CCVI.

Codex membranaceus. Ibi continetur *Victoris* Presbyteri in Marcum commentarius. Præmittuntur:

1.° *Eusebii* Pamphili, de Evangeliorum dissonantia fragmentum.

2.° *Isidori* Pelusiotæ ad Theognostum Presbyterum, epistola de resurrectione Domini.

3.° Ejusdem ad Timotheum Lectorem epistola, de triduo sepulturæ Domini.

4.° *Eusebii* Pamphili fragmentum de angelis ad monumentum visis.

Is codex anno 1308. exaratus est.

CCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiscopi, commentarius in Evangelium Lucæ. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur catena in Lucam, collecta ex *Africano*, *Alexandro* Monacho, *Ambrosio*, *Amphilochio*, *Anastasio* Sinaïta, *Andrea*, *Anonymo*, *Antipatro* Bostrensi, *Asterio*, *Athanasio*, *Basilio*, *Carpathio*, *Clemente* Alexandrino, *Joanne Climaco*, *Cosma* Monacho, *Cyrillo* Alexandrino, *Cyrillo* Hierosolymitano, *Joanne* Damasceno, *Dionysio* Areopagita, *Dorotheo*, *Ephræmo*, *Epiphanio*, *Evagrio*, *Eusebio*, *Flaviano*, *Gennadio*, *Joanne* Geometra, *Gregoriis* Nysseno, Nazianzeno, *Hippolyto*, *Ignatio*, *Joanne Chrysostomo*, *Irenæo*, *Isaaco* Monacho, *Isidoro*, *Justino* Martyre, *Macario*, *Marco* Anachoreta, *Maximo*, *Metaphraste*, *Methodio* Patriarcha, *Niceta* Paphlagonensi, *Nilo*, *Origene*, *Philone*, *Photio*, *Severo*, *Simeone*, *Synesio*, *Theodoreto*, *Theodoro* Heracleensi, *Theodoro* Mopsuesteno, *Theophane*, *Tito* Bostrensi, & *Victore* Presbytero. Multum diversa est à Corderiana. Initio pauca, sub finem multa desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCIX.

Codex membranaceus, olim Boistallerianus. Ibi continetur catena in Joannem, ex *Ammonio* Presbytero, *Amphilochio*, *Anepigrapho*, sive *Anonymo*, *Apollinario*, *Athanasio* Alexandrino, *Basilio*, *Chrysostomo*, *Cyrillo*, *Didymo*, *Diodoro*, *Epiphanio* Cyprio, *Eusebio* Cæsareensi, *Gregorio* Nysseno, *Gregorio* Nazianzeno, *Isidoro* Pelusiota, &c. collecta.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CCX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi in Evangelium Joannis commentarius, incipiens à versu decimo quarto capitis primi, & desinens in versu vigesimo secundo capitis quadragesimi. Desiderantur folia quædam; sunt & nonnulla loco suo mota.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

CCXI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur commentarii litterales in Evangelium sanctorum Joannis & Lucæ, quibus, cum se dat occasio, impia Pauli Samosateni, Arii, Sabellii, Macedonii, & Manetis dogmata confutantur. Laudatur interdum sanctus Maximus. Initio desideratur folium unum aut alterum, ut & nomen auctoris.

Is codex decimo tertio sæculo videtur exaratus.

CCXII.

CCXII.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continetur catena in Evangelium Joannis, à capitis decimi versu nono ad finem, diversa omninò ab illa quæ *Corderii* studio prodiit. Laudantur ibi sæpenumerò Amphilochius, Andreas Cretensis, Athanasius, Basilius, Cæsarius, Chrysostomus, Clemens, Cyrillus Alexandrinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Damascenus, Diadochus, Dionysius, Epiphanius, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Joannes Climacus, Isaacus, Isidorus, Julius, Macarius, Marcus Anachoreta, Maximus, Nilus, Origenes.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur commentarius in Joannis Evangelium. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCXIV.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur *Joannis* Chalcedonensis, Archiepiscopi Constantinopolitani & œcumenici Patriarchæ, commentarii in viginti octo Evangelia anniversaria, è variis scriptoribus, & præsertim è *Chrysostomo* collecti.

Is codex anno 1316. exaratus est.

CCXV.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur commentaria in ea potissimùm Evangelii loca quæ ad beatam Virginem spectant.

Is codex, initio & fine mutilus, decimo tertio sæculo exaratus videtur.

CCXVI.

Codex membranaceus, olim Medicæus, Ibi continentur:

1.° Catena in Acta Apostolorum, quorum contextus integer repræsentatur. Præmittuntur scholia quædam selecta è *Joanne Chrysostomo*.

2.° Catena in septem Epistolas canonicas. Singulis præfixum argumentum; præfixi item capitum indices Epistolis Jacobi & Judæ, necnon secundæ & tertiæ Joannis.

3.° Catena in Epistolas Pauli quatuordecim. Singulis hisce Epistolis præfixum argumentum, argumento subjungitur index capitum. Additur prætereà index divinorum testimoniorum, quæ in Epistolis ad Galatas, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, & Philemonem minimè reperias. Præmittuntur autem narratio de sancto Paulo, Pauli peregrinationes, & martyrium excerptum è præfatione *Theodoreti* in Epistolas Pauli; martyrium sancti Pauli; scholium è *Chrysostomo*.

In issis catenis laudantur Ammonius, Apollinarius, Chrysostomus, Cyrillus, Didymus, Gennadius, Gregorius Theologus, Isidorus, Leo Imperator, Origenes, Severianus, Gabalorum Episcopus, Theodoretus, Theodotus.

Is codex sæculo decimo ineunte videtur exaratus, illudque manu elegantissima. In scholiis mira scripturæ varietas, mira structura, qua figuræ omnis generis, columnæ, turres, cruces, & alia id genus rerum simulacra adumbrantur, qualia illa Simmiæ Rhodii, ovum, ara & alæ.

CCXVII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Catena in Acta Apostolorum, unà cum textu, illa verò è veterum scriptis collecta, *Ammonii* nempè, *Basilii, Chrysostomi, Cyrilli, Epiphanii, Hesychii, Gregorii* Nazianzeni, *Irenæi, Maximi, Origenis, Severi* & *Theodoreti*.

2.° Anonymi commentarius in Epistolas catholicas. Singulis præfixum est argumentum; additus quoque sacer contextus.

3.° *Theodoreti* commentarius in Epistolas Pauli. Desideratur pars maxima commentarii in Epistolam ad Timotheum.

Is codex sæculo decimo ineunte exaratus videtur.

CCXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Catena in Acta Apostolorum & Epistolas Pauli, è variis scriptoribus collecta, *Ammonio* nempè, *Anonymo, Basilio, Gennadio, Isidoro, Joanne Chrysostomo, Maximo* Confessore, *Œcumenio, Severo* Antiocheno, *Severiano* & *Theodoreto*.

2.° Epistolæ catholicæ. Singulis præmittuntur argumenta.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

CCXIX.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Œcumenii* commentarius in Acta Apostolorum. Præfixa sunt argumentum libri, index capitum & iambi centum sexaginta de Paulo, illius Epistolis, & de Nerone. Accessit pars sacri contextus manu recentiore in marginibus scripta.

2.° Ejusdem commentarius in septem Epistolas canonicas.

3.° Ejusdem commentarius in Epistolas Pauli quatuordecim.

4.° *Arethæ* commentarius in Apocalypsim.

Is codex manu elegantissima sæculo undecimo ineunte videtur exaratus, fuitque olim penès Janum Lascarin, ut patet ex hac paginæ primæ inscriptione: *Hunc librum dono dedit Janus Lascaris Græcus, vir ut integerrimus, ita doctissimus, mihi Petro Merieli Constantiensi, decima januarii anno ab incarnatione Domini 1518.* Itaque vix dubitandi locus quin hic codex ille ipse sit de quo Donatus Veronensis in epistola ad Clementem VII. & in Græcis præfationibus Œcumenianæ editioni præfixis.

CCXX.

13.° Quædam de Spiritus Sancti processione, adversùs Latinos.

14.° Versus quidam. *Cleanthes* & *Philistion* auctores dicuntur.

15.° Nomina mensium apud Hebræos & Macedonas receptorum.

16.° Quædam de hymnis in officio Græcorum ecclesiastico usurpari solitis.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCXLIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur ἀνθολόγιον, sive florilegium, officia Ecclesiæ Græcæ à mense Martio ad Augustum usque complectens. Illud autem florilegium ab edito discrepat, quod est breviarium majorum menæorum, quæ in tot volumina, quot sunt menses, tribui consueverunt. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCXLV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur officium in Ecclesia Græcorum mense Junio recitari solitum. Accedit canon paracleticus, sive cantica varia in honorem beatæ Virginis.

Is codex sæculo decimo quinto videtur exaratus.

CCCXLVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur officium in Ecclesia Græca mense Novembri recitari solitum.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

CCCXLVII.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur preces variæ in ecclesia Græca recitari solitæ.

Hujusce codicis pars prior manu recentiori, altera undecimo sæculo videtur exarata.

CCCXLVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur preces variæ in officio Græcorum ecclesiastico recitari solitæ. Eædem sunt omninò cum illis quæ Venetiis lucem aspexerunt anno Christi 1537.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CCCXLIX.

Codex chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur liber precum ad usum Ecclesiæ Græcæ. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCCL.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur horologium, sive liber Græcorum ecclesiasticus, illius in multis similis qui apud nos diurnale appellatur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCLI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° *Dionysii* Monachi, liber inscriptus organum sapientiæ spiritualis, quo hymnorum dignitas & præstantia compluribus testimoniis ex ecclesiasticis Scriptoribus, Basilio nempè, Gregorio Nazianzeno, Joanne Chrysostomo, Isaaco, Ninives Episcopo, Simeone, sancti Mamantis in Xylocero Abbate, & Metrophane, petitis astruitur.

2.° *Thecaræ* Monachi, horologium, ubi de hymnis, precibus & tropariis in officio Græcorum ecclesiastico usurpatis, multò

uberiùs quàm in Dionyſii organo, diſſeritur.

3.° *Theoduli*, Monachi, tractatus, quo de hymnorum origine, & ſumma ab illis qui ad eos cantandos accedunt, adhibenda cura, ut animum ab omni labe purum ſervent, diſputatur.

Is codex manu Athanaſii Hieromonachi anno Chriſti 1397. exaratus eſt.

CCCLII.

Codex bombycinus, ex Oriente in Bibliothecam regiam Pauli Lucas opera illatus, quo continentur cantica & hymni in officio Græcorum eccleſiaſtico uſurpari ſolita. Paſſim in marginibus litteræ Arabicæ.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

CCCLIII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur preces & cantica in officio Græcorum eccleſiaſtico uſurpari ſolita, unà cum notis muſicis. Quædam ſub finem deſiderantur.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

CCCLIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur cantica in beatam Virginem, ad uſum Eccleſiæ Græcæ.

Is codex ſæculo decimo tertio videtur exaratus.

CCCLV.

Codex membranaceus, quo continentur hymni & cantica totius anni decurſu in Eccleſia Græca uſurpari ſolita, unà cum notis muſicis. Folia nonnulla loco ſuo mota.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CCCLVI.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur hymni in Eccleſiis Græcorum cantari ſoliti, à die prima Octobris, ad Julii uſque finem. Adjunctæ ſunt notæ muſicæ. Initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CCCLVII.

Codex bombycinus, quo continentur canones varii in officio Græcorum eccleſiaſtico cantari ſoliti. Initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CCCLVIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur hymni in Eccleſia Græca cantari ſoliti. Initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CCCLIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Georgii Pardi*, Metropolitæ Corinthi, commentarius nondum editus, in canones Dominicos, feſtorumque totius anni, & in triodia magnæ hebdomadis ac feſtorum Deiparæ.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCCLX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus. Ibi continentur :

1.° Hymni quidam eccleſiaſtici, unà cum notis muſicis.

2.° Grammatica. Titulus & nomen auctoris deſiderantur.

3.° *Manuelis Moſchopuli* ſchedographia, ſive de partibus orationis.

4.° Anonymi tractatus ἁγιοπολίτης inſcriptus, ubi de muſica Græcorum eccleſiaſtica. Finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto videtur exaratus.

CCCLXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur octoechus, ſive Græcorum liber eccleſiaſticus, complectens octo tonos à ſancto *Joanne* Damaſceno compoſitos. Finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCCLXII.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis. Ibi continentur :

1.° *Thecaræ* hymni & preces ſtatis temporibus in officio Græcorum eccleſiaſtico recitari ſoliti.

2.° *Thalaſſii*, Abbatis monaſterii cujuſdam in Lybia, ſententiarum centuriæ quatuor.

3.° *Joannis* Carpathii, capita aſcetica 117.

4.° Ejuſdem capita conſolatoria 96. ad Monachos in India degentes.

5.° *Nili* de oratione capita centum quinquaginta ſeptem.

6.° Florilegium, cujus auctor dicitur *Helias*, Preſbyter & Defenſor. Ibi de rebus ad mores informandos idoneis; opus Græcè ineditum.

7.° *Diadochi*, Photices Epiſcopi, capita aſcetica 100. Græcè inedita.

8.° *Marci*, Abbatis, de lege ſpirituali capita 400.

9.° *Symeonis* novi theologi, Præfecti ſancti Mamantis in Xylocero, capita practica & theologica.

10.° *Evagrii*, Monachi Scetenſis, capita aſcetica.

11.° Sancti *Maximi*, Confeſſoris, de charitate capita aſcetica.

12.° *Epicteti* enchiridion, & illud quidem nonnullis in locis interpolatum.

13.° *Nicetæ*, Monachi & Preſbyteri, cognomine *Stethati*, capita aſcetica in tres centurias diviſa: opus ineditum. Incipit τίς ὁ σκοπὸς.

14.° *Symeonis*, ſancti Mamantis Præfecti, capita aſcetica.

15.° *Marcus*, Eremita, de pœnitentia cunctis neceſſaria.

16.° Ejuſdem ad Nicolaum quemdam epiſtola, ubi præceptiones multæ ad morum doctrinam pertinentes.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCCLXIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur hymni in Eccleſia Græca cantari ſoliti. Initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCCLXIV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Hymni quidam, quorum auctores dicuntur *Dionyſius* Monachus, *Iſidorus*, *Joannes* Philoſophus, *Metrophanes* Monachus, & *Geraſimus* Monachus.

2.° Anonymi oratio de hymnorum & canticorum utilitate.

3.° *Joannis*, Antiocheni Patriarchæ, tractatus de ſacris myſteriis, è variis Scriptorum eccleſiaſticorum locis concinnatus. Ibi occurrit *Macarii Magnetis*, auctoris hactenùs inediti fragmentum ſat longum.

4.° Idem de peſſimo qui invaluit uſu monaſteria laïcis tradendi.

5.° Sancti *Joannis* Damaſceni tractatus de ſacris myſteriis. Hunc à ſe deſcriptum teſtatur librarius, ex antiquiſſimo codice quem Joannes Damaſcenus propria manu exaraverat.

6.° *Joannis* Antiocheni de quadrageſimæ jejunio tractatus, è variis Patrum ſcriptis collectus.

7.° Anonymi fragmentum, ubi de Melchiſedecitarum, Theodotianorum & Atthinganorum dogmatibus.

8.° Ordo ſervari ſolitus erga Saracenos qui Chriſtianam fidem amplectuntur.

9.° *Theodori* Studitæ ad Naucratium epiſtola.

10.° Anonymi epiſtola dogmatica, qua quæſtionibus ſibi propoſitis reſpondet.

11.° Anonymus de eccleſiæ unione, imperantibus Romano & Conſtantino, facta.

12.° Anonymus de azymis.

13.° *Nicolai*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, reſponſa ad interrogationes Monachorum Montis ſancti.

14.° *Joannis Neſteutæ*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, methodus confitendi peccata & pœnitentiæ injungendæ.

15.° Excerpta è *Clementis* conſtitutionibus.

16.° Interrogationes & reſponſa, ubi de providentia. Deſideratur initium.

17.° *Gregorii* Nazianzeni dubiorum quorumdam ſolutiones per interrogata & reſponſa.

18.° Expoſitio fidei quam Gregorius Thaumaturgus ſancto Joanni Evangeliſtæ acceptam referebat.

19.° *Anaſtaſii* Sinaïtæ quæſtiones aliquot.

20.° Anonymus de Paſchatis inveniendi ratione.

21.° Eclogæ è variis *Gregorii* Palamæ capitibus.

22.° *Gregorii* Cyprii liber adversùs Beccum, Patriarcham Conſtantinopolitanum, quem in Latinorum caſtra tranſiviſſe criminatur.

23.° Anonymus de cyclo ſolari, &

quomodo Paſcha, aliique dies feſti inveniri poſſint.

24.° *Libanii* Sophiſtæ, & ſancti *Baſilii* epiſtolæ mutuæ.

25.° Anonymi tractatus adversùs Græcos de proceſſione Spiritus Sancti. Initium & finis deſiderantur.

Is codex decimo quarto ſæculo videtur exaratus.

CCCLXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Cantus eccleſiaſtici, ſeu proſæ modulatæ, cum gloſſis inter lineas, & commentariis inter ſingula troparia.

2.° Canones, diodia, triodia & tetraodia, quorum auctores *Marcus* Monachus, *Coſmas* Monachus, *Joannes* Monachus, & *Joannes* Damaſcenus.

3.° Sancti *Baſilii* oratio in Domini nativitatem.

4.° *Æſopi* fabulæ, ordine alphabetico diſpoſitæ.

5.° *Theodori* Prodromi iambi in dominicas feſtivitates.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCCLXVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur preces & cantica, in officio Græcorum eccleſiaſtico, menſibus Martio & Aprili uſurpari ſolita.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCLXVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur preces & cantica, in officio Græcorum eccleſiaſtico, octo primis anni menſibus uſurpari ſolita.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCLXVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur preces & cantica, in officio Græcorum eccleſiaſtico menſe Julio uſurpari ſolita.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCLXIX.

Codex chartaceus, olim Domini du Freſne, quo continentur:

1.° *Nicolai Malaxi*, Protopapæ Nauplii, triodia quæ quindecim primis diebus menſis Auguſti in honorem ſanctæ Virginis recitari ſolent. Præmittuntur verſus iambici ad Antonium Calliergem.

2.° Ejuſdem Pentecoſtaria feſtorum dominicorum, ut & Deiparæ, Sanctorumque.

3.° Ejuſdem alia Pentecoſtaria, quæ certis quibuſdam diebus feſtis cantantur.

4.° Ejuſdem canon lamentatorius in luctuoſiſſimum ab urbe Nauplio diſceſſum.

Is codex ſæculo decimo ſexto videtur exaratus.

CCCLXX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur theotocarium, ſive liber Deiparæ, hymnos & canones qui apud Græcos in completoriis canuntur, complectens.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

CCCLXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Acacii* Monachi commentarius perpetuus in magnum canonem Andreæ qui Hieroſolymitanus appellatur.

Is codex ſæculo decimo ſexto videtur exaratus.

CCCLXXII.

Codex majore ſui parte membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur lectiones è Veteris Teſtamenti libris, ad uſum Eccleſiæ Græcæ, deromptæ.

Hujuſce codicis pars membranacea ſæculo undecimo, pars chartacea decimo quinto videtur exarata.

CCCLXXIII.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur lectiones è Novo Teſtamento deromptæ, ad uſum Eccleſiæ Græcæ.

Is codex, initio & fine mutilus, ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CCCLXXIV.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur lectiones è Novo Teſtamento depromptæ.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

CCCLXXV.

Codex membranaceus, olim Thuanæus,

posteà Colbertinus. Ibi continentur lectiones ex Evangeliis & Actis Apostolorum, in officio Græcorum ecclesiastico usurpari solitæ.

Is codex, manu Heliæ Presbyteri & Monachi, anno Christi 1022. exaratus est.

CCCLXXVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Lectiones ex Evangeliis, Actis Apostolorum, & Epistolis, ad officium Græcorum ecclesiasticum accommodatæ.

2.° Quatuor Evangelia. Præfixi *Eusebii* canones & illius ad Carpianum epistola. Singulis prætereà Evangeliis præfixus capitum index. Ad finem verò rejecta festorum indiculus & tabula cyclorum.

3.° Synaxarium Evangeliorum charta bombycina scriptum.

4.° Menologium totius anni.

5.° Synopsis quæ præter celebriores quasdam epochas, Imperatorum à Constantino magno ad Manuelem usque Porphyrogenetam catalogum exhibet.

Ex illo autem laterculo non immeritò concludas nostrum hunc codicem sæculo duodecimo exaratum esse.

CCCLXXVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur lectiones ex Evangeliis desumptæ, & in officio Græcorum ecclesiastico usurpari solitæ.

Is codex, cui deletâ priore scripturâ, altera superinducta est, sub finem sæculi decimi tertii exaratus videtur.

CCCLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur Evangelia in Græcorum ecclesiis legi solita. Adjuncta est expositio, homiliarum ad instar conscripta. Illius auctor ignoratur. Sub finem desiderantur nonnulla.

Is codex sæculo decimo tertio videtur exaratus.

CCCLXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur Evangelistarium, sive sectiones Evangeliorum, in officio Græcorum ecclesiastico legi solitæ.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

CCCLXXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Evangelistarium, sive Evangeliorum sectiones in officio Græcorum ecclesiastico legi solitæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCLXXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Evangelistarium, sive Evangeliorum sectiones in officio Græcorum ecclesiastico recitari solitæ.

Is codex manu Michaelis Mauricii, anno Christi 1550. Iconii exaratus est.

CCCLXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur lectiones ex Actis Apostolorum, Epistolis Pauli, & Epistolis catholicis, ad Ecclesiæ Græcæ usum depromptæ. Sub finem nonnulla desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CCCLXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur lectiones ex Actis Apostolorum, Epistolis Pauli, Epistolis catholicis & Apocalypsi, in ecclesiis Græcorum recitari solitæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur typicon, sive regula monasterii Deiparæ, jussu Irenes Augustæ, quæ ipsum à fundamentis extruxerat, editum. Initio ut & sub finem nonnulla desiderantur. Præfixus index titulorum totius operis, & ipse mutilus. Ad calcem conspicitur Irenes ipsius subscriptio longioribus litteris, & quæ femineam manum referunt. Rubri prætereà sunt characteres, quod scribendi genus apud imperatores illorumque uxores in more positum erat; unde non immeritò fortasse concludas nostrum hoc exemplar esse ex illis unum quæ Irene curante, capite 77. descripta memorantur. Sæculo igitur duodecimo exaratum fuerit oportet. Irene enim Alexio Comneno nupsit, qui anno Christi 1118. obiisse fertur.

CCCLXXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus.

Ibi continetur sancti Sabæ typicon, sive ordo divini officii in monasterio sancti Sabæ servari solitus. Observatum reperias in titulo, eosdem ritus à cæteris omnibus Hierosolymitanæ urbis cœnobiis usurpari. Præfixus index.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

CCCLXXXVI.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur typicon sancti Sabæ, sive ordo divini officii recitandi, cùm in hocce monasterio, tùm in cæteris omnibus Hierosolymorum cœnobiis servatus.

Is codex in monasterio sanctæ Anastasiæ, φαρμακολυτρίας dictæ, quondam asservatus, sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCCLXXXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur typicon sancti Sabæ, sive ordo recitandi divini officii, totius anni decursu, in monasterio sancti Sabæ servari solitus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Typicon monasterii sancti Sabæ.

2.° *Marci* Hieromonachi dubiorum quorumdam, vel saltem difficiliorum hujusce typici locorum explicatio.

Is codex anno Christi 1578. exaratus est.

CCCLXXXIX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Joannis* Palæologi, Imperatoris Constantinopolitani, typicum, quo leges in officio divino celebrando servandæ traduntur, ut & alia nonnulla ad disciplinam monasticam pertinentia. Opus ineditum, cujus unum aut alterum folium desideratur. Joannes verò Palæologus concilio Florentino interfuit.

Is codex, ex alio exemplari quod in illustrissimi Valachiæ principis Bibliotheca asservatur, descriptus est.

LIBRI RITUALES.

In-octavo.

CCCXC.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Fragmentum ubi de sacra liturgia.

2.° Preces quædam.

3.° Anonymus de natura animalium.

4.° Monachi cujusdam versus politici de statu animæ usque ad resurrectionem.

5.° Excerpta è sancto *Joanne* Damasceno.

6.° Vita sancti Alexii.

7.° Narratio de Apollonio Tyrio, è Latina lingua in Græcam conversa. Nonnulla sub finem desiderantur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

CCCXCI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* liturgia, sed illa multò brevior quàm in euchologio. Præmittitur illius imago imperitè delineata.

2.° Sancti *Basilii* liturgia brevior etiam quàm in editis.

3.° Missa præsanctificatorum, diversa quoque ab illa quæ in *Goari* euchologio publicam lucem aspexit.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

CCCXCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* liturgia.

2.° Sancti *Basilii* liturgia.

3.° Euchologium Græcorum, in nonnullis ab illo diversum quod *Goari* studio publicam lucem aspexit.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

CCCXCIII.

Codex chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° *Chrysostomi* liturgia.

2.° Præsanctificatorum liturgia. Illius auctor dicitur *Gregorius* Papa.

3.° Apostolo-evangelia quæ apud Græcos, hebdomadis decursu legi solent.

4.° Preces variæ in officio Græcorum ecclesiastico usurpari solitæ.

5.° Nomocanon, sive canones Apostolorum, & synodorum septem œcumenicarum, ubi de Episcopis, Sacerdotibus & Monachis.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCXCIV.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur officium ecclesiasticum pro mensibus Septembri, Octobri, Novembri, Decembri, Januario, Februario, Martio, Aprili, Maio, Junio, Julio & Augusto.

Is codex manu recentiori exaratus est.

CCCXCV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Orationes tùm recitandæ, cùm in morbum & aliquam calamitatem quis incurrit.

2.° Mulieris impudicæ & detestandæ, nomine Gyllus, historia.

3.° Anonymi de rebus theologicis quæstiones lingua Græco-barbara scriptæ, & illæ nullius pretii. Initium & finis desiderantur.

4.° Aliæ id genus quæstiones non minùs ineptæ.

5.° Dialogus Romani & Franci, de rebus ad theologiam spectantibus. Initium desideratur.

6.° Explicatio Symboli Nicæni. Initium & nomen auctoris desiderantur.

7.° Orationis sancti *Gregorii* Nysseni, de Trinitate fragmentum.

8.° Anonymus de terræ motibus, de intervallo quod cœlum inter & terram statuendum est, de antipodis, de fulguribus & tonitru.

9.° Preces pro apibus, pro vineis, & in morbis recitandæ.

10.° Anonymus de cœlis, de stellis, de montibus, de mari & de elementis.

11.° Apocalypsis quæ Beatæ Virginis nomen præ se fert.

12.° Dei cum Archangelo Gabriele dialogus, ubi de Incarnationis mysterio.

13.° Miraculi à sancto Theodoro martyre patrati historia.

14.° *Christophori*, Alexandrini Patriarchæ, oratio, cui vita humana similis sit. Opus à clarissimo *Fabricio* editum.

15.° Narratio miraculi à sancto Mena martyre patrati.

16.° Sancti *Ephræmi* oratio de judicio & resurrectione.

17.° Quæsita & responsa quædam de rebus theologicis. Auctoris nomen desideratur.

18.° Anonymi de cursu solis quæstiones.

19.° *Neophyti* Presbyteri, oratio, feria quinta in cœna Domini dicta. Ibi de sacerdotio Christi, de azymo, de cœna, & de Theodosio Judæo.

20.° Sancti *Joannis Chrysostomi* oratio de Adamo, è paradiso terrestri expulso.

21.° Anonymi de variis Latinorum erroribus tractatus.

22.° Anonymi quæstiones variæ, ineptæ omnino, & nullo in pretio habendæ.

23.° S. *Epiphanii* oratio in Deiparam.

24.° Pœnæ in mulieres quæ parùm pudicè se gesserunt, constitutæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CCCXCVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Menologium, lectiones, preces, hymni, aliaque in officiis Græcorum ecclesiasticis usurpari solita.

2.° Excerptæ è *Mænandri* comœdiis insigniores quædam sententiæ, ordine alphabetico dispositæ.

3.° Sancti *Joannis Chrysostomi* oratio catechetica in sacrum Pascha.

4.° Excerpta è variis *Simeonis* Metaphrastæ operibus.

5.° *Joannis* Damasceni fidei expositio.

6.° *Michaelis Pselli* fidei fundamenta ad Michaelem Ducam.

7.° *Joannis Carpathii* consolatio ad Monachos qui in India degunt, divisa in capita centum.

8.° Excerpta è Prophetarum libris.

9.° Canticum canticorum.

10.° Liber Jobi.

11.° Sapientia Jesu, filii Sirac.

12.° Apophthegmata varia, quorum nullum est quod non legatur in Diogenis Laërtii, & Plutarchi scriptis.

13.° *Theodori* Prodromi versus in hexaemeron.

14.° Excerpta è Philoſophis, quibus declaratur quid ſit πεῖρα, ϰαὶ ἐμπειρία, τέχνη, ϰαὶ ἐπιστήμη. Item de animæ facultatibus.

15.° Quædam de mente & anima.

16.° Diſputatio qua oſtenditur Alexandri res præclarè geſtas ad Ariſtotelem præcipuè referri debere.

17.° Anonymi chronographia brevis ab Adamo ad Chriſtum uſque deducta, & ad Veteris Teſtamenti hiſtoriam potiſſimùm accommodata. Ibi prætereà occurrit regum Perſiæ à Cyro ad Darium, & regum Ægypti ad Cleopatram ſeries.

18.° *Herophili* Medici opuſculum de alimentis quæ ſingulis menſibus ſumenda, aut vitanda ſunt.

19.° *Dioclis Caryſtii* de conſervanda valetudine epiſtola ad Antigonum regem.

20.° Prognoſticorum *Hippocratis* procemium.

21.° *Quinti* Smyrnæi verſus de duodecim Herculis laboribus.

22.° Quædam Apollinis oracula de Chriſto.

23.° *Simeonis* Metaphraſtæ carmen politicum, ubi de rebus ad pietatem ſpectantibus.

24.° Excerpta è variis ſancti *Joannis Climaci* operibus.

25.° Sancti *Maximi* capita.

26.° *Andreæ* Cretenſis carmen in ſecundum Chriſti Domini adventum.

27.° Sancti *Petri,* Apoſtolorum principis, Epiſtolæ catholicæ.

28.° Florilegium è variis ſancti *Gregorii* theologi orationibus.

29.° *Agapeti* Diaconi capita admonitionum ad Juſtinianum Imperatorem.

30.° Sancti *Joannis* Damaſceni oratio in Annuntiationem.

31.° Sancti *Dionyſii* Areopagitæ epiſtola ad Joannem Apoſtolum.

32.° *Leonis* Imperatoris, cognomine *Sapientis,* de virtutibus capita centum nonaginta, ad monaſticam diſciplinam ſpectantia. Opus ineditum.

33.° *Theodori* Prodromi ad Imperatorem epiſtolæ tres, hactenus ineditæ.

Is codex ſæculo decimo tertio videtur exaratus.

CCCXCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur canones & troparia in officio Græcorum eccleſiaſtico cani ſolita, unà cum notis muſicis.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CCCXCVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur canones & preces in officio Græcorum eccleſiaſtico uſurpari ſolitæ. Initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CCCXCIX.

Codex membranaceus, Thuanæus primùm, poſteà Colbertinus. Ibi continentur preces & hymni in officio Græcorum eccleſiaſtico uſurpari ſoliti.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CD.

Codex bombycinus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Canones quidam in officio Græcorum eccleſiaſtico cani ſoliti.

2.° Lamentatio Deiparæ ad crucem ſtantis, auctore *Nicolao,* Patriarcha Conſtantinopolitano.

3.° Anonymi verſus iambici in Chriſti ſepulturam.

4.° Anonymi verſus alii iambici, ubi de eodem argumento diſſeritur.

5.° Canon ſupplicatorius in Chriſtum, Deiparam & Sanctos.

6.° Inſcriptiones quæ Sanctorum Patrum libris præmitti debent.

7.° *Theodori* Prodromi verſus iambici in hexaemeron.

8.° Philoſophorum & veterum Poëtarum dicta quædam de Chriſto venturo.

9.° *Joannes* Damaſcenus de ſancta Trinitate.

10.° Anonymus ad populum Chriſtianum de nonnullis doctrinæ capitibus.

11.° Canones paracletici in Deiparam.

12.° Typici epitome.

13.° Anonymi lexicon verſibus politicis.

14.° *Manuelis Heloboli* Rhetoris, verſus iambici in Michaelem & Andronicum Palæologos.

15.° *Theodori* Prodromi verſus politici ad Joannem

ad Joannem Porphyrogenitum, adversùs Persas proficiscentem.

16.° Excerpta è libris Prophetarum.

17.° Anonymi epistolæ consolatoriæ.

18.° Versus è sancto *Gregorio* Nazianzeno, ad mores informandos selecti.

19.° Epistolarum formulæ quædam.

20.° Vocum quarumdam difficiliorum quæ in hymnis nonnullis occurrunt, explicatio.

21.° Canon in Christi nativitatem.

22.° Canon in sanctum Nicolaum.

23.° Paschalion.

24.° Fidei professio quam exhibuit Leo cum Episcopus ordinatus est.

25.° Prologus Alexiados, sive historiæ ab *Anna Comneno* conscriptæ.

Is codex anno Christi 1344. exaratus est.

CD I.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Canones & lectiones in festo sancti Georgii Martyris, recitari solitæ. Initium desideratur.

2.° Sancti Georgii martyrium, auctore *Simeone* Metaphraste. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CD II.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur typicum, sive ordo divini officii in Ecclesia Græca recitandi.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CD III.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur preces nonnullæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CD IV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus. Ibi continentur canones & troparia in officio Græcorum ecclesiastico cani solita. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CD V.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur canones & troparia in officio Græcorum ecclesiastico cani solita, unà cum notis musicis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CD VI.

Codex membranaceus, quo continetur horologium parvum, cui præfixus index. Ad calcem verò occurrit Paschalion.

Is codex manu Joannis Rosi, Cretensis, anno Christi 1478. exaratus est.

CD VII.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur *Nicephori Callisti* synaxaria in præcipua triodii festa, quibus uniuscujusque festi indicatur origo. Opus ineditum, & in eo à veterum synaxariis imprimis diversum, quòd ibi varios Græcorum recentiorum errores deprehendas.

Is codex anno Christi 1371. non magno ab auctoris ipsius morte intervallo, exaratus est.

CD VIII.

Rotulus membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur sancti *Basilii* liturgia.

Is codex anno Christi 1419. exaratus est.

CD IX.

Rotulus membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Joannis Chrysostomi* liturgia.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

CD X.

Rotulus membranaceus. Ibi continetur liturgia. Initium & nomen auctoris desiderantur.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

CD XI.

Rotulus membranaceus. Ibi continetur liturgia. Initium & nomen auctoris desiderantur.

Is codex sæculo duodecimo videtur exaratus.

CD XII.

Rotulus membranaceus, quo continentur ritus & preces in conferendis sacris ordinibus apud Græcos usurpari soliti.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CONCILIA.

In-folio.

CDXIII.

Codex chartaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur acta ſynodi Nicænæ, ſeu concilii Nicæni, inter generalia primi, hiſtoria, auctore *Gelaſio* Cyziceno.

Is codex deſcriptus fertur è vetuſto exemplari Bibliothecæ Grimanianæ, Venetiis, anno Chriſti 1561. impenſa aureorum quatuor. Dicitur prætereà recognitus à Joanne & Andrea Huraltiis fratribus.

CDXIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Gelaſii* Cyziceni hiſtoria concilii Nicæni. Tria priora capita deſiderantur.

2.° *Euſebii* Pamphili, de vita Conſtantini Magni libri quatuor. Accedit ejuſdem *Conſtantini* oratio ad Sanctorum cœtum.

3.° Ejuſdem *Euſebii* hiſtoriæ eccleſiaſticæ liber primus. Finis deeſt.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

CDXV.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Concilium Chalcedonenſe.

2.° Concilium Sardicenſe.

3.° Concilium Carthaginenſe quartum.

4.° Epiſtola *Cyrilli* ad Neſtorium.

5.° Ejuſdem epiſtola ad Joannem, Patriarcham Antiochenum. Finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CDXVI.

Codex chartaceus, olim Boiſtallerianus. Ibi continentur epiſtolæ, orationes, & alia ad Epheſinam ſynodum, ſive ad concilium generale tertium pertinentia. Præfixus index Græcus capitum, quæ ſunt omninò centum viginti novem. Verùm tria ultima deſiderantur. In libris editis plura capita, & alius planè ordo. Qua de re videndi conciliorum editores.

Is codex ex Antonii Grimani Bibliotheca deſcriptus dicitur, impenſa facta aureorum quatuor, & à Joanne & Andrea Huraltiis fratribus, recognitus, anno Chriſti 1562.

CDXVII.

Codex chartaceus, quo continetur eorum omnium collectio, quæ adversùs Neſtorium ejuſque ſectatores ſcripta fuerunt. Ibi quoque occurrunt præcipua argumenta quæ cauſæ ſuæ potiſſimùm favere exiſtimavit Neſtorius.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

CDXVIII.

Codex chartaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur acta concilii Conſtantinopolitani quinti. Præmittuntur variorum ad Petrum Apameenſem epiſtolæ, quibus à ſententia ſua avocatur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

CDXIX.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis. Ibi continentur acta concilii Conſtantinopolitani, ſub Menna Patriarcha habiti; ſed actorum ipſorum ordo præpoſterus, & perturbatus: quin & concilium Hieroſolymitanum à quo Conſtantinopolitani acta confirmata, temerè disjectum, & cum iiſdem actis confuſum. Rejectus ad calcem *Juſtiniani* Imperatoris liber adversùs Origenem, ad Mennam Patriarcham.

Is codex recens & elegans, deſcriptus videtur ex illo Bibliothecæ Palatinæ exemplari quo uſus eſt Binius. Certè utriuſque codicis eadem omninò vitia.

CDXX.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus. Ibi continetur concilium Lateranenſe quartum, unà cum Græca interpretatione. Nonnulla initio deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

CDXXI.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Tomus ſynodi adversùs Barlaamum & Acyndynum habitæ, imperantibus Cantacuzeno & Palæologo.

2.° *Philothei,* Patriarchæ Conſtantinopolitani, antirrheticorum libri inediti, quibus hortante Cantacuzeno, tomum Palamiticum, adversùs Nicephorum Gregoram jam mortuum, defendere ſibi propoſuit.

3.° Ejuſdem tractatus ad magnum Domeſticum Palæologum, de dicto ſancti Baſilii in antirrheticis, adversùs Eunomium. In quadam quaſi præfatione obſervatum

reperias, Philotheum ad huncce tractatum, ut & sequentem scribendum accessisse, priusquàm Nicephorus Gregoras opus suum adversùs Ecclesiæ tomum publici juris fecisset.

4.° Idem ad eumdem de divina Christi transfiguratione in monte Thabor, & de lumine quod ibi Discipulis apparuit.

5.° Ejusdem oratio in laudem Gregorii Palamæ, Archiepiscopi Thessalonicensis, ubi de quibusdam illius miraculis. Incipit Γρηγόριος μὲν ὁ μέγας.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CDXXII.

Codex chartaceus. Ibi continentur acta concilii Florentini. Subsequuntur Cardinalis *Bessarionis* epistola ad Græcos; *Georgii*, Scholarii, orationes quatuor, prima de pace, & de ferendo Græcis auxilio; secunda, de unione facienda; tertia, de tollendis pacis impedimentis; quarta, de remediis ad pacem stabiliendam imprimis idoneis; sancti *Basilii* confessio, & *Theodori* Gazæ ad Andronicum & Demetrium epistolæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CDXXIII.

Codex chartaceus, olim Domini du Fresne, quo continentur:

1.° Acta concilii Florentini. Præmittitur decretum unionis unà cum interpretatione Latina.

2.° Anonymus de festo Joannis Baptistæ, & quomodo celebratum fuerit tempore concilii.

3.° *Georgii*, Scholarii, oratio de pace, & de ferendo Græcis auxilio.

4.° Ejusdem oratio de unione dogmatica facienda, non autem utcunque accommodata ad præsentem rerum conditionem.

5.° Ejusdem oratio de tollendis pacis impedimentis.

6.° Ejusdem oratio de remediis pacis ineundæ.

7.° *Nicolai V.* Papæ ad Constantinum Imperatorem epistola, à *Theodoro Gaza* Græcè versa.

8.° Bessarionis Cardinalis epistola ad Græcos.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

CDXXIV.

Codex chartaceus, quo continentur synodi Hierosolymis sub Dositheo Patriarcha habitæ, acta, quibus plerique Calvinianorum errores anathemate feriuntur. Ad calcem occurrunt subscriptiones Episcoporum 8. Archimandritarum, Hieromonachorum & Presbyterorum 61. & Nectarii qui Dositheo successit. Sequitur epistola domini *de Nointel*, ad Portam Othomannicam Legati.

CONCILIA.

In-quarto.

CDXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur plurima volumina simul compacta hoc ordine:

1.° Anonymus de septem primis synodis œcumenicis.

2.° Anonymus de baptismo Constantini.

3.° *Hesiodi* Theogonia cum scholiis marginalibus & interlinearibus, ubi nihil ab editis diversum. Præmittitur Hesiodi vita. Non pauca desiderantur. Opus sæculo decimo tertio exaratum.

4.° *Homeri*, murium cum ranis pugna.

5.° *Xenophontis*, Lacedæmoniorum respublica.

6.° *Æsopi* fabulæ quatuor.

7.° Regulæ quædam ad grammaticam pertinentes, excerptæ è libris *Ambrosii* Camaldulensis.

8.° *Guarinus* Veronensis, de diphtongis litterarum antiquarum.

9.° Pars quædam erotematum *Manuelis Calceæ*.

Hujusce voluminis pars maxima sæculo decimo sexto videtur exarata.

CDXXVI.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° Symbolum Nycænum, cujus singulis versiculis subjicitur anonymi expositio.

2.° *Gregorii* Nysseni, *Anastasii* Sinaïtæ, *Athanasii*, & *Felicis* Papæ loca varia, quibus sanctæ Trinitatis dogma explicatur.

3.° Orationis dominicæ expositio.

4.° Quid sit fortuna, & an Christiano nomen illud usurpare liceat?

5.° Sententiæ cùm è profanis, tùm ex ecclesiasticis scriptoribus, ad mores informandos collectæ, sive loci communes, illorum non absimiles qui Stobæi, Maximi, & Antonii Melissæ nomine circumferuntur.

6.° *Athanasii* opusculum, quo probatur adversùs Judæos, Christum jam venisse.

7.° Anonymus de fine septimi sæculi. Ibi explicatur dictum Pauli Apostoli in Epistola ad Thessalonicenses.

8.° Oratio sancto *Cypriano* tributa, cujus ope infausta quæque arceri possunt.

9.° *Symeonis* Metaphrastæ de Incarnationis mysterio, versus iambici.

10.° Versus iambici de Constantinopoli, quos apud Codinum, *pag. 279.* reperias.

11.° Anonymi versus iambici de mundi creatione.

Is codex manu Choricarii anno 1488. exaratus est.

CDXXVII.

Codex chartaceus. Ibi continentur:

1.° Concilii Florentini historia, auctore *Sylvestro Syropulo,* magno Ecclesiarcha.

2.° Decretum concilii Florentini.

3.° Disceptationes variæ Græcos inter & Latinos, in concilio Florentino habitæ.

4.° *Scholarii* monodia in matrem Marci Ephesini Eugenici. Initium *φεῦ νῦν δ' παρόντες.*

Is codex, non multis post concilium Florentinum annis exaratus videtur.

CDXXVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur acta synodi Florentinæ.

Is codex anno Christi 1438. exaratus est.

CDXXIX.

Codex chartaceus, olim Domini du Fresne, quo continentur:

1.° Disceptationes variæ Græcos inter & Latinos in concilio Florentino habitæ.

2.° Decretum concilii Florentini.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CDXXX.

Charta membranacea, olim Colbertina, qua continetur concilii Florentini decretum, unà cum summi Pontificis, Joannis Palæologi, & aliorum subscriptionibus. Ibi conspiciuntur Eugenii & Imperatoris Constantinopolitani sigilla, quorum prius plumbeum est, alterum aureum.

Hancce chartam à Legato qui Ducis Burgundiæ nomine, synodo interfuerat, ad ipsum Ducem allatam esse constat.

CDXXXI.

Rotulus bombycinus. Ibi continentur Ecclesiæ Constantinopolitanæ de præsentia Christi reali in Eucharistiæ sacramento testimonia, aureo Patriarchæ Constantinopolitani sigillo munita.

CDXXXII.

Rotulus chartaceus, quo continentur Ecclesiæ Smyrnensis & Episcopi insulæ Melos appellatæ, de præsentia Christi reali in Eucharistiæ sacramento testimonia.

SANCTI PATRES.

In-folio.

CDXXXIII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur *Philonis* Judæi opera omnia, exceptis sex ultimis libris, quos exhibet editio Parisiensis.

Is codex manu Sophiani maximam partem exaratus est.

CDXXXIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Philonis* tractatus de Mosaïco mundi opificio.

2.° Idem de decalogo.

3.° Idem de judice.

4.° Idem de charitate.

5.° Idem de creatione Principis.

6.° Idem quòd omnis probus sit liber.

7.° Idem de vita contemplativa, vel supplicum virtutibus.

8.° Idem de meretricis mercede non accipienda in sacrarium.

9.° Idem de specialibus legibus quæ referuntur ad duo decalogi præcepta, sextum nempè & septimum.

10.° Idem. Vita viri civilis, sive de Josepho.

11.° Idem de sacrificiis Abelis & Caini.

12.° Idem de Cherubim & flammeo gladio; item de Caino qui primus ex homine

procreatus est. Ad calcem annotatum reperias, esse & alterum hujusce tractatus librum, idque se à nonnullis librarius didicisse testatur.

13.° Idem de agricultura.

14.° Idem de gigantibus.

15.° Idem de eo quod Deus sit immutabilis.

16.° Idem de migratione Abrahami.

17.° Idem de congressu comparandæ liberalis eruditionis causa.

18.° Idem. Vita sapientis per doctrinam perfecti, sive de legibus non scriptis.

19.° Ejusdem de vita Moysis libri tres.

20.° Historiæ Veteris Testamenti compendium ad Juditham usque deductum. Auctoris nomen & operis titulus non comparent. Initium θεὸς μὲν ὢν ἀϊδίως φύσις. Quædam sub finem desiderantur.
Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

CDXXXV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Philonis* Judæi tractatus inscriptus, vita sapientis per doctrinam perfecti, sive de legibus non scriptis.

2.° Ejusdem vita viri civilis, sive de Josepho.

3.° Ejusdem, vitæ Moysis liber primus, sive de theologia, ac prophetia. Nonnulla desiderantur.

4.° Ejusdem tractatus de charitate.

5.° Idem de resipiscentia.

6.° Idem de nobilitate.

7.° Ejusdem de virtutibus & legatione ad Caium liber.

8.° Anonymi Paschalion, sive canon Paschalis, recentiore manu scriptus.
Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

CDXXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Clementis*, Episcopi Romæ, epitome de actibus, peregrinationibus & prædicationibus sancti Petri. Ibi prætereà occurrit Clementis ipsius vita, quæ *Jacobo*, Hierosolymorum Episcopo, inscribitur.

2.° Vita Stephani junioris, qui sub Constantino Copronymo propter sacrarum imaginum cultum martyrium passus est.

3.° Vita sanctæ Mariæ Ægyptiæ, auctore *Sophronio*, Hierosolymitano Patriarcha.
Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

CDXXXVII.

Codex membranaceus, olim Memmianus, posteà Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Dionysii* Areopagitæ liber de hierarchia cœlesti. Initio quædam desiderantur; ad calcem verò legitur epigramma in sanctum Dionysium.

2.° Ejusdem liber de divinis nominibus. Præfixus index capitum; non pauca verò sub finem desiderantur.

3.° Ejusdem epistolæ, quarum priores duæ desiderantur.
Is codex uncialibus litteris exaratus, ad nonum sæculum referendus videtur.

CDXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Dionysii* Areopagitæ opera. Præmittuntur epigramma in auctoris laudem, & singulis libris index capitum; conjecta verò ad marginem sancti *Maximi* scholia.

2.° *Maximi* Confessoris, mystagogia, qua explicantur quorum signa sint quæ in ecclesia peraguntur in divina synaxi.
Is codex anno Christi 992. dicitur absolutus; alia manu additum, consecratus.

CDXXXIX.

Codex membranaceus, olim Xenophontis Monachi, quo continentur:

1.° *Dionysii* Areopagitæ liber de hierarchia cœlesti. Accedunt scholia sancti *Maximi*, ut & in aliis quæ sequuntur. Præfixus capitum index & epigramma in laudem sancti Dionysii.

2.° Ejusdem liber de hierarchia ecclesiastica. Præfixus capitum index.

3.° Ejusdem liber de divinis nominibus. Præfixum epigramma & capitum index.

4.° Ejusdem liber de mystica theologia. Præfixum epigramma & capitum index.

5.° Ejusdem epistolæ decem.
Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

CDXL.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Dionysii* Areopagitæ liber de divinis nominibus, cum sancti *Maximi* Confessoris, scholiis marginalibus. Præfixus capitum index; rejectum verò ad calcem tristichon in laudem sancti Dionysii.

2.° Ejusdem liber de hierarchia cœlesti, adjunctis beati *Maximi* scholiis. Præfixus quoque capitum index; ad calcem verò legitur distichon.

3.° Ejusdem epistolæ, cum ejusdem scholiis. Sequitur epigramma cujus acrostichi Δίδυμος efficiunt.

4.° *Polycratis* Diadochi, Episcopi Ephesini, fragmentum epistolæ ad Victorem Papam. Ad marginem verò annotatum reperias, idque antiqua manu, hocce fragmentum legi in Eusebii historia ecclesiastica.

5.° *Clementis*, Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyteri, fragmentum, ubi de sancto Joanne Theologo & Evangelista.

6.° Fragmentum è *Philonis* Judæi libro de vita contemplativa, adjunctis beati *Maximi* scholiis.

7.° Anonymi, vita & passio sancti Dionysii Areopagitæ, cum scholiis. Incipit ὁ Θεσπέσιος ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς. Adjectum verò ad calcem epigramma de vita & passione sancti Dionysii Areopagitæ.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CDXLI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Sancti *Dionysii* Areopagitæ liber de hierarchia cœlesti. Quæ adjiciuntur beati *Maximi* scholia, epigramma & capitum index, in sequentibus etiam reperiuntur.

2.° Ejusdem liber de hierarchia ecclesiastica.

3.° Ejusdem ad Timotheum, Ephesi Episcopum, liber de divinis nominibus.

4.° Ejusdem liber de mystica theologia.

5.° Ejusdem epistolæ.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CDXLII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Dionysii* Areopagitæ liber de hierarchia cœlesti, adjunctis, ut & in sequentibus, beati *Maximi* scholiis. Præfixum epigramma & capitum index.

2.° Ejusdem liber de hierarchia ecclesiastica.

3.° Ejusdem liber de divinis nominibus.

4.° Ejusdem liber de mystica theologia.

5.° Ejusdem epistolæ variæ. Ad octavam epistolam conjecta sunt scholia, quorum auctor esse dicitur sanctus *Maximus* Confessor.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CDXLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Dionysii* Areopagitæ opera. Accedit sancti *Maximi* commentarius.

Is codex anno Christi 1272. exaratus est.

CDXLIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Dionysii* Areopagitæ liber de hierarchia cœlesti. Accedunt beati *Maximi* scholia. Præmittuntur ejusdem *Dionysii* operum quæ ad nos pervenerunt index, & viri alicujus eruditi scholiorum fragmenta.

2.° Ejusdem liber de divinis nominibus. Præfixus capitum index & epigramma. Accedunt beati *Maximi* scholia, ut & in aliis tractatibus qui sequuntur.

3.° Ejusdem liber de hierarchia ecclesiastica. Præfixum epigramma & capitum index.

4.° Ejusdem liber de mystica theologia. Præfixus capitum index & epigramma.

5.° Ejusdem epistolæ, numero decem.

Is codex, imperantibus Joanne Palæologo & Cantacuzeno, exaratus est.

CDXLV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Dionysii* Areopagitæ liber de hierarchia cœlesti. Accedunt beati *Maximi* scholia. Præfixus capitum index & epigramma.

2.° Ejusdem liber de hierarchia ecclesiastica, cum beati *Maximi* scholiis. Præfixus capitum index & epigramma.

3.° Ejusdem liber de divinis nominibus. Accedunt beati *Maximi* scholia. Præfixum epigramma & capitum index.

4.° Ejusdem liber de mystica theologia, cum beati *Maximi* scholiis.

5.° Ejusdem epistolæ, numero decem, cum beati *Maximi* scholiis.

Is codex manu Joannis Ducæ, Neocæsariensis, exaratus est.

CDXLVI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Dionysii* Areopagitæ opera, unà cum marginalibus sancti *Maximi* scholiis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CDXLVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Dionysii* Areopagitæ liber de hierarchia cœlesti, unà cum scholiis sancti *Maximi*. Præfixum epigramma & capitum index; quæ omnia in sequentibus etiam reperiuntur.

2.° Liber de hierarchia ecclesiastica.

3.° Ejusdem liber de divinis nominibus.

4.° Ejusdem liber de mystica theologia.

5.° Ejusdem epistolæ decem.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

CDXLVIII.

Codex bombycinus, quo continetur paraphrasis operum sancti Dionysii Areopagitæ. Auctore *Georgio Pachymero*.

Is codex manu Andronici Lepentreni anno Christi 1302. exaratus est.

CDXLIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Georgii Pachymeræ* paraphrasis in varia sancti Dionysii Areopagitæ opera. Præmittitur præfatio ad Athanasium, Alexandrinum Patriarcham, cujus hortatu ad hancce paraphrasin inchoandam accessisse se testatur auctor.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CDL.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Justini*, Philosophi & Martyris, epistola ad Zenam & Serenum. Præmittuntur excerpta è Photii myriobiblo de scriptis sancti Justini, & ex Eusebii historia ecclesiastica de Sanctis Justino, Polycarpo & Irenæo.

2.° Ejusdem sermo paræneticus ad Græcos.

3.° Ejusdem dialogus cum Tryphone Judæo, de veritate religionis christianæ.

4.° Ejusdem apologiæ duæ pro Christianis, una brevior ad Senatum Romanum, altera prolixior ad Antoninum Pium. Sequuntur epistolæ tres, eædem quæ in editis.

5.° Ejusdem liber de monarchia, sive de Dei unitate.

6.° Ejusdem expositio orthodoxæ fidei.

7.° Ejusdem confutatio dogmatum quorumdam Aristotelicorum.

8.° Ejusdem quæsita & responsa ad Græcos.

Is codex anno 1364. exaratus est.

CDLI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Clementis* Alexandrini liber adhortatorius ad Græcos. Accedunt scholia marginalia, eaque non contemnenda, cùm in huncce tractatum, tùm in alios qui sequuntur.

2.° Ejusdem pædagogus in tres libros divisus. Libri primi decem capita priora, & undecimi initium desiderantur.

3.° *Justini* ad Zenam & Serenum fratres epistola.

4.° Ejusdem oratio parænetica ad Græcos.

5.° *Eusebii*, Pamphili, evangelicæ Præparationis libri quinque priores.

6.° *Athenagoræ*, Atheniensis, legatio pro Christianis.

7.° Idem de resurrectione mortuorum.

8.° *Eusebii*, Pamphili, adversùs Hieroclem liber.

9.° Anonymi fragmentum de loco.

Is codex manu Baanis, notarii Arethæ Cæsareæ Archiepiscopi, anno Christi 914. exaratus est.

CDLII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Clementis* Alexandrini, pædagogus in tres libros divisus. Ad calcem occurrit ejusdem hymnus in Christum Salvatorem. Accedunt anonymi in pædagogum iambici versus.

2.° *Joannis Climaci* scala. Præfixus capitum index, & vita auctoris in epitomen contracta

3.° *Joannis*, Rhaithuensis, ad Joannem Climacum epistola, cum *Joannis Climaci* responsione. Ad calcem occurrunt versus in scalam Joannis Climaci.

4.° Ejusdem liber ad Pastorem. Subjungitur *Joannis*, Rhaithuensis, ad Joannem Climacum epistola in laudem libri.

Is codex manu Valeriani Monachi anno Christi 1538. exaratus est.

CDLIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur :

1.° Sancti *Hippolyti* tabulæ paschales, cum Latina interpretatione è regione. Præmittuntur sancti *Hieronymi* de illo testimonium, ut & fragmentum catalogi ejusdem operum, è marmore diruto sedis illius in Vaticano.

2.° Octastichon heroicum, seu epitaphium Æliæ puellæ, Ælii Abascanti filiæ.

3.° Tabularum Hippolyti paschalium explicatio. Italicè.

4.° Vita sanctæ Macrinæ, descripta è codice Bibliothecæ Cryptoferratensis, vetusto illo quidem, sed mendoso, ut ab Italo erudito annotatum.

5.° *Hypsiclis* anaphoricus.

6.° *Claudii Ptolemæi* magnæ constructionis prolegomena, cum scholiis. Præfixum programma ab homine Italo, vernaculo idiomate, qui scholia sola cum exemplari vetusto diligenter collata esse testatur.

7.° Tetrastichon heroelegiacum, quod *Ptolemæo* tribui solet. Incipit οἶδ' ὅτι θνητὸς ἔφυν.

8.° Prolegomena magnæ constructionis, eadem quæ supra, cum iisdem scholiis. Totum apographum cum exemplari collatum esse dicitur.

9.° Ejusdem de hypothesibus planetarum liber.

Is codex manu hominis Itali minimè antiqua, maximam partem exaratus est.

CDLIV.

Codex chartaceus, quo continentur :

1.° *Origenis* expositio in Jobum, diversa à tribus libris in Jobum, qui cum Origenis tractatibus prodiere. Incipit σημαίνει ἡ βίβλος.

2.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quatuor in Jobum. Sub finem quartæ quædam desiderantur.

Is codex anno 1448. exaratus est.

CDLV.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur :

1.° *Origenis* in Joannis Evangelium commentariorum tomi novem. Additi capitum & versuum numeri, manu Danielis Huetii.

2.° Ejusdem commentariorum in Evangelium Matthæi tomi novem. Multa desiderantur. Additi quoque capitum & versuum numeri, manu Danielis Huetii.

Is codex decimo sexto sæculo ineunte exaratus videtur.

CDLVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur :

1.° *Origenis* philocalia.

2.° *Arriani* de expeditione Alexandri libri septem.

3.° Ejusdem historia Indica.

4.° Fragmentum è vita Alexandri, cujus auctor est *Plutarchus*.

5.° *Bessarionis* iambi quidam in mortem Theodoræ Reginæ.

Is codex anno Christi 1326. exaratus est.

CDLVII.

cum instrumentis & chrysobullis. Qui per successionem in hoc monasterio Latris futuri estis hegumeni, ejus mementote. Nomina autem hegumenorum in S. monasterio Pauli Latris, qui quidem noti sunt, hæc sunt, Simeon monachus & hegumenus, Lucas monachus & hegumenus, Demetrius monachus & hegumenus, Michael monachus & hegumenus, Nicolaus monachus & hegumenus, Ephraim monachus & hegumenus, Christodulus monachus & hegumenus, Meletius monachus & hegumenus, Marcon monachus & hegumenus, Paulus monachus & hegumenus, Damianus monachus & hegumenus, Gabriel monachus & hegumenus, Petrus monachus & hegumenus, Neophytus monachus & hegumenus, Dionysius monachus & hegumenus, Christodulus monachus & hegumenus, Gregorius monachus & hegumenus, Leontius monachus & hegumenus, Meletius monachus & hegumenus, Antonius monachus & hegumenus.

DXCIX.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Ephræmi* sermo de variis inferni tormentis. Initium desideratur.

2.° Ejusdem sermo de patientia, atque tolerantia.

3.° Ejusdem sermo de virtute, ad novitium Monachum.

4.° Ejusdem de virtute capita decem.

5.° Ejusdem sermo asceticus in illud: *Attende tibi.*

6.° Ejusdem sermo, quòd risui non sit indulgendum.

7.° Ejusdem consilium de vita spirituali, ad novitium Monachum.

8.° Ejusdem sermo de recta vita.

9.° Ejusdem beatitudines.

10.° Ejusdem sermo adhortatorius ad Monachos.

11.° Ejusdem sermo de pœnitentia.

12.° Ejusdem sermo, debere Christianum longanimem esse, nec injuriæ tenacem.

13.° Ejusdem sermo, quomodo admonendi negligentes.

14.° Ejusdem sermo, legendum esse attentè.

15.° Ejusdem sermo, non evagandum esse oculis.

16.° Ejusdem sermo de mansuetudine.

17.° Ejusdem sermo de timore Dei.

18.° Ejusdem sermo de religione.

19.° Ejusdem sermo de lapsis quærentibus excusationes in peccatis.

20.° Idem, ad fratrem lapsum.

21.° Ejusdem sermo, non esse maledicendum.

22.° Ejusdem sermo in illud: *Melius est nubere quàm uri.*

23.° Ejusdem sermo de timore Dei.

24.° Ejusdem parænesis ad Eulogium.

25.° Idem, ad senem quemdam Monachum sæculum cogitantem.

26.° Ejusdem sermo de afflictione.

27.° Ejusdem sermo de monasticæ vitæ excellentia, præ sæculari.

28.° Ejusdem capita centum, qua quis ratione humilitatem acquirat.

Hujusce codicis pars utraque sæculo decimo quarto videtur exarata.

DC.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° Vita sancti Chrysostomi, auctore *Georgio* Alexandrino. Non pauca desiderantur. Restituendus præterea ordo foliorum perturbatus, ut annotatum est suo loco, in ipsius codicis marginibus.

2.° *Cosmæ* Vestitoris oratio in translationem reliquiarum sancti Chrysostomi. Desiderantur folia decem.

3.° *Chrysostomi* orationes viginti una, quæ dicuntur Statuæ, quarum orationum pars major mutila est.

Is codex sæculo undecimo, ut videtur, exaratus, fuit quondam penès Arsenium, Monembasiæ Archiepiscopum.

DCI.

Codex membranaceus, ex insula Scio in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus. Ibi continentur:

1.° Vita sancti Joannis Chrysostomi, auctore *Simeone* Metaphraste.

2.° Vita & res gestæ sancti Stephani Junioris, Thaumaturgi. Auctor *Stephanus* Byzantinus.

3.° *Clementis* Romani ad Jacobum, fratrem Domini, epistola.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta duæ priores in Genesim. Hujusce codicis initio occurrit diarium historicum breve, scriptum manu Berraensis œconomi in charta tegmini agglutinata, illudque idiomate Græco-barbaro. Hinc autem, præter alia discimus seditionem illam Constantinopolitanam, in qua occisus Beglierbeius qui Amurathæ, hujus nominis tertio, tributorum exigendorum auctor fuerat, excitatam esse anno 7097. die Martii 23. eodemque anno maximam urbis partem conflagrasse. Is autem annus erat post Christum natum 1589. Cætera quæ in diario illo reperiuntur, pertinent ad annos Christi 1590. 1591. 1592. 1593. 1595. 1596. & 1597.

Ad calcem hujusce codicis, decimo, ut videtur, sæculo exarati, hæc leguntur. *Codex iste erat templi Melibii. Capto autem Melibio, cùm & libri & omnia quæ erant illius templi propria periissent, communi omnium clericorum consensu mihi datus est laboris mei ergo. Itaque penes me erit, nemine adversante, quod idcircò declaratum est anno Christi 1590. die Martii 15.*

DCIII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à prima ad trigesimam secundam usque, cujus finis desideratur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

DCIV.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta priores in Genesim. Vigesimæ nonæ pars maxima manu recentiore in charta scripta est. Præfixus titulus ab Angelo Vergetio.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

DCV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à sexta ad trigesimam secundam, cujus finis desideratur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

DCVI.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, initio & fine mutilus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ viginti in Genesim, initio ducto ab homilia decima tertia.

Is codex, qui nondum collatus est, undecimo sæculo videtur exaratus.

DCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia secunda & tertia in Genesim. Utriusque initium & finis desiderantur.

2.° Ejusdem orationes adversùs Judæos, à tertia mutila ad sextam. In aliis quoque folia non pauca desiderantur.

3.° Ejusdem orationes de Incomprehensibili. Ultimæ finis desideratur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

DCVIII.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta priores in Genesim. Homilia verò decima octava brevior est quàm in vulgatis editionibus, sed quod ex ejus fine detractum, id ad sequentis initium adjectum est. Hinc factum est ut orationis decimæ nonæ aliud esset initium in hoc codice, aliud in libris editis; scilicet in hoc codice homilia decima nona incipit ab his verbis, σκόπει πότε τοῦτο ἐγένετο, quæ reperiuntur editionis Savilianæ *pag. 122.* In libris editis incipit ab his, καθάπερ τὰ ἄσιτα, quæ reperiuntur hujus codicis folio 114. Hinc etiam factum est ut ea quæ edita est orationis decimæ octavæ peroratio, in hoc codice desideraretur. Prætereà in libris editis orationis trigesimæ initium, est ἰδοὺ πρὸς τὸ τέλος, quod initium desideratur in hoc codice, in quo incipit eadem oratio ab his verbis, φέρε οὖν πάλιν τῆς συνήθη, quæ in libris editis ipsum orationis exordium claudunt.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta tres priores in Genesim. Illarum aliquando initium, aliquando finis desiderantur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCX.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta priores in Genesim. Ad calcem annotatum reperias librum hunc à Theodulo, Smyrnæ Archiepiscopo, ecclesiæ suæ dono datum anno Christi 1297.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCXI.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta tres priores in Genesim. Trigesima prima caret fine, initio trigesima secunda. In calce initium orationis in Pascha, quæ & ipsa est *Chrysostomi*. Præfixus titulus manu Vergetii.

Is codex, qui fuit quondam penes Joannem Franciscum Asulanum bibliopolam, undecimo sæculo exaratus videtur.

DCXII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam anno 1669. illatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Genesim homiliæ triginta priores. Vigesimæ octavæ desideratur initium. In hoc autem nostro codice reperias folia quatuor membranacea, quibus librarius utrumque latus munivit. Ibi sub recentiore scriptura qua scriptæ sunt odæ liturgicæ, latent capita aliquot vetustissimi evangelistarii, litteris uncialibus descripti.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXIII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam anno 1669. illatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Genesim homiliæ triginta duæ priores. Folium primum manu recentiore restitutum. In calce occurrit librorum monasterii Salvatoris Christi catalogus, verùm in quo nullum reperias quem emptum velis.

Is codex undecimo vel duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCXIV.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim triginta priores. Ad calcem occurrunt iambi nonnulli, quorum auctor *Gabriel*, illud exemplar innumeris penè in locis à se emendatum testatur. Acerbiùs præterea in Latinos invehitur, quos tanquam barbaros & cædis nimiùm avidos traducit. Folio 231. in infima margine legitur : *Iste liber est mei fratris Antonii de Thomaximis, Ordinis Minorum.*

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCXV.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim triginta priores.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCXVI.

Codex majore sui parte membranaceus, Regi Ludovico XIV. ab Archiepiscopo Philippopolitano anno 1701. oblatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Genesim homiliæ viginti novem priores. Postremæ vix initium superest. Observandum est præterea homilias septem priores, & octavæ partem recentiore manu in charta scriptas esse.

Is codex sub initium undecimi sæculi exaratus videtur.

DCXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à quarta ad trigesimam secundam. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXVIII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam anno 1669. illatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ priores in Genesim, ab ultimis secundæ paginis ad vigesimam nonam inchoatam.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à prima ad vigesimam octavam. Initium & finis, prætereaque folia multa desiderantur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, ab homiliæ tertiæ fine, ad vigesimam octavam, cujus finis desideratur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à prima ad vigesimam septimam, cujus finis desideratur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, ab undecima ad vigesimam septimam. In hisce homiliis, aliarum initium, finis aliarum desideratur. Desunt præterea hinc & inde non pauca folia.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXXIII.

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, ab homilia sexta ad vigesimam octavam.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim. Complures desiderantur. In aliis nonnullis interdum initium, finis interdum deest.

Hujusce codicis pars longè maxima, undecimo sæculo videtur exarata.

DCXXV.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, ab homilia prima ad trigesimam tertiam.

E nota penè deleta, quæ ad hujusce codicis calcem legitur, anno 1130. circiter exaratum esse conjicias.

DCXXVI.

Codex membranaceus, olim Boistallerianus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Genesim homiliæ triginta priores.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCXXVII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta septem in Genesim.

Is codex, initio & fine mutilus, duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCXXVIII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à prima ad trigesimam secundam, cujus finis desideratur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCXXIX.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Genesim homiliæ XXXI. priores. Initium primæ, & trigesimæ primæ finis desiderantur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCXXX.

Codex membranaceus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Genesim homiliæ triginta priores. Vigesima integra, & trigesimæ finis desiderantur.

Is codex varia manu, duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, ab homilia prima ad trigesimam. Interdum folia quædam desiderantur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à sexta ad vigesimam octavam. Initium & finis desiderantur. Desunt præterea hinc & inde folia non pauca.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur :

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* in Genesim homiliæ triginta tres priores. Folia non pauca passim desiderantur.

2.° Ejusdem homilia catechetica in sanctum Pascha. Dimidia pars & amplius desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCXXXIV.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim triginta tres priores. Primæ & secundæ, ut & tertiæ initium, in charta manu recenti scriptæ sunt. Præfixus titulus ab Angelo Vergetio.

DCXXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* in Genesim homiliæ, decima quinta initio mutila, secunda, tertia & quarta.

2.° Sanctus *Ephræmus*, de salute animæ, & de futuro judicio.

3.° Narratio de imagine Christi Berytensi, à Germano, Patriarcha Constantinopolitano translata.

4.° Sancti *Gregorii* Nysseni oratio in laudem sancti Gregorii Thaumaturgi.

5.° *Gregorii*, Nicomediensis Episcopi, oratio in beatæ Mariæ Virginis præsentationem.

6.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in Seraphim.

7.° Martyrium sancti Menæ Ægyptii.

8.° Sancti *Epiphanii* homilia in Christi Domini sepulturam.

9.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in Pascha.

10.° Ejusdem homilia in decem virgines.

11.° Martyrium sanctorum Petri & Pauli Apostolorum.

12.° Vita sanctæ Mariæ Ægyptiæ, auctore *Sophronio* Hierosolymitano.

13.° Narratio de sanguine qui è latere imaginis Christi erupit; hæc autem imago à Nicephoro Imperatore allata dicitur. Incipit οὐ δίκαιον δέ.

14.° Anonymus, de iis qui per incuriam lapsi sunt, & peccatum aliqua excusatione imminuere conantur.

15.° *Marcus* Monachus, de lege spirituali.

16.° Ejusdem, consilium mentis ad animam.

17.° Excerpta è Palladii historia Lausiaca.

18.° Explicatio dicti illius: *Inimico tuo fausta precare.*

19.° Sanctus *Athanasius*, ad Antiochum ducem.

20.° Sancti *Chrysostomi* homilia in illud: *Verùm frustrà turbatur omnis homo.*

21.° *Marci* Monachi interrogata & responsa de baptismate.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

DCXXXVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta septem posteriores, à trigesima prima ad sexagesimam septimam, eamdemque ultimam. Assutæ sunt ad initium & ad finem membranæ vetustissimæ ab alio codice avulsæ. Videndum an sint Chrysostomi quæ in hisce membranis scripta sunt.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

DCXXXVII.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim posteriores, à trigesima prima ad sexagesimam septimam, eamdemque ultimam.

Is codex manu Antonii Monachi anno Christi 1057. exaratus est.

DCXXXVIII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à trigesima prima ad sexagesimam septimam, cujus finis desideratur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXXXIX.

Codex membranaceus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta tres priores in Genesim. Trigesimæ primæ finis, & trigesimæ secundæ initium desiderantur.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCXL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi*

homiliæ in Genesim, à trigesima prima ad ultimam.

Is codex manu Theodori cujusdam exaratus est, illudque sæculo, ut videtur, undecimo.

DCXLI.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à vigesima quinta, cujus initium deest, ad quadragesimam tertiam usque, cujus finis desideratur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCXLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à trigesima prima ad ultimam, cujus finis desideratur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXLIII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta sex posteriores in Genesim. In hoc nostro codice homiliæ ab orationibus distinguuntur, ut patet ex illo titulo, ὁμιλία λα. λόγος λε. & ex aliis titulis similibus. Eò fit ut homilia ultima, non, ut alibi, sexagesima septima, sed sexagesima sexta numeretur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus est, asservabaturque in monasterio quodam, non magno ab urbe Constantinopoli intervallo, quod νέα μονὴ appellatur, vulgò Neamoni.

DCXLIV.

Codex chartaceus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à trigesima prima ad ultimam.

Is codex manu Michaelis Mauriani anno Christi 1430. exaratus est.

DCXLV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à trigesima secunda ad ultimam. Non pauca passim desiderantur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCXLVI.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à trigesima secunda, cujus initium desideratur, ad ultimam. Illius finis deest.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

DCXLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à trigesima quarta ad ultimam. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à trigesima quinta ad ultimam.

Is codex manu Michaelis, Episcopi Curii, anno Christi 1051. exaratus est.

DCXLIX.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ XXXI. in Genesim, à trigesima septima nempè, ad ultimam. Singulis orationibus, ut & perorationibus, præmittuntur argumenta. Mutilæ sunt prima & ultima; hæc fine, illa initio caret.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCL.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ viginti quatuor posteriores in Genesim.

Is codex, initio & fine mutilus, undecimo sæculo exaratus videtur.

DCLI.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ viginti quatuor posteriores in Genesim.

Is codex, initio & fine mutilus, undecimo sæculo exaratus videtur.

DCLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Genesim, à quadragesima ad sexagesimam sextam. Initium & finis desiderantur.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCLIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ triginta in Genesim, præpostero ordine digestæ, compactoris culpa, qui quaternionum seriem invertit, cui incommodo aliquatenùs medetur præfixus index homiliarum.

Hujusce codicis scriptura duplex est, utraque tamen antiqua, & ad decimum tertium, ut videtur, sæculum referenda. Ad calcem verò annotatum reperias, illius libri partem Michaelis cujusdam manu exaratam esse.

DCLIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur homiliæ in psalmos quadraginta quinque, quondam nonaginta septem, quæ omnes fermè vel *Chrysostomum*, vel *Theodoretum* auctores habent. Primæ initium manu recentiore restitutum est. In ultima nonnulla desiderantur.

Is codex, sæculo nono exeunte, vel saltem ineunte decimo, exaratus videtur. Observanda autem litterarum capitalium forma singularis, qualis in Palæog. *pag. 255.*

DCLV.

Codex membranaceus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* commentarii in Psalmos, à psalmo quadragesimo tertio ad quinquagesimum primum, & à centesimo ad centesimum decimum octavum usque.

Is codex anno 1037. exaratus est.

DCLVI.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° Sancti *Chrysostomi* oratio in inscriptionem psalmi quinquagesimi.

2.° Ejusdem de Incomprehensibili orationes sex.

3.° Ejusdem oratio in eos qui Paschatis die jejunant.

4.° Ejusdem de Lazaro & paupere orationes quatuor.

5.° Ejusdem de Saüle & Davide orationes tres.

6.° Ejusdem de Ozia orationes quatuor.

7.° Ejusdem de Anna orationes quinque.

8.° Ejusdem in Jobum orationes quatuor.

9.° Ejusdem oratio in psalmum quadragesimum octavum.

10.° Ejusdem oratio in venerandam crucem.

11.° Ejusdem oratio in psalmum quadragesimum quartum. Desideratur pars fermè dimidia.

Hujusce codicis decimo, ut videtur, sæculo, exarati, initio, occurrunt folia duo membranacea, ac totidem in fine, avulsa ab alio exemplari vetustiore, quibus continentur fragmenta orationis de cruce, item orationis de martyrio sanctæ Euphemiæ.

DCLVII.

Codex membranaceus, olim Arsenii, Monembasiæ Archiepiscopi, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Psalmos, à psalmo centesimo decimo nono ad ultimum.

2.° Ejusdem ad Olympiadem Diaconissam epistolæ septemdecim.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCLVIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Psalmos, quarta, quinta, sexta, septima, octava, nona, decima, undecima, duodecima, cujus pars fermè dimidia desideratur, quadragesima tertia, quadragesima quarta, quadragesima quinta, quadragesima sexta, quadragesima octava, quadragesima nona, centesima decima nona, centesima vigesima, centesima vigesima prima, & reliquæ deinceps ad psalmum centesimum quinquagesimum, eumdemque ultimum. Præmittitur Latinum programma, quod certè scriptum est antequàm homiliæ illæ in Psalmos, Græcis typis expressæ, in lucem prodiissent.

Is codex manu Constantini, sæculo ineunte decimo sexto, videtur exaratus.

DCLIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Chrysostomi* homilia in psalmum sextum.

2.° Ejusdem homilia in psalmum quinquagesimum.

3.° Ejusdem homilia in psalmum nonagesimum quintum.

4.° Ejusdem homilia de tribus pueris, & de fornace Babylonica.

5.° Ejusdem

5.° Ejusdem explanatio in Danielem Prophetam.

Observandum autem est hujus exemplaris paginas in columnas dividi, quarum primam occupat textus, alteram interpretatio Latina, quæ *Gabrielem* à Sancto Hieronymo Monachum, auctorem habet. Ad calcem verò rejectus est index rerum præcipuarum, quæ in variis illis operibus continentur.

Is codex manu ejusdem Gabrielis, è vetusto bibliothecæ Scorialensis libro descriptus est.

DCLX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quatuor in Isaïam.

2.° Ejusdem homilia in Seraphim.

3.° Ejusdem homilia in psalmum quadragesimum octavum.

4.° Ejusdem homilia in illud: *Adstabimus omnes ante tribunal.*

5.° Ejusdem homilia in illud: *Habentes eumdem spiritum fidei.*

6.° Ejusdem homilia in psalmum quinquagesimum.

7.° Ejusdem homilia alia in eumdem psalmum.

8.° Ejusdem homilia in dictum Epistolæ ad Rom. cap. v. vers. 3. de gloria in tribulationibus.

9.° Ejusdem homilia decima nona in Matthæum.

10.° Ejusdem homilia trigesima in Matthæum.

11.° Ejusdem homilia trigesima nona in Matthæum.

12.° Ejusdem homilia de frequentandis synaxibus, & de pœnitentia.

13.° Ejusdem homilia de pœnitentia.

14.° Ejusdem homiliæ sex de fato, & providentia; verùm tertia loco alieno collocata quartam sequitur.

15.° Ejusdem homilia in illos qui novilunia observant.

16.° Ejusdem homilia in illos qui ad ludos circenses proficiscuntur.

17.° Ejusdem homilia secunda de Lazaro.

18.° Ejusdem homilia in Eutropium eunuchum, ad altare ecclesiæ confugientem.

19.° Ejusdem homilia in Eutropium, cum ecclesiam affligere frustra conatus esset.

20.° Ejusdem homilia de Anna, Samuelis matre.

21.° Ejusdem homilia de Anna, & quòd semper oportet orare.

22.° Ejusdem homilia de Anna, & de Samuelis educatione.

23.° Ejusdem homilia quinta de Anna.

24.° Ejusdem homilia in illud Actorum: *Ignoto Deo.* Finis desideratur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCLXI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ secunda, tertia, quarta & quinta in illud Isaïæ: *Et factum est anno quo mortuus est Ozias Rex, vidi, &c.*

2.° Ejusdem oratio in Seraphim.

3.° Ejusdem homilia sexagesima octava in Joannem. Deest finis.

4.° Ejusdem homiliæ triginta priores in Genesim.

5.° *Andreæ* Cretensis oratio in Lazarum quatriduanum.

6.° Ejusdem oratio in ramos palmarum. Finis desideratur.

7.° *Gregorii,* Patriarchæ Antiocheni, oratio in Christi sepulturam. Multa sub finem desiderantur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCLXII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum. Desiderantur decem priores.

Is codex, qui nondum collatus est, manu Marci cujusdam anno Christi 1047. exaratus dicitur.

DCLXIII.

Codex membranaceus, à D. Abbate de Rothelin Bibliothecæ regiæ donatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, ab homilia prima ad octogesimam nonam, cujus finis desideratur.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCLXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum, à prima ad quadrageſimam quartam.

Is codex ſæculo decimo exaratus videtur.

DCLXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum, à fine homiliæ tertiæ ad quadrageſimam quintam, cujus finis deſideratur. Deſiderantur etiam in operis contextu folia quædam.

Is codex ſæculo decimo exaratus videtur.

DCLXVI.

Codex membranaceus, picturis ornatus, ex Oriente in Bibliothecam regiam anno 1669. illatus. Ibi continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum quadraginta quatuor priores. Sub finem legitur breve memoriale de Argivis ter captis, & in ſervitutem redaĉtis, ad hiſtoriam Turco-Græcam pertinens, & quod ad annos Chriſti 1337. 1397. & 1463. refertur.

Is codex, ſæculo decimo exeunte, ut videtur, exaratus, erat anno milleſimo ſexcenteſimo penès Soterianum ſacerdotem, eumdemque Nauplii ſacellarium: antea aſſervabatur in Bibliotheca monaſterii *νέας μόνης*, vulgò Neamoni, non magno ab urbe Conſtantinopoli intervallo.

DCLXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum, à prima ad quadrageſimam quintam.

Is codex ſæculo decimo exaratus videtur.

DCLXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum quadraginta quatuor priores. Antepenultimæ finis, ultimæ initium deſiderantur. Sunt etiam folia quædam loco ſuo mota.

Is codex manu Joannis Preſbyteri anno Chriſti 955. exaratus eſt.

DCLXIX.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum quadraginta tres priores. In margine ultimæ paginæ recentiore manu ſcriptus eſt dialogus animæ & corporis. Initium *ἵνα τί ἡ ψυχή μου περίλυπος καὶ κατώδυνος ἀεί.*

Is codex decimo ſæculo videtur exaratus.

DCLXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum, à quarta ad quadrageſimam primam. Initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo exaratus videtur.

DCLXXI.

Codex membranaceus, quo continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum quadraginta quinque priores.

Is codex undecimo ſæculo exaratus videtur.

DCLXXII.

Codex maximam partem membranaceus, Fonteblandenſis, quo continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum quadraginta quinque priores. Secunda fermè tota deſideratur. Reſtitutæ ſunt manu recenti, idque in charta, integræ quatuor, prima, quadrageſima ſecunda, quadrageſima tertia & quadrageſima quarta. Reſtitutæ item manu recenti, duæ non totæ, trigeſima tertia & quadrageſima prima. Hæc in charta, illa in membranis, ab antiquo exemplari quo legebantur acta Martyrum aliorumque ſanĉtorum, avulſis.

Is codex undecimo ſæculo exaratus videtur.

DCLXXIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum quadraginta quinque priores. Folium primum manu recentiore Gregoropuli, opinor, reſtitutum eſt. Reſtituta item folii ultimi columna prima.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

DCLXXIV.

Codex membranaceus, quo continentur ſanĉti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ in Matthæum quadraginta quatuor priores.

Is codex, cum antiquioribus collatus, ut correĉtionibus ad marginem conjeĉtis patet, undecimo ſæculo exaratus videtur.

DCLXXV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quadraginta quatuor priores in Matthæum. Præmittitur index eorum quæ ad mores informandos potissimùm conferre possunt.

2.° Ejusdem commentarius in Epistolam ad Galatas.

3.° *Nili*, ex Eparcho Constantinopolitano Monachi facti, epistola quinquaginta tribus capitibus comprehensa.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCLXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à prima ad quadragesimam tertiam. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCLXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à quarta ad quadragesimam tertiam. Initium & finis desiderantur. Deest quoque homiliæ nonæ principium.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCLXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à duodecima ad quadragesimam secundam. Folia non pauca hinc & inde desiderantur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCLXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à prima ad trigesimam nonam. In illarum plerisque interdum initium, interdum finis desiderantur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCLXXX.

Codex membranaceus, olim Boistallerianus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à quarta ad trigesimam quintam usque. Nemini autem fucum faciat titulus hic operi præfixus, *Clementis Alexandrini in quædam Evangeliorum loca interpretatio.* Est. enim vafri cujusdam Græculi.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCLXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à prima ad quadragesimam quartam, cujus finis desideratur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCLXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à quinta, cujus desideratur initium, ad quadragesimam quartam, cujus initium tantùm superest.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur :

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, ab homilia sexta, mutila, ad quadragesimam, mutilam quoque.

2.° *Andreæ* Cretensis homiliæ duæ in dormitionem Deiparæ.

3.° Martyrium sancti Eustathii & sociorum. Superest tantùm initium.

4.° Martyrium sanctarum Barbaræ & Julianæ. Superest tantùm finis.

5.° Vita sancti Nicolai, Myrensis Episcopi.

6.° Martyrium sanctorum Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii & Orestis.

7.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in transfigurationem Domini.

8.° *Joannes*, Thessalonicensis Archiepiscopus, de dormitione Deiparæ.

9.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in epistolam primam ad Corinthios, ab homilia vigesima quinta, mutila, ad trigesimam tertiam, mutilam quoque.

Is codex, multis in locis lacerus, sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, ab homilia secunda, cujus initium desideratur, ad trigesimam secundam, fine mutilam.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

DCLXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à quadragesima sexta ad ultimam, cujus finis desideratur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

DCLXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à quadragesima septima ad ultimam.

Hujusce codicis duplex est scriptura, quarum prior ad sæculum decimum, altera ad decimum tertium videtur referenda.

DCLXXXVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, vineolis & capitalibus litteris elegantibus ornatus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum quadraginta quinque posteriores. Nonagesima manu recentiore scripta est, ut & octogesimæ nonæ finis. Initio in membrana tegmini adglutinata reperitur fragmentum orationis in mulieres, quæ ad pompam & ostentationem aurum gestant.

2.° *Joannis* Geometræ prosphoneticus in annuntiationem, manu recentiore.

Is codex sub finem sæculi decimi exaratus videtur.

DCLXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum quadraginta septem posteriores, à quadragesima tertia nempè, ad nonagesimam, eamdemque ultimam.

Is codex sæculo decimo videtur exaratus.

DCLXXXIX.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quadraginta sex posteriores in Matthæum. Quadragesimæ primæ desideratur folium unum, nonagesimæ duo desunt.

Is codex sæculo decimo ineunte videtur exaratus, illudque manu elegante librarii nec docti, nec diligentis, si fides habenda auctori quorumdam iamborum qui sub finem homiliæ quadragesimæ quintæ leguntur.

DCXC.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à quadragesima secunda ad ultimam.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXCI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à quadragesima tertia, ad nonagesimam.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXCII.

Codex membranaceus, Regi Ludovico XIV. ab Archiepiscopo Philippopolitano anno 1701. oblatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Matthæum homiliæ quadraginta tres posteriores, à quadragesima octava nempè, ad nonagesimam, cujus finis desideratur.

Is codex sub initium undecimi sæculi exaratus videtur.

DCXCIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quadraginta octo posteriores in Matthæum.

2.° Vita sancti Gregorii Thaumaturgi, auctore sancto *Gregorio* Nysseno.

3.° Passio Platonis, auctore *Metaphraste.*

4.° Amphilochii Iconiensis vita, eodem auctore.

5.° Vita Gregorii Agrigentini.

6.° Vita Clementis Romani.

7.° Martyrium sancti Petri Alexandrini, auctore *Metaphraste.*

8.° Martyrium sancti Mercurii, eodem auctore.

9.° Vita sancti Alypii, eodem auctore.

10.° Martyrium sancti Jacobi Persæ, eodem auctore.

11.° Vita sancti Stephani Junioris, eodem auctore.

12. Vita & res gestæ sancti Andreæ Apostoli, eodem auctore.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCXCIV.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi*

homiliæ in Matthæum posteriores, à quadragesima quinta ad nonagesimam, eamdemque ultimam; illius autem pagina una manu recentiore restituta est. Sub finem reperitur tabula cyclorum solis, cum rationario brevi Græco-barbaro. In pagina adversa fit mentio anni 1502.

Is codex seculo undecimo exeunte videtur exaratus.

DCXCV.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam anno 1669. illatus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Matthæum homiliæ posteriores, à quadragesima sexta ad nonagesimam, eamdemque ultimam.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Matthæum, à quadragesima nona, cujus initium desideratur, ad ultimam fine mutilam. Desunt passim folia quædam.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCXCVII.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Matthæum homiliæ posteriores, à quadragesima septima ad nonagesimam. Quadragesima septima mutila est maxima sui parte, supersunt tantùm paginæ ultimæ tres.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCXCVIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* in Matthæum homiliæ, à quadragesima quinta videlicet, ad septuagesimam tertiam.

2.° Sancti *Epiphanii* oratio in Christi Domini sepulturam.

3.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in Christi Ascensionem.

4.° *Georgius,* Cæsariensis Presbyter, de trecentis viginti sanctis Patribus, qui concilio Nicæno interfuerunt.

5.° Sancti *Chrysostomi* oratio de sanctis omnibus.

Is codex manu Nicephori Clerici, cognomine τοῦ λοῦλι, anno mundi 6550. indict. 10. mense Augusto, Christi 1042. exaratus est.

DCXCIX.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ variæ, tam in Matthæum, quàm in Joannem, tredecim.

2.° *Georgii* Nicomediensis oratio in magnam Parasceven.

3.° *Joannis,* Thessalonicensis Episcopi, oratio de unguentiferis mulieribus, & de Resurrectione Christi.

4.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ tres in Matthæum.

5.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni oratio in Pascha, & in tarditatem, cum scholiis.

6.° Ejusdem oratio altera in Pascha.

7.° Ejusdem oratio in novam dominicam.

8.° *Gregorii,* Patriarchæ Antiocheni, oratio de mulieribus unguentiferis, & de Resurrectione Domini.

9.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de paralytico.

10.° Excerpta è quibusdam S. Joannis Chrysostomi homiliis.

11.° *Andreæ* Cretensis oratio in vitæ vanitatem, & de mortuis,

12.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni oratio in Pentecosten.

13.° Sancti *Joannis Chrysostomi* oratio in omnes Martyres.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCC.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Excerpta è sancti Joannis Chrysostomi homiliis in Matthæum.

2.° Excerpta ex ejusdem homiliis in Joannem.

3.° Excerpta ex aliis ejusdem homiliis.

Is codex, in quo non pauca folia desiderantur, decimo sæculo exaratus videtur.

DCCI.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, isque tripartitus, cui pro triplici parte triplex

capitum index præfixus, primus initio, ultimus fine mutilus. In parte prima continetur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliarum in Matthæum epitome, ad quarum calcem reperiuntur 1.° *Eusebius* Cæsariensis, de dissensu Evangelistarum, circa tempus dominicæ resurrectionis. 2.° *Isidorus* Pelusiota, de Christi Domini resurrectione post triduum ad Theognostum Presbyterum. 3.° Idem, de tribus diebus, & tribus noctibus sepulturæ dominicæ, ad Timotheum Lectorem. 4.° *Eusebius,* de angelis & hominibus, qui apud sepulcrum Domini conspiciendos se præbuerunt.

In secunda parte homiliarum sancti *Joannis Chrysostomi* in Joannem, epitome legitur. Inserta est *Hesychii,* Presbyteri Hierosolymitani, disputatio de hora qua Dominus crucifixus est, quæ hora Marco tertia, Joanni sexta, ponitur. Indicantur etiam in marginibus nonnulla *Isidori* Pelusiotæ loca.

Tertia pars complectitur catenam in Evangelium sancti Lucæ, quæ ex *Athanasii, Basilii, Isidori* Pelusiotæ, *Chrysostomi* & *Cyrilli* Alexandrini scriptis collecta est. Finis desideratur.

Ad exemplaris calcem occurrunt iambi quidam manu Basilii Botaniatæ, penès quem fuit. Botaniates autem ex Imperatore factus Monachus anno Christi 1081. nomen mutavit ac fortasse Basilius inter Monachos dictus est.

Is codex sæculo nono exeunte, aut ineunte decimo exaratus videtur.

DCCII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Sancti *Chrysostomi* homiliarum in Matthæum epitome. Accedunt 1.° *Eusebii* Pamphili fragmenta de dissonantia Evangeliorum. 2.° *Isidori* Pelusiotæ epistolæ duæ, alia ad Theognostum Presbyterum, de resurrectione Christi, alia ad Timotheum Lectorem, de triduana Christi sepultura.

2.° Ejusdem homiliarum in Joannem epitome.

3.° *Titi* Bostrensis & aliorum commentarii in Lucam.

4.° Sancti *Joannis* Damasceni excerpta è variis Chrysostomi homiliis in quatuordecim Epistolas Pauli.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

DCCIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliarum in Matthæum epitome.

2.° Ejusdem homiliarum in Joannem epitome.

3.° *Titi* Bostrensis & aliorum commentarius in Lucam.

4.° Catena in Marcum, cujus auctor dicitur *Origenes.*

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCCIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. quo continentur:

1.° Sancti *Chrysostomi* homiliarum in Matthæum epitome. Desideratur initium. Accedunt 1.° *Eusebii* Pamphili fragmenta de dissonantia Evangeliorum. 2.° *Isidori* Pelusiotæ epistolæ duæ, alia ad Theognostum Presbyterum, de resurrectione Domini; alia ad Timotheum Lectorem, de triduana Domini sepultura.

2.° Ejusdem homiliarum in Joannem epitome.

3.° *Titi* Bostrensis & aliorum commentarius in Lucam. Accedunt sancti *Maximi* capita, initio & fine mutila.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCCV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Sancti *Chrysostomi* in Evangelium Joannis homiliæ omnes. Præfixus index Græcus, antiqua manu scriptus, fine mutilus.

2.° Sancti *Basilii* oratio in sanctum baptisma.

Is codex sæculo decimo ineunte videtur exaratus.

DCCVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem, à prima ad quinquagesimam nonam usque.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCVII.

Codex membranaceus, ex Oriente in

Bibliothecam regiam illatus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quadraginta priores in Joannem. Initium & finis desiderantur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCVIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ octoginta septem in Joannem.

2.° *Georgii* Nicomediensis oratio in beatam Mariam Virginem ad crucem & sepulcrum assidentem.

Is codex anno 1306. exaratus est.

DCCIX

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem, à tertia ad octogesimam quintam. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

DCCX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur :

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem, à medio homiliæ primæ, ad finem quadragesimæ sextæ.

2.° Sancti *Basilii* homilia ad baptismum hortatoria. Superest tantùm pars extrema.

Is codex manu Basilii Armeniaci anno Christi 1066. exaratus est.

DCCXI.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quadraginta duæ priores in Joannis Evangelium. Initium desideratur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCCXII.

Codex membranaceus, olim Mediceus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Joannis Evangelium homiliæ quadraginta quatuor priores. Desiderantur folia duo primæ, ad cujus calcem legitur hexastichon metro iambico in laudem Chrysostomi.

Is codex duodecimo, ut videtur, sæculo exaratus, fuit quondam penes monasterium quod γαληνοῦ appellatur.

DCCXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem, à prima ad trigesimam octavam, cujus finis desideratur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quadraginta quatuor priores in Joannem.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCXV.

Codex chartaceus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quadraginta quatuor priores in Joannem.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

DCCXVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* in Evangelium Joannis homiliæ quadraginta quatuor posteriores. In ultima paginæ quinque desiderantur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCCXVII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem, à quadragesima prima ad ultimam usque. Hujus finis desideratur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCCXVIII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem, à quadragesima quinta, cujus desideratur initium, ad ultimam usque.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCCXIX.

Codex membranaceus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem, à quadragesima sexta ad ultimam, cujus finis desideratur.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCCXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi*

homiliæ in Joannis Evangelium, à quadragesima quinta ad octogesimam nonam. Non pauca folia hinc & indè desiderantur.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCCXXI.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem quadraginta duæ posteriores. Paginæ quædam desiderantur.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCCXXII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem, à quadragesima quinta ad octogesimam octavam usque.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

DCCXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem, à quadragesima sexta ad ultimam.

Is codex manu Basilii Hieromonachi anno Christi 1378. exaratus est.

DCCXXIV.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Joannem quadraginta tres posteriores. Præfixa sunt vetera fragmenta, in quibus initium homiliarum quadragesimæ sextæ & quadragesimæ octavæ. Sequuntur illæ ipsæ duæ homiliæ recentiori manu scriptæ.

2.° *Joannes,* Archiepiscopus Thessalonicensis, de consonantia Evangelistarum.

Is codex manu Stephani Monachi anno 1474. exaratus est.

DCCXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in Acta Apostolorum, ab homilia prima, cujus desideratur initium, ad quinquagesimam quintam.

2.° Ejusdem commentarius in Epistolam Pauli ad Galatas.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCCXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quinquaginta quinque in Acta Apostolorum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCXXVII.

Codex membranaceus, olim Thuanæus, posteà Colbertinus. Ibi continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quinquaginta quinque in Acta Apostolorum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCXXVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quinquaginta quinque in Acta Apostolorum. Sequitur ejusdem oratio in laudem sancti Pauli.

Hujusce codicis ligneo tegmine introrsùm scriptum reperias lingua Græco-Barbara. Compactus est hic liber anno mundi septies millesimo quinquagesimo tertio, mensis Junii die vigesima quinta. Ibi advertenda est librarii nequitia, qui, ut fucum faceret, & apographum novum pro antiquo obtruderet, imitatus est veterem scripturam, & membranas quas ferro mutilaverat, chartis applicatis resarcivit.

DCCXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quinquaginta in Acta Apostolorum. In aliis initium, in aliis finis desideratur: quin & occurrunt folia quædam loco suo mota.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

DCCXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ in inscriptionem Actorum Apostolorum. Initium & finis desiderantur.

2.° Ejusdem homilia de utilitate è sacrorum librorum lectione percipienda. Initium desideratur.

3.° Ejusdem homilia: *Quod tacere non sit sine periculo.*

4.° Ejusdem homilia in illud: *Pone manum tuam subter femur meum.*

5.° Ejusdem

5.° Ejusdem homilia tertia de Davide & de Saüle.

6.° Ejusdem homilia in laudem Romani Martyris.

7.° Ejusdem homilia: *Quòd nemo læditur nisi à se ipso.*

8.° Ejusdem homilia in laudem Philogonii Martyris.

9.° Ejusdem homilia in Christi Domini Incarnationem.

10.° Ejusdem homilia in illud: *Exiit edictum à Cæsare.*

11.° Ejusdem homilia in illos qui novilunia observant.

12.° Ejusdem homilia in illud: *Dominus regnavit.*

13.° Ejusdem homilia in illud: *Nolo vos ignorare, fratres.*

14.° Ejusdem homilia in Theophania.

15.° Ejusdem homilia de Spiritu Sancto.

in se fuit, celare studuit, folio primo libraria arte siccato, & reformatis numeris homiliarum. Præfixus initio index Græcus manu, ut credibile est, Arsenii, Monembasiæ Archiepiscopi. Addita imago sancti Chrysostomi, ad occultandum initii defectum.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCXXIV.

Codex membranaceus, ex insula Chio in Bibliothecam regiam Vanslebii opera illatus, quo continentur:

1.° Excerpta XXXI. è sancti *Joannis Chrysostomi* homiliis.

2.° Ejusdem homiliæ duæ de providentia.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCXXV.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Nemesii*, Episcopi Emeseni, tractatus de natura hominis.

2.° Idem *Nemesii* liber, alia manu.

3.° *Theophili* de hominis fabrica libri quinque, à *Federico Morello* ex hoc ipso exemplari editi. Quædam sub finem desiderantur.

4.° Plantarum aliquot nomina, origo & virtutes, Græco-barbarè.

5.° Excerpta botanica, iatrica & physica, è *Praxamo, Africano, Democrito & Florentino.*

Is codex trium librariorum manu, sæculo decimo sexto exaratus videtur.

DCCCXXVI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continetur *Nemesii*, Episcopi Emeseni, tractatus de natura hominis. Præfixus index capitum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

DCCCXXVII.

Codex chartaceus, quo continetur *Nemesii* Emeseni liber de natura hominis.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

DCCCXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Augustini* de Trinitate libri quindecim, in Græcam linguam à *Maximo Planude* conversi. Singulis libris præfixus capitum index.

2.° *Maximi Planudæ* capita quatuor de processione Spiritus sancti, cum *Bessarionis* & *Demetrii* Cydonii responsione.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

DCCCXXIX.

Codex chartaceus, quo continentur sancti *Augustini* de Trinitate libri quindecim, in Græcam linguam à *Maximo Planude* conversi. Singulis libris præfixus capitum index.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

DCCCXXX.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Synesii* Ægyptius, sive de providentia homiliæ duæ.

2.° Ejusdem homilia de regno ad Arcadium Imperatorem.

3.° Ejusdem Dion.

4.° Ejusdem encomium calvitiei.

5.° Ejusdem tractatus de insomniis, cum præfatione & commentario perpetuo *Nicephori* Gregoræ, conjectis passim inter lineas scholiis miniatis.

Is codex circa annum Christi 1550. exaratus est.

DCCCXXXI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Synesii* homilia de calvitie.

2.° Ejusdem Dion.

3.° Ejusdem homiliæ duæ de providentia.

4.° Ejusdem homilia in laudem Anysii.

5.° Ejusdem homiliæ duæ.

6.° Idem ad Pæonium de dono.

7.° Idem de insomniis, cum *Nicephori Gregoræ* commentariis.

8.° Ejusdem homilia de Pentapolitana calamitate.

9.° *Theoduli* Rhetoris, sive *Thomæ* Magistri declamationes duæ.

10.° Ejusdem ad Thessalonicenses homilia de concordia.

11.° Ejusdem homilia in laudem sancti Joannis Baptistæ.

12.° Ejusdem homilia gratulatoria ad magnum Stratopedarcham Angelum.

13.° Ejusdem homilia ad magnum Logothetam Theodorum Metochiten.

14.° Ejusdem homilia gratulatoria ad Niphonem, Patriarcham Constantinopolitanum.

15.° Ejusdem epistola ad Josephum Philosophum, de Italorum & Persarum irruptione.

16.° Ejusdem epistola ad Hierotheum, Anachoretam.

17.° Ejusdem epistola ad Imperatorem Andronicum pro Chandreno.

18.° *Gregorii* Cyprii, Patriarchæ Constantinopolitani, homilia in sanctum Georgium Martyrem.

19.° Ejusdem homilia in sanctum Dionysium Areopagitam. Supersunt tantùm ultima homiliæ verba.

20.° Ejusdem homilia in laudem sanctæ Marinæ Martyris.

21.° Idem de sancto Euthymio, Madytorum Episcopo.

22.° Ejusdem encomium maris.

23.° Ejusdem homilia in laudem Andronici Imperatoris.

24°. Ejusdem homilia in laudem sancti Joannis Baptistæ.

Is codex manu Joannis Nathanaelis exaratus est in urbe Gortyna, anno Christi 1541. idque sumptibus Antonii Calliergi, ut in calce annotatum est.

DCCCXXXII.

Codex membranaceus, quo continentur *Isidori* Pelusiotæ epistolæ numero MCCXIII.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

DCCCXXXIII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur sancti Epiphanii Panariorum libri duo. Præfixus titulus manu Vergetii.

Is codex, Francisco primo regnante, videtur exaratus.

DCCCXXXIV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Sancti *Epiphanii* physiologicus, cum notis & versione D. *Consali Ponce de Leon*, Hispalensis. Opus hoc Sixto V. summo Pontifici nuncupatur.

2.° Anonymi liturgia, eodem interprete.

Is codex anno 1585. exaratus est.

DCCCXXXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Epiphanii* Panarii liber tertius.

2.° Ejusdem anchoratus.

3.° *Panarii* epitome.

4.° Ejusdem liber de ponderibus & mensuris.

5.° Excerpta è sancto *Joanne Chrysostomo*, ubi de sanctissima Trinitate.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

DCCCXXXVI.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° Sancti *Cyrilli* Alexandrini commentariorum in Isaïam libri quinque.

2.° Ejusdem commentarius in Sophoniam, cujus superest tantùm primum caput, neque illud integrum.

3.° Fragmentum Demonstrationis evangelicæ, ab Eusebiana diversæ, quinque foliis comprehensum. Ultimum folium desideratur.

Is codex suspectæ videtur antiquitatis, ut patebit colorem atramenti & litterarum lineamenta propiùs inspicienti. In foliis tamen ultimis quinque, ad Demonstrationem evangelicam pertinentibus, nulla fraudis suspicio, neque dubium est quin scripta sint sæculo decimo. De reliquis nihil ausim affirmare.

DCCCXXXVII.

Codex chartaceus, olim Thuanæus, posteà Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Cyrilli* Alexandrini defensio duodecim capitulorum suorum adversùs Theodoretum, Cyrensem Episcopum.

2.° *Photii*, Patriarchæ Constantinopolitani, epistolæ aliquot, jam editæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

DCCCXXXVIII.

Codex membranaceus, quo continetur sancti *Cyrilli* Alexandrini thesaurus de sancta & consubstantiali Trinitate, in libros triginta quinque tributus. Accedit quorumdam locorum Latina interpretatio.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

DCCCXXXIX.

Codex chartaceus, olim Thuanæus, posteà Colbertinus, quo continentur sancti *Cyrilli* Alexandrini de sancta & consubstantiali Trinitate thesaurorum libri. Desideratur initium.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

DCCCXL.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continetur sancti *Cyrilli* Alexandrini opus inscriptum thesauri.

Is codex manu Constantii librarii sæculo decimo sexto exaratus videtur.

DCCCXLI.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Theodoreti* quæstiones in Pentateuchum, Josue, Judices, Samuelem, Reges & Paralipomena.

2.° Ejusdem commentarii in duodecim Prophetas minores.

Is codex, initio mutilus, decimo sæculo exaratus videtur.

DCCCXLII.

Codex membranaceus, quo continentur *Theodoreti*, Episcopi Cyri, quæstiones in Pentateuchum, Judices, Ruth, libros Regum & Paralipomena. Quædam initio desiderantur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCXLIII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Theodoreti* commentarius in Psalmos. Conjecta ad marginem brevia quædam scholia, nec illa magni pretii.

2.° Commentarius in cantica & preces biblicas, sive catena è variis Patrum operibus concinnata, *Joannis Chrysostomi* nempè, *Cyrilli* Alexandrini, *Eusebii* Cæsareensis, *Gregorii* Nysseni, *Hesychii*, *Olympiodori*, *Polychronii*, *Severi*, *Theodoreti*, & *Theodori* Heracleotæ. Sub finem non pauca desiderantur.

Is codex ineunte sæculo undecimo videtur exaratus.

DCCCXLIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Theodoreti* commentarii in Psalmos.

2.° Catena in cantica sacræ Scripturæ, è variis auctoribus collecta.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCXLV.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Theodoreti* commentarii in Psalmos, à fine Psalmi vigesimi quarti, ad initium centesimi quinquagesimi usque.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCCCXLVI.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continetur *Theodoreti* commentarius in duodecim Prophetas minores.

Is codex manu duorum librariorum sæculo decimo quinto exaratus videtur.

DCCCXLVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur *Theodoreti* commentarius in duodecim Prophetas minores. Præmittuntur iambi *Joannis*, Euchaïtarum Metropolitæ, editi à *Jacobo Sirmondo*, inter veterum de Theodoreto testimonia.

Is codex manu Constantii Calligraphi sæculo decimo sexto ineunte exaratus est.

DCCCXLVIII.

Codex chartaceus, emptus anno Christi 1687. quo continentur:

1.° *Theodoreti*, Cyri Episcopi, commentarii in duodecim Prophetas minores. Accedunt 1.° ejusdem duæ præfationes; alia in qua indicantur tempora quibus singuli Prophetæ vixerunt; alia in Prophetas, sed diversa ab ea quam edidit *Sirmondus*. 2.° Excerpta è commentariis ejusdem in Isaïam Prophetam, diversa quoque ab iis quæ *Sirmondus* edidit.

2.° *Cyrilli* Alexandrini vocum Hebraicarum, alphabetico ordine digestarum, interpretatio.

3.° Exordia sermonum, analyses & definitiones variæ ad usum, ut videtur, concionatorum.

4.° Anonymi hymni epitaphii in honorem beatæ Virginis.

5.° Definitiones variæ, ut supra.

Is codex manu Constantini Cocci anno 1659. exaratus est.

DCCCXLIX.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continetur *Theodoreti* commentarius in Epistolas Pauli.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

DCCCL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Theodoreti* dialogi tres Eranistam inter & Orthodoxum. Initium & finis desiderantur. Ibi autem prætermittenda non est viri cujusdam docti animadversio: *Notandum est*, inquit, *in tertio dialogo varia loca veterum omitti in manuscripto, quæ habentur in editione Sirmondi, adeo tamen ut non descriptori codicis hæ omissiones tribui possint, quippe nullus est locus huic conjecturæ, sed auctori ipsi, qui, post primam editionem operis, illud nonnullis testimoniis Patrum in quæ seriùs incidit, fecit auctius in posteriori editione.*

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCLI.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur *Theodoreti* de curandis affectionibus Græcis libri duodecim.

Is codex manu Constantii librarii sæculo decimo sexto exaratus est.

DCCCLII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Cassiani* Monachi de institutis cœnobiorum ad Castorem libri quatuor, in epitomen contracti.

2.° Ejusdem de octo capitalibus vitiis libri totidem, in epitomen contracti.

3.° Ejusdem epitome collationum ad Leontium, de Patribus in Sceti degentibus.

4.° *Dorothei* doctrina. Superest tantùm finis.

5.° Anonymi excerpta è libris cùm Veteris, tùm Novi Testamenti, de invidia & livore, de die judicii, de jactantia, de cura salutis, &c.

6.° *Menæ* Monachi syllogismi.

7.° *Petri* Abbatis opusculum, de Paulicianis & Manichæis.

8.° *Anastasii* Sinaïtæ quæstiones & responsiones numero sexdecim, de variis rebus.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Excerpta è libris *Joannis Cassiani* ad Castorem, de institutis cœnobiorum. Initium desideratur.

2.° Ejusdem opusculum de octo vitiis capitalibus, in epitomen contractum.

3.° Excerpta ex ejusdem collationibus, ad Leontium, de Patribus in Sceti degentibus.

4.° *Palladii* historiæ Lausiacæ capita centum sexaginta quinque. Præfixus index.

5.° Alia historia de vitis Patrum Ægyptiorum, auctore *Hieronymo* Monacho, & Presbytero Dalmata. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCCLIV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Nili* Monachi sententiæ ad vitam instituendam utiles.

2.° Fragmentum ubi de Augusto illiusque nomine, octavo anni mensi indito.

3.° Philosophorum quorumdam apophthegmata.

4.° Excerpta è conciliis.

5.° Excerpta è *Codino*, ad urbem Constantinopolitanam spectantia.

6.° Excerpta, ubi de Scripturæ sacræ libris.

7.° *Hesychii* fragmentum de Christi nativitate.

8.° Mensium Hebraicorum & Macedonum nomina.

9.° Librorum Veteris Testamenti catalogus. Ibi quædam de illorum auctoribus.

10.° Excerpta è sancto *Joanne* Damasceno de rebus physicis.

11.° Expositio fidei, cujus auctor fertur sanctus *Gregorius* Thaumaturgus.

12.° Anonymi de Deo, Trinitate & Christo quæstiones.

13.° Sancti *Basilii* expositio allegorica liturgiæ. In nonnullis codicibus illud opus *Germano*, Patriarchæ Constantinopolitano, tribuitur.

14.° *Germani*, Patriarchæ Constantinopolitani, homilia in sepulturam dominicam.

15.° *Athanasii* disputatio adversùs Arium, in concilio Nicæno habita. Finis desideratur.

16.° *Palæphatus* de incredibilibus. Initium desideratur.

17.° Excerpta è sancti *Epiphanii* Panario, ad Acacium & Paulum Archimandritas, in Cælesyria degentes.

18.° *Anastasii* Sinaïtæ quæstiones nonagesima quinta, nonagesima secunda & centesima quarta, cujus maxima pars desideratur.

19.° Imperatorum Constantinopolitanorum epochæ, à Nicephoro ad Alexandrum usque.

20.° Anonymi historiarum ecloge, à mundi creatione ad Amasiam usque Judæ Regem deducta, eaque è Veteris Testamenti libris, præstantioribusque scriptoribus collecta. Incipit τὰ μὲν τῶν Χαλδαίων καὶ Ἀσσυρίων.

21.° Sancti *Athanasii* quæstiones ad Antiochum Ducem.

22.° *Constantini* Porphyrogenetæ de thematibus libri duo.

23.° Definitiones & explicationes vocum ad theologiam spectantium, è *Clementis* stromatibus, aliorumque ecclesiæ Doctorum scriptis collectæ.

24.° Excerpta è *Sophronii*, Patriarchæ Hierosolymitani, epistola ad Honorium Papam.

25.° Sanctus *Maximus* de essentia & hypostasi, adversùs Monothelitas.

26.° Explicatio historiarum quarum meminit sanctus Gregorius Nazianzenus, cùm in oratione funebri sancti Basilii, tùm in suis adversùs Julianum invectivis.

27.° Excerpta quorum pars major ad physicam pertinet.

28.° Anonymus de Paschatis inveniendi ratione.

29.° *Georgius Choeroboscus* de figuris poëticis.

30.° *Georgii* Pisidæ versus in hexaemeron.

31.° Sanctus *Gregorius* Nyssenus de somno & oscitatione.

32.° *Secundi* Philosophi sententiæ.

33.° Excerpta, ubi de quatuor elementis, terra, sole, luna, &c.

34.° *Isaaci* adversùs Armenos invectivæ duæ.

35.° *Papisci* & *Philonis* Judæorum, cum Christiano colloquium.

36.° Synaxarium versibus scriptum.

37.° Anonymi versus in sanctam Trinitatem, virtutes & vitia, imaginem Christi, &c.

38.° Anonymi epistolæ, ubi nihil memoratu dignum occurrit.

39.° Anonymi expositio fidei.

40.° *Cassianus* de octo vitiosis cogitationibus.

41.° *Libanii* declamationes. Finis desideratur.

42.° *Leonis* Grammatici chronicon, à mundi creatione ad Leonem, Basilii filium. Initio pauca desiderantur.

43.° Encomium sancti Pantaleonis, versibus iambicis.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCCLV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Esaiæ* Abbatis sermones ascetici triginta. Primi desideratur initium.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCCCLVI.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Pauli* Monachi asceticarum narrationum liber tertius & quartus. Præfixus index capitum.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCLVII.

Codex membranaceus, quo continetur *Pauli* Monachi narrationum asceticarum liber quartus. Præfixus capitum index.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCCLVIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Diadochi*, Photices Episcopi, definitiones decem, & capita centum, Græcè inedita. Incipiunt ὅρος τῆς πίστεως.

2.° *Cebetis* tabula. Illius dimidia fermè pars desideratur.

3.° *Gregorii* Nazianzeni homilia in Pascha, & in tarditatem. Accedit *Nicetæ*, Heracleensis Metropolitæ, expositio

4.° Sancti *Maximi* Confessoris liber

ascеticus, per interrogationes & responsiones dispositus.

5.° Ejusdem de charitate ad Elpidium capita quadringenta.

6.° Ejusdem gnostica capita ducenta.

7.° Ejusdem alia capita quindecim.

8.° Ejusdem capita decem, de duplici Christi voluntate.

9.° Ejusdem ad Joannem Cubicularium epistola de tristitia secundùm Deum.

10.° Ejusdem ad Georgium, Africæ Præfectum, epistola de magistratu non ambiendo.

11.° *Basilii*, Archipresbyteri lauræ Maleini, vitæ ascеticæ delineatio, Græcè. Nondum lucem aspexit. Incipit πᾶς τύπος ἀσκητικός.

12.° *Simeonis*, monasterii sancti Mamantis Præfecti, capita moralia ducenta decem & octo, Græcè, inedita. Incipiunt θεὸς τοῖς μὲν σωματικῶς ὁρῶσιν.

13.° *Joannis Cassiani* de institutis cœnobiorum epitome.

14.° Ejusdem de octo capitalibus vitiis librorum epitome.

15.° Ejusdem collationum de Patribus in Sceti degentibus epitome.

16.° Manuale *Epitecti* à *Nilo* Monacho interpolatum.

17.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni homilia in Christi natalem. Accedunt *Nicetæ* Heracleensis commentarii.

18.° *Nili* Monachi tractatus de octo vitiosis cogitationibus.

19.° *Joannis* Carpathii consolatio ad Monachos in India degentes, capitibus centum, Græcè, inedita. Incipit τοῖς ἐπὶ γῆς βασιλεῦσιν.

20.° Ejusdem capita theologica & gnostica centum & septemdecim, inedita. Incipiunt καλὰ μὲν ἀγαθοῦ τὰ πάντα.

21.° *Eliæ* Presbyteri, atque Ecdici capita ascetica ducenta triginta & septem, inedita. Incipiunt ἕξεις παντὶ χριστιανῷ.

22.° *Theodori* Edesseni capita ascetica centum, inedita. Incipiunt ἐπειδὴ τῷ θεῷ τοῦ ἀγαθοῦ.

23.° Fragmentum homiliæ de vita rectè instituenda.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCLIX.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Anastasii* Sinaïtæ quæstiones. Ibi nonnulla reperias, quæ in Gretzeriana editione non exhibentur.

2.° Vita sanctæ Mariæ Ægyptiæ, auctore *Sophronio* Hierosolymitano.

3.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de compunctione.

4.° Orationis dominicæ explicatio, auctoris nomen non comparet.

5.° Sancti *Athanasii* homiliæ tres adversùs Arianos, in editis secunda, tertia & quarta.

Is codex, non unius librarii manu scriptus, sæculo decimo sexto ineunte exaratus videtur.

DCCCLX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Anastasii* Antiocheni quæstiones & responsiones de varii argumenti rebus. Desideratur initium.

2.° Sancti *Basilii* homilia in principium Proverbiorum.

3.° Ejusdem homilia de fide.

4.° Ejusdem homilia adversùs irascentes.

5.° Ejusdem homilia in illud Evangelii: *Destruam horrea mea.*

6.° Ejusdem homilia in laudem sanctæ Julittæ Martyris.

7.° Ejusdem homilia ad juvenes, quomodo cum fructu legere possint Græcorum libros.

8.° Ejusdem homilia in hæc verba: *Plantavit Deus paradisum.*

9.° Ejusdem ad Petrum Alexandrinum epistola.

10.° Ejusdem epistola ad virginem lapsam.

11.° Ejusdem homilia contra Sabellianos.

12.° Ejusdem homilia ad eos qui nos calumniantur, quasi tres deos doceremus.

13.° Ejusdem ad Optimum Episcopum epistola.

14.° Anonymi ad infirmum oratio consolatoria.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

DCCCLXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Anastasii* Presbyteri & Monachi montis Sinæ, atque Patriarchæ Antiocheni, anagogicarum contemplationum in hexaemeron libri duodecim.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

DCCCLXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi. Præmittuntur 1.° capitum index, cujus desideratur initium. 2.° Vitæ auctoris compendium. 3.° *Joannis,* Abbatis Raithuensis, ad Joannem Sinaïtam epistola.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCCCLXIII.

Codex membranaceus, olim Zachariæ Megajoanni, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi, cum scholiis marginalibus. Accedunt iambi viginti quatuor, inediti, de Joannis Climaci scala. Incipiunt *εἴσω κατήγορος ἀπ᾿ ἐκῶς ἀμφιτάδος.*

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCLXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi, à gradu quarto ad vigesimum octavum, cujus etiam finis desideratur. Conjecta ad marginem scholia.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCCCLXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi. Præmittuntur 1.° *Joannis* Raithuensis ad Joannem Sinaïtam epistola. 2.° Index capitum. 3.° Vitæ Joannis, cognomento Scholastici, compendium, auctore *Daniele* Raithuensi. Conjecta prætereà ad marginem scholia.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCLXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi. Præmittuntur eadem quæ in editis. Accedit anonymi explicatio horum Joannis Climaci verborum *μεταρχόμενος τὸ μέσον ἐν μέσοις γέγονα, καὶ ἐφώτιζέ με διψῶντα.* Finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

DCCCLXVII.

Codex bombycinus, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi, cum scholiis marginalibus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

DCCCLXVIII.

Codex bombycinus, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi; adjunctis commentariis qui *Eliam* Cretensem, aut *Photium* fortasse auctores habent.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

DCCCLXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

DCCCLXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi. Præmittuntur 1.° index capitum. 2.° Vitæ auctoris compendium, à *Daniele* Raithuensi conscriptum. 3.° *Joannis* Raithuensis ad Joannem Sinaïtam, & *Joannis* ad ipsum epistola. Conjecta prætereà ad marginem brevia quædam scholia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

DCCCLXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi. Præmittuntur index capitum, & *Danielis* Raithuensis ad Joannem Sinaïtam epistola. Conjecta verò ad libri calcem anonymi scholia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

DCCCLXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Joannis* Climaci scala paradisi.

Is codex manu cujusdam Ambrosii anno 1500. exaratus est.

DCCCLXXIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Barsanuphii* & *Joannis* ejus discipuli responsiones ad varias quæstiones asceticas, hactenùs ineditæ. Incipiunt παρακαλοῦμεν τοὺς ἐντυγχάνοντας.

2.° *Joannis*, Antiocheni Patriarchæ, capita è variis scriptoribus ecclesiasticis collecta, & ad informandos Christianorum mores imprimis utilia, inedita. Incipiunt Ιωάννης τις τῆς μεγάλης.

3.° Sancti *Basilii* adhortatio de abdicando sæculo, & de spiritali perfectione.

4.° Ejusdem homilia de exercitatione monastica, quomodo se debeat excolere & ornare Monachus.

5.° Ejusdem capita ascetica.

6.° Ejusdem religiosæ vitæ brevis institutio, & ad regulas prolusio.

7.° *Antonii*, Constantinopolitani Patriarchæ, epistola ad Dorotheum Monachum.

8.° *Simeonis*, monasterii sancti Mamantis Præfecti, homilia de principio vitæ monasticæ, Græcè, inedita. Incipit πᾶς ἄνθρωπος, ἀδελφοὶ, ὁ ἀρχὴ τοῦ κόσμου.

9.° Ejusdem capita moralia, Græcè, inedita. Incipiunt ἀφ' οὗ σε αὐτοῦ τοῦ.

10.° *Nili* capita centum & quadraginta de oratione.

11.° Abbatis *Mosis* ad Abbatem Pœmena, capita de virtutibus.

12.° Anonymi tractatus de attentione in monachis deligendis habenda, è vita sancti Pachomii excerptus.

13.° Narratio miraculi operâ sanctorum Evagrii, & Synesii Cyrenes Episcopi, patrati.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

DCCCLXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Isaaci* Syri, Episcopi Ninives, sermones ascetici, è Syriaca lingua in Græcam à *Patricio* & *Abramio* Philosophis, conversi.

2.° Sancti *Macarii* Magni capitum asceticorum centum & quinquaginta metaphrasis, auctore *Simeone* Logotheta.

3.° Sancti *Maximi* Confessoris de charitate ad Elpidium centuriæ quatuor. Desiderantur capita quædam, à centesimo quadragesimo secundo nempè, ad centesimum quinquagesimum.

4.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ tres ad Stagirium.

5.° Ejusdem homilia parænetica prima ad Theodorum lapsum. Desiderantur nonnulla.

Is codex sæculo decimo tertio videtur exaratus.

DCCCLXXV.

Codex membranaceus, olim Memmianus, quo continentur *Isaaci* Syri, Episcopi Ninives, sermones varii de vita ascetica, ab anonymo in epitomen contracti.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCCCLXXVI.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur *Niconis* Pandectes, complectens theologiæ moralis & disciplinæ ecclesiasticæ capita sexaginta tria; opus contextum è sacris Scripturis, Patrum libris, canonibus & legibus ipsis civilibus. Præfixus capitum index, quæ ob oculos ponere abs re non erit, cùm auctor nondum publicam lucem aspexerit.

1.° Synopsis & ratio totius operis.

2.° & 3.° De sacrarum Scripturarum præstantia & auctoritate.

4.° 5.° & 6.° De abdicatione sæculi.

7.° De scandalis.

8.° De Doctoris munere.

9.° De ira.

10.° De convicio, maledicentia, &c.

11.° De reconciliatione proximi.

12.° & 13.° De luxuria, adulterio, fornicatione, &c.

14.° De juramentis, mendacio, &c.

15.° De injuriis tolerandis.

16.° De simplicitate.

17.° De obedientia.

18.° De voluntate, sive nostra propria, sive aliena.

19.° De bona voluntate.

20.° & sequ. de eleemosyna & charitate, sive proximi dilectione.

28.° & sequ. de oratione.

33.° De studio placendi hominibus, & de hypocrisi.

34.° & 35.° De abdicandis rebus propriis.

36.° Monachi

36.° Monachi cum sæcularibus ne conversentur.

37.° De victu & vestitu, quatenùs Christianum & Monachum decet.

38.° De divitiis & paupertate.

39.° Non temerè judicandum de proximo.

40.° Non esse inquirendum in vitam Sacerdotum, sed Deo relinquendum de iis judicium.

41.° De institutione summarum potestatum.

42.° De divinis judiciis.

43.° De facientibus signa & prodigia.

44.° De opere faciendo, manibus scilicet.

45.° Quænam artes monachum deceant.

46.° Quatenùs emere aut vendere liceat.

47.° Quænam artes conveniant homini sæculari, ubi de medicina superstitiosa, & de illis qui bestias per fora circumducunt.

48.° De Eunuchis.

49.° De humilitate.

50.° Scripturas divinas humanis traditionibus præferendas.

51.° & 52.° De pœnitentia & confessione.

53.° De sacrorum mysteriorum participatione.

54.° & 55.° Qui & quales esse debeant ii quorum munus est confessiones audire.

56.° De pœnis, & de interdicenda communione.

57.° De festis, jejuniis, genuflexionibus, &c.

58.° Festa, cur instituta?

59.° De solvendo jejunio propter adventum patris, fratris, &c.

60.° & 61.° De potu & cibo Monachorum, aliorumque ascetarum.

62.° De potu & cibo sæcularium.

63.° De electione & depositione Clericorum. Huic ultimo capiti intexta sunt & alia varii argumenti, quæ ad superiora capita commodè referri non potuerunt. In iis sunt synodus unionis factæ sub Constantino & Romano; *Timothei* Presbyteri magnæ ecclesiæ libellus de proselytis; & *Methodii*, Patriarchæ Constantinopolitani, de iis qui fidem ejurarunt. Ad illa omnia accessit brevis chronographia Episcoporum Bizantii, Romæ, Alexandriæ, Hierosolymorum & Bulgariæ. Sequitur fragmentum cantus sacri in laudem Deiparæ, manu recentiore, & quidem ea rudi.

Is codex sæculo duodecimo medio videtur exaratus, Patriarchâ apud Byzantinos Lucâ Chrysobergâ; certè hic ultimus recensetur in catalogo Episcoporum Constantinopolitanorum, quem exhibet hoc exemplar.

DCCCLXXVII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continetur *Niconis* Monachi pandectes. Præter tria priora capita & quarti initium, desiderantur tractatus duo ultimi, qui capiti sexagesimo tertio in aliis exemplaribus inseruntur. Observandum est prætereà opus ibi dividi in libros duos, quorum alter orditur à capite trigesimo nono.

Is codex, duodecimo sæculo exeunte, videtur exaratus.

DCCCLXXVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Niconis* Monachi pandectes, de interpretationibus mandatorum divinorum, in capita sexaginta tria tributus. Multa passim desiderantur. Sunt etiam non pauca loco suo mota.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCCLXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Niconis* Monachi pandectes, de interpretationibus mandatorum divinorum, in capita sexaginta tria tributus. Multa passim desiderantur. Sunt etiam folia non pauca loco suo mota.

Is codex decimo sæculo tertio exaratus videtur.

DCCCLXXX.

Codex bombycinus, quo continetur *Niconis* Monachi pandectes de interpretationibus mandatorum divinorum, in capita sexaginta tria tributus.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCCLXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Antiochi* Monachi pandectes sacræ Scripturæ, in capita centum & triginta divisus.

2.° Narratio de *Theodosii* Imperatoris cum Solitario colloquio. Incipit ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ θεοδόσιος.

3.° *Nili* Monachi narratio de Patribus in monte Sina interemptis.

4.° Acta sancti Joannis Evangelistæ, ex illius peregrinationibus descripta. Initium ἐγένετο μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι.

5.° Certamen sancti Stephani Protomartyris. Incipit Στέφανος πλήρης χάριτος.

6.° Vita sancti Pachomii Abbatis. Incipit Ταβεννήσεις ἐστὶν ἐν τῇ Θηβαΐδι.

7.° Vita alia sancti Pachomii. Incipit ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστός.

8.° Dormitio, sive mors sancti Lucæ Apostoli. Incipit οἱ ἅγιοι τοῦ θεοῦ ἀπόστολοι.

9.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in laudem sancti Andreæ Apostoli.

10.° Martyrium sancti Matthæi Apostoli. Incipit ὁ ἅγιος Ματθαῖος ἐν τῷ ὄρει καταμόνας μονάζων.

11.° Martyrium sancti Jacobi Apostoli & Episcopi Hierosolymitani. Incipit διαδέχεται τὴν ἐκκλησίαν ἱεροσολυμῶν.

12.° Inventio capitis sancti Joannis Baptistæ. Initium μοναχοὶ δύο ἐκ τῆς ἑώας.

13.° Martyrium sancti Marci Evangelistæ. Incipit κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν.

14.° Peregrinationes & martyrium sancti Thomæ Apostoli. Incipit κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦμεν πάντες.

15.° Mors sancti Thomæ. Incipit προστάξαντος Μισδαίου τοῦ βασιλέως.

16.° Peregrinationes & martyrium sancti Philippi Apostoli. Incipit κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Τραιανοῦ τοῦ βασιλέως.

17.° Acta sancti Philippi Apostoli, cum Græciam τὴν ἄνω ingressus est. Initium ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

18.° Acta sanctorum Andreæ & Matthæi, cum Andream & illius discipulos Christus Sinopen proficisci jussit. Initium κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦσαν οἱ ἀπόστολοι πάντες.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCCCLXXXII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Antiochi* Monachi pandectes. Desideratur epistola ad Eustathium Monachum.

2.° *Cyrilli* Alexandrini ad Nestorium epistolæ, & anathematismorum capita duodecim.

3.° *Theodoreti* epistola ad Cyrillum, qua primum illius caput confutatur.

4.° *Cyrilli* epistola ad Evoptium, qua primum caput defenditur.

5.° Alternæ reliquorum capitum refutationes & defensiones.

6.° *Cyrilli* homilia de Incarnatione Dei Verbi.

7.° Ejusdem commonitorium ad Eulogium Apocrisiarium.

8.° Excerpta è scholiis de incarnatione Unigeniti.

9.° *Cyrilli* epistolæ duæ ad Succensum.

10.° Excerptum quomodo sancta Virgo intelligi possit Dei Genitrix.

11.° Excerptum è capite decimo octavo scholiorum de Incarnatione.

12.° Excerpta duo ad sacras imagines spectantia.

13.° Excerpta ex homilia sancti *Basilii* in laudem Barlaami.

14.° Sancti *Basilii* expositio fidei.

15.° *Libanii* epistolæ ad Datianum.

Is codex manu duorum librariorum sæculo decimo sexto exaratus est.

DCCCLXXXIII.

Codex membranaceus, quo continetur *Antiochi* Monachi pandectes. Novemdecim ultima capita desiderantur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Antiochi* Monachi pandectes, in capita centum & triginta tributus. Accedit ejusdem exomologesis, cujus finis desideratur. Præmittuntur sancti *Ephræmi*, *Basilii* & aliorum fragmenta de legendis sacris Scripturis; necnon & *Antiochi* ad Eustathium epistola.

Is codex anno 1266. exaratus est.

DCCCLXXXV.

Codex membranaceus, quo continetur *Antiochi* Monachi è monasterio sancti Sabæ pandectes, in capita centum & triginta divisus, cui subjungitur ejusdem exomologesis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

DCCCLXXXVI.

Codex membranaceus, olim Domini du Fresne, quo, præter edita à *Combefisio* sancti *Maximi* opera, continentur:

1.° Ejusdem commentarius in selecta quædam *Dionysii* & *Gregorii* Theologi capita, cum præfatione ad Thomam.

2.° Ejusdem alii commentarii in varia *Gregorii* Theologi capita, cum præfatione ad Joannem, Cyzici Archiepiscopum.

3.° Ejusdem liber de Paschate, in quo multa ad doctrinam temporum, & ad calendarium pertinentia. Præmittitur præfatio ad Petrum Patricium. Ibi occurrit catalogus Imperatorum Constantinopolitanorum, à Constantino Magno ad Constantinum Romani generum, qui annis ferè trecentis post sanctum Maximum vixit. Addita igitur à librario Imperatorum recentiorum nomina. Is *Maximi* tractatus editus à *Petavio*.

De illo codice, qui, ineunte sæculo decimo tertio exaratus videtur, ita Combefisius: *Codex magnificus Raphaelis Tricheti du Fresne gentilis mei, cura...... Galliæ invectus, humanissimè mihi concessus, ac modo in regiam gazam illatus; cujus nec molem, nec bonitatem aut copiam, ullum usquam æquare existimem sancti* Maximi *operum codicem.*

DCCCLXXXVII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur :

1.° Mysterii Trinitatis expositio, auctore sancto *Maximo*. Præmittitur figura circularis mystica, sive circuli tres sese mutuò secantes, & unus illos circumplectens, cum inscriptionibus Trinitatis mysterium explicantibus.

2.° Hexastichon iambicum, quatenùs pertineant ad Deum *τὸ διπλὸν, τὸ τριπλὸν, τετρὰς, ἑξὰς, ἑπτάς.*

3.° *Anastasii*, Patriarchæ Antiocheni, ut & *Cyrilli* expositio orthodoxæ fidei.

4.° Ejusdem *Cyrilli* tractatus de Trinitate.

5.° *Gregorii* Thaumaturgi expositio fidei per revelationem.

6.° *Nicephori* Patriarchæ & Confessoris expositio fidei.

7.° *Metrophanis*, Episcopi Smyrnæ, & Confessoris, expositio fidei.

8.° *Theodorus* Studita de Trinitate.

9.° *Scholarii*, sive *Gennadii*, Patriarchæ Constantinopolitani, apologia ad Amurathem, qui ipsum de christiana doctrina interrogaverat.

10.° *Theophili*, Antiocheni Patriarchæ, liber tertius ad Autolycum.

11.° *Thaddæi* Pelusiotæ tractatus adversùs Judæos, ad cujus finem annotatum reperias opus ab auctore absolutum anno Christi 1265. Ineditum puto.

Is codex manu Pachomii Monachi, sive Constantini Palæocappæ anno Christi 1540. exaratus est.

DCCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Maximi* Confessoris mystagogia, quâ explicantur quorum signa sint quæ in Ecclesia peraguntur in divina synaxi.

2.° Ejusdem brevis interpretatio orationis dominicæ.

3.° Ejusdem interpretatio psalmi quinquagesimi noni.

4.° Ejusdem epistola parænetica ad Georgium Africæ Præfectum.

5.° Ejusdem epistolæ tres ad Joannem Cubicularium.

6.° Ejusdem epistola ad Joannem Archiepiscopum, quòd anima sit incorporea.

7.° Ejusdem epistola ad Jordanem Presbyterum, quòd anima separata operationem & virtutem retineat.

8.° Ejusdem epistola ad Thalassium Presbyterum, cùm is quæsisset, quî fiat ut nonnullis gentilium Regibus ad Dei iram subditis ingruentem depellendam, liberos & affines immolantibus, ira cessaret, ut plurimi veterum conscripserunt.

9.° Ejusdem epistola ad hegumenum, de moniali cœnobio egressa, & quam facti pœnitebat.

10.° Ejusdem epistola ad Joannem Cubicularium, de rectis Ecclesiæ circa Deum dogmatibus.

11.° Ejusdem ad Petrum illustrem brevis sermo adversùs Severi dogmata.

12.° Ejusdem ad eumdem epistola dogmatica.

13.° Idem, de communi & proprio, ad Cosmam, Diaconum Alexandrinum.

14.° Idem, ad Julianum, Scholasticum Alexandrinum, de Ecclesiæ circa Incarnationem doctrina.

15. Idem, nomine Georgii Africæ Præfecti, ad moniales quæ ab ecclesia catholica in urbe Alexandria desciverant.

16.° Ejusdem epistola ad Pyrrhum Presbyterum & hegumenum.

17.° Ejusdem epistola ad Marinum Monachum.

18.° Ejusdem epistola ad Cydoniæ Episcopum.

19.° Ejusdem epistola ad Auxentium.

20.° Ejusdem epistola ad Stephanum Presbyterum.

21.° Ejusdem epistola ad Constantinum sacellarium.

22.° Ejusdem epistola ad Joannem Cubicularium.

23.° Ejusdem epistolæ duæ ad Joannem Episcopum.

24.° Ejusdem epistolæ duæ ad Cyrnicium Episcopum.

25.° Ejusdem epistolæ octo ad Polychronium Abbatem.

26.° Idem, de variis difficultatibus quæ in Dionysio & Gregorio occurrunt.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

DCCCLXXXIX.

Codex membranaceus, emptus anno Christi 1688. quo continentur loci communes à sancto *Maximo,* è variis Scriptoribus sacris & profanis collecti. Capita non pauca desiderantur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCCCXC.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Joannis* Carpathii capita theologica & gnostica centum & septemdecim, inedita. Incipiunt καλὰ δὲ ἀγαθοῦ τὰ πάντα γεγόνασιν. Minùs rectè tituli auctor. *Joannis* Carpathii ad Indiæ Monachos capita consolatoria centum. Quod opus à capitibus gnosticis planè diversum est.

2.° *Cassiani* collationum epitome, sive de vita & regulis Monachorum Ægyptiorum.

3.° Ejusdem librorum de octo capitalibus vitiis epitome.

4.° *Nilus* Monachus de pravis cogitationibus.

5.° *Joannis* Carpathii ad Indiæ Monachos capita consolatoria centum, inedita. Initium τῆς ἐπὶ γῆς βασιλευόντων.

6.° Variæ de Anachoretis narrationes, sive Geronticum.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

DCCCXCI.

Codex membranaceus, olim Trichetianus, quo continentur *Theodori* Studitæ catecheses selectæ centum & septuaginta, recitandæ in diebus dominicis, in quarta & sexta feria, & in magnis festis totius anni. Catechesi cuique præfixum est argumentum, iambo monosticho comprehensum. Utrumque libri latus muniunt folia membranacea quatuor, aliunde avulsa, bina in fronte ac totidem in calce, quæ pertinent ad vitam sancti Joannis Evangelistæ, scriptam à Prochoro.

Is codex anno Christi 1136. exaratus est manu Arsenii Monachi, ut ipse versibus iambicis trimetris testatum reliquit. Editi sunt à *Cangio* Constant. Christ. lib. 4. pag. 152. illudque è Bibliotheca Vindobonensi. Ibi continetur quædam veluti notitia monasterii τοῦ περιδρόμου; quippe hinc discimus & proximum illud fuisse monasterii Ælii, & Perram olim nominatum, & Joanne Porphyrogenneto imperante, floruisse illic cœnobitas Maximum & Arsenium hunc Monachum, eumdemque calligraphum & præpositum.

DCCCXCII.

Codex membranaceus, quo continentur *Theodori* Studitæ catecheses, sed multarum vel finis, vel initium desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCCXCIII.

Codex membranaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Theodori* Studitæ catechesis, quæ dicitur parva, centum & triginta quatuor sermonibus constans.

2.° Ejusdem testamentum.

3.° *Naucratii* Monachi epistola encyclica, de obitu Theodori.

4.° Ejusdem Theodori carmina brevia & epigrammata iambica varii argumenti.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

DCCCXCIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Theodori* Studitæ antirrhetici tres contra Iconomachos.

2.° Ejusdem iamborum Joannis, Ignatii, Sergii & Stephani Iconomachorum refutatio, partim prosa, partim simili metro.

3.° Ejusdem problemata, sive quæstiones propositæ Iconomachis.

4.° Ejusdem capita septem adversùs Iconomachos.

5.° Ejusdem epistola ad Platonem, de adoratione imaginum.

6.° Ejusdem epistolæ dogmaticæ tertii exilii quinquaginta quinque.

7.° Ejusdem epistolæ primi & secundi exilii quinquaginta sex.

8.° Ejusdem epistolæ tertii exilii centum octoginta quatuor.

9.° Ejusdem testamentum.

10.° *Naucratii* Monachi epistola ad fratres & patres persecutione dispersos.

11.° Epigramma, sive elogium præscribendum libris Theodori Studitæ.

Is codex, quo usus est Labaunius in apparanda editione regia, sæculo decimo quarto exaratus videtur.

DCCCXCV.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur homiliæ sex asceticæ. Auctoris nomen non comparet. Is autem est *Simeon*, Præfectus monasterii sancti Mamantis.

1.ª Homilia de Spiritus Sancti participatione, & vitæ sanctitate. Nondum lucem vidit. Initium οὐκ ὁρᾶτε πῶς.

2.ª De jejunio non prima solum hebdomade, sed & aliis accuratè servando. Incipit ἔδει μὲν ἡμᾶς.

3.ª De temperantia & patientia ad virtutes comparandas necessariis. Incipit ἐγὼ μὲν καὶ τῇ ψυχῇ.

4.ª De improbis animi affectibus. Hæc homilia latinè edita est.

5.ª Quòd hominum promissis standum non sit. Incipit τὴν ἀρχὴν.

6.ª De obedientia, & abjicienda propria voluntate. Incipit ἀγαπητοί μου

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

DCCCXCVI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continentur:

1.° *Theodori* Studitæ epistolæ. Occurrit ad calcem index illorum omnium nomina exhibens, ad quos singulæ epistolæ datæ sunt.

2.° Ejusdem versus iambici variis de rebus. Prius paginæ latus occupat textus Græcus, alterum Latina interpretatio.

3.° Ejusdem scholium in ascetica sancti Basilii. Accedit etiam interpretatio Latina.

Is codex Joannis Baptistæ Cotelerii manu exaratus est.

DCCCXCVII.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis* Damasceni homilia in nativitatem beatæ Mariæ Virginis.

2.° *Jacobi* fratris Domini narratio de eodem argumento.

3.° *Aphroditiani* philosophi narratio de humana Christi œconomia.

4.° Sancti *Ephræmi* homilia de animæ salute, & de futuro judicio.

5.° *Anastasii* Sinaïtæ homilia de sacra synaxi, & de injuriarum oblivione.

6.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de eodem argumento.

7.° Ejusdem homilia in Judæ proditionem.

8.° Martyrium sancti Georgii.

9.° Acta sanctorum Petri & Pauli.

10.° Vita sancti Procopii.

11.° Vita sancti Panteleemonis.

12.° Vita sancti Nicolai, Myrensis Episcopi.

13.° *Andreæ* Cretensis homilia in laudem sancti Nicolai, Myrensis Episcopi.

14.° *Joannis* Thessalonicensis homilia de dormitione beatæ Mariæ Virginis.

15.° Vita sanctorum Guriæ, Samonæ & Abibi.

16.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de Ecclesia.

17.° *Theodori* Studitæ homilia de inventione capitis sancti Joannis Baptistæ.

18.° Sancti *Chrysostomi* homilia in quatriduanum Lazarum.

19.° *Eulogii* Alexandrini homilia in ramos palmarum.

20.° Sancti *Chrysostomi* homilia in secundum Christi adventum.

21.° Ejusdem homilia de abnegatione sancti Petri.

22.° *Germani,* Patriarchæ Constantinopolitani, homilia in presentationem beatæ Mariæ Virginis.

23.° Sancti *Chrysostomi* homilia in annuntiationem.

Hujusce codicis pars membranacea duodecimo sæculo, pars chartacea decimo quinto exarata videtur.

DCCCXCVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis* Damasceni orthodoxæ fidei accurata expositio. Initium desideratur.

2.° Ejusdem homilia tertia de imaginibus. Non pauca desiderantur.

3.° Idem, de duabus voluntatibus, & operationibus Christi. Initium desideratur.

4.° Sancti *Maximi* Confessoris epistola ad Marinum Monachum.

5.° Ejusdem epistola ad Cosmam Diaconum, de communi & proprio.

6.° *Anastasii* Sinaïtæ definitiones ex Odego. Folia non pauca desiderantur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCCCXCIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Joannis* Damasceni orthodoxæ fidei accurata expositio. Incipit nostrum hoc exemplar à capite sexto libri secundi. Adjuncta est interpretatio Latina, cujus auctor ignoratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CM.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis* Damasceni capita dogmatica nonaginta tria de Dei incomprehensibilitate, investigandisque sedulò iis quæ ab Apostolis & Evangelistis tradita sunt.

2.° *Michaelis Pselli* capita de omnifaria doctrina ad Michaelem Ducam, Imperatorem Constantinopolitanum.

3.° Anonymi opus quo sancti Basilii liturgia allegoricè exponitur.

4.° Anonymi opusculum de divinis mysteriis, è variis ecclesiasticorum Scriptorum, *Chrysostomi* nempè, *Cyrilli* Hierosolymitani, *Eutychii* Patriarchæ, *Gregorii* Nysseni & *Isidori* fragmentis concinnatum.

5.° Anonymi brevis commentatio, ubi de illis qui Veteris Testamenti libros ex Hebraïca lingua in Græcam converterunt.

6.° *Petri,* Antiocheni Patriarchæ, ad Dominicum, Gradensem Archiepiscopum, de azymis epistola.

7.° *Joannis,* Archiepiscopi Nicæni, epistola de Christi nativitate ad Zachariam magnæ Armeniæ Catholicum. Incipit θεῖος ἀπόστολός ποτε γράφων.

8.° *Joannis,* Hierosolymitani Archiepiscopi, de sacris imaginibus epistola ad Constantinum Caballinum.

9.° Sancti *Maximi* Confessoris, & *Joannis* Damasceni fragmenta de duabus Christi naturis.

10.° Anonymi opusculum, quo, præmissis quibusdam de Latinorum origine, dissentientes Græcorum & Latinorum circa nonnulla dogmata opiniones traduntur.

11.° Anonymi narratio, ubi de Armeniæ Catholicis & illorum Regibus ad Justinum usque Imperatorem, differitur. Incipit ἐν ταῖς ἡμέραις.

12.° *Joannis,* Archiepiscopi Nicæni, epistola de Christi nativitate, ad Zachariam magnæ Armeniæ Catholicum.

13.° *Isaaci,* magnæ Armeniæ Catholici, invectivæ duæ in Armenos.

14.° Catalogus Catholicorum Armeniæ, à *Gregorio, Illuminatore* appellato, ad Isaacum usque deductus. Accedunt nonnulla de Armeniæ Regibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CMI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis* Damasceni tractatus de dialectica.

2.° Ejusdem liber de fide orthodoxa, cui multa inserta sunt è Theodoro Abucara, præsertim ex illius cum Saraceno dialogis.

3.° Excerpta è sacris libris & Patribus, ad mores juxta christianæ religionis normam informandos, pertinentia. Auctores in illis excerptis laudantur, Asterius, Athanasius, Anastasius Antiochenus, Basilius,

Caſſianus, Chryſoſtomus, Clemens, Cyrillus, Dionyſius Alexandrinus, Dionyſius Areopagita, Ephræmus, Eſaïas Monachus, Euſebius Alexandrinus, Geronticum, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, Gregorius Thaumaturgus, Joannes Carpathius, Iſidorus, Macarius, Macarius Magnes, Marcus Monachus, Maximus, Nilus, Origenes, Theodoretus & Titus Boſtrenſis.

4.° *Joannis,* Antiocheni Patriarchæ, de myſteriis vivificis corporis & ſanguinis Chriſti, excerpta è ſanctis Doctoribus.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

CMII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis* Damaſceni capita philoſophica. Præmittitur ejuſdem ad Coſmam, Majumæ Epiſcopum, epiſtola.

2.° Ejuſdem orthodoxæ fidei accurata expoſitio.

3.° *Nicephori* Gregoræ chronicorum fragmenta, in quibus annorum ſupputatio ab Adamo ad Chriſtum natum.

4.° *Michaelis Pſelli* de definitione fidei opuſculum.

5.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni epiſtolæ variæ.

6.° Lexicon è ſcriptoribus ſacris & profanis collectum, ubi præter nonnulla veterum teſtimonia, alia multa ſcitu non indigna reperias. Litteram tantùm A complectitur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

CMIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur Barlaami & Joaſaphi Indiæ Regis hiſtoria. Illius auctor *Joannes,* cœnobii ſancti Sabæ Monachus, dicitur.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

CMIV.

Codex membranaceus, quo continetur hiſtoria Barlaami, & Joaſaphi Indiæ Regis.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

CMV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Hiſtoria Barlaami, & Joaſaphi Indiæ Regis. Illius auctor dicitur *Joannes* Damaſcenus.

2.° Liber Sirach, fine mutilus.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

CMVI.

Codex chartaceus, quo continetur hiſtoria Barlaami, & Joaſaphi Indiæ Regis. Initium deſideratur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CMVII.

Codex bombycinus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur hiſtoria Barlaami Monachi, & Joaſaphi Indiarum Regis, quæ in hoc noſtro exemplari ſancto *Joanni* Damaſceno tribuitur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

CMVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur hiſtoria Barlaami Monachi, & Joaſaphi Indiæ Regis. Fabula romanenſis, cujus auctor dicitur *Joannes* Sinaïta.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

CMIX.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur:

1.° *Nicephori,* Patriarchæ Conſtantinopolitani, non *Theodori Grapti,* ut præfert titulus, apologia pro irreprehenſibili & pura noſtra chriſtianorum fide, & adversùs illos qui nos idololatras putant.

2.° Ejuſdem antirrheticorum libri tres adversùs Mammonam, ſive Conſtantinum Copronymum. Libri primi initium deſideratur.

3.° Ejuſdem antirrheticus, ſive eorum confutatio quæ *Euſebius* & *Epiphanides* contra Chriſti Salvatoris noſtri Incarnationem ineptè diſſeruerunt.

4.° Nicephori Patriarchæ vita, cujus *Ignatium* Diaconum auctorem eſſe Heinſchenius ſuſpicatur.

Is codex Joaſaphi Cantacuzeni juſſu, è vetuſtiſſimo exemplari deſcriptus eſt anno mundi 6876. Chriſti 1368. menſe martio, indictione VI. ut in calce libri teſtatur ipſe librarius.

CMX.

Codex membranaceus, olim Medicæus,

quo continentur *Nicephori*, Patriarchæ Constantinopolitani, libri adversùs Iconomachos, iidem omninò cum illis de quibus supra. Ibi licet observare titulum mendacem recentiore manu fabricatum, quo decepti Gregoras, Cyparissiota & alii complures, Theodorum Graptum Nicephori Patriarchæ libris auctorem suppofuerunt. Observare prætereà licet, notas marginibus sparsim illitas, manu, credo, ipsius Cantacuzeni, aut alicujus Palamitæ, Philothei fortasse.

Is codex sæculo decimo ineunte exaratus videtur, quem unicum & jam vetustate corruptum, perquirente Cantacuzeno, repertum esse testatur superioris exemplaris subscriptio; nam idem omninò esse cum illo cujus ibi fit mentio, indicio sunt cùm vitia ibidem notata, tùm lacuna inter apologiam & primum antirrheticum utrobique eadem, quam effecit defectus sex foliorum, quæ è vetusto illo codice exciderunt post folium octogesimum primum.

CMXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

4.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in Filium prodigum.

5.° *Amphilochius*, Iconiensis Episcopus, de miraculis sancti Basilii.

6.° Sancti *Hippolyti* homilia de fine mundi, & de Antichristo.

7.° Vita sanctæ Mariæ Ægyptiæ, auctore *Sophronio* Hierosolymitano.

8.° Vita & miracula sancti Gregorii Agrigentini, auctore *Leontio* Abbate.

9.° Vita sanctæ Theodoræ Martyris.

10.° Narratio Zozimi de statu beatorum.

11.° Vita Theophanis & Pansemnes. Incipit τὰ κατὰ Θεοφάνην τὸν ὅσιον.

12.° Vita Jacobi Eremitæ.

13.° Martyrium Eustathii, Maxentii, Mardarii, Eugenii & Orestæ.

14.° Martyrium sanctæ Anastasiæ. Incipit πάντα τὰ παρὰ τῶν ἁγίων πραχθέντα.

15.° Martyrium sanctarum Anastasiæ & Theodoretæ.

16.° Sancti *Gregorii* Nysseni homilia in laudem sancti Stephani Protomartyris.

17.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni homilia in Christi nativitatem.

18.° Sancti *Basilii* homilia ejusdem argumenti.

19.° Vita sancti Sylvestri, Episcopi Romani, edita à *Combefisio*.

20.° Sancti *Basilii* homilia ad baptismum adhortatoria. Pars dimidia & ampliùs desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MCCXVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi oratio funebris in laudem Marci Eugenici, Ephesini Archiepiscopi.

2.° *Marci* Ephesini homilia prima de purgatorio, Ferrariæ habita coram summo Pontifice, Cardinalibus, & aliis Ecclesiæ Latinæ Doctoribus. Incipit ἐπειδὴ μετὰ ἀγάπης.

3.° Ejusdem homilia secunda de eodem argumento. Incipit πολλῆς μὲν ὡς ἀληθῶς.

4.° Ejus responsio ad objectiones, quibus sua de igne purgatorio sententia, cùm à Cardinalibus, tùm ab Ecclesiæ Latinæ Theologis oppugnata fuerat. Incipit ἐπειδὴ σαφέστερον.

5.° Anonymi ad Nectarium Monachum epistola, qui ipsum interrogaverat utrùm Christi Domini corpus in eucharistia corruptibile sit, an incorruptibile. Hæc autem epistola in aliis codicibus *Zonaræ* tribuitur.

6.° *Joannis Zonaræ* Drungarii, sive Præfecti vigilum & primi à secretis, epistolæ undecim, ubi de rebus ad theologiam spectantibus differitur. In nonnullis codicibus illarum epistolarum auctor fertur *Michael Glycas*.

7.° *Anastasius*, Cæsareæ in Palestina Episcopus, quòd observandum sit jejunium quod præcedit diem festum dormitionis beatæ Virginis.

8.° *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiscopi, expositio undecim evangeliorum matutinorum.

9.° *Marcus Eugenicus*, adversùs Latinos, quòd divinorum donorum consecratio non solùm fit verbis dominicis, sed etiam à Spiritu sancto per preces & benedictionem sacerdotis.

10.° Ejusdem ad Georgium Scholarium epistola, qua ipsum reprehendit quòd ad Latinos desciverit.

11.° Ejusdem solutiones dubiorum quorumdam ipsi propositorum. Initium ὁ θεὸς σχῆμα οὐκ ἔχει.

12.° Idem, de additione à Latinis symbolo inserta. Accedunt ad marginem scholia amplissima. Initium θαυμάζω πῶς ἡμῖν.

13.° *Joannis Eugenici*, Diaconi & Nomophylacis opusculum, adversùs concilii Florentini definitionem. Accedunt quoque scholia amplissima. Incipit τοὺς μὲν πάντας ἀνθρώπους.

14.° Sancti *Maximi* epistola ad Marinum.

15.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de Spiritu sancto.

16.° Anonymus de azymis adversùs Latinos. Incipit οὐδὲν ἔστι τῶν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ.

17.° Petri

17.° *Petri*, Antiocheni Patriarchæ, ad Dominicum Gradensem epistola.

18.° *Chrysoloræ* opusculum adversùs Latinos.

19.° *Nili Cabasilæ* promptuarium adversùs Latinos.

20.° *Matthæi Blastaræ* quædam de conciliis.

21.° Apologia synodi Constantinopolitanæ ad Imperatorem, de non recepto concilio Florentino.

22.° *Theodori Agalliani* collectanea adversùs Latinos.

23.° *Marci Eugenici*, morti proximi, postrema ad Georgium Scholarium verba.

24.° *Georgii* Scholarii de processione Spiritus sancti, Tomus secundus, ad Joannem Comnenum, Imperatorem Trapezuntinum. Conjecta nonnulla ad marginem scholia.

25.° Ejusdem brevis dialogus de eodem argumento. Incipit βασιλεῦ ἱερώτατε.

26.° *Marci Eugenici* capita syllogistica adversùs Latinos, de processione Spiritus sancti.

27.° Ejusdem epistola encyclica ad omnes Christianos, de non recipienda synodo Florentina.

28.° Ejusdem expositio officii ecclesiastici.

29.° *Scholarii* dialogus Græcum inter & Latinum, de Spiritus sancti processione. Sequuntur ejusdem versus iambici in laudem Marci Eugenici.

30.° Ejusdem dialogus alter, quo inter se colloquentes introducuntur Olbianus, Eulogius & Benedictus.

31.° *Macarii* Ieromonachi, *Macres*, antequam vitam monasticam profiteretur, appellati, opus, quo ostenditur, dicere Spiritum sanctum à Filio procedere minimè necessarium, nuperque illud dogma à Latinis invectum.

32.° Professio fidei à *Marco Eugenico* in Concilio Florentino exhibita.

33.° *Barlaami* Monachi tractatus de processione Spiritus sancti, cum scholiis marginalibus uberrimis.

34.° Ejusdem opusculum de primatu Papæ, ad Nicolaum Archiepiscopum. Accedunt quoque scholia.

35.° Ejusdem legatus, sive de processione Spiritus sancti.

36.° Ejusdem confutatio tractatus, quem Pontificii legati ad eum ipsum scripserant.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Homilia in laudem sancti Bartholomæi Apostoli, auctore *Josepho*, Monacho Presbytero, & custode vasorum magnæ ecclesiæ.

2.° Ejusdem homilia secunda in illius Apostoli laudem.

3.° *Alexandri* Monachi homilia in laudem sancti Barnabæ. Ibi de illius reliquiis sermo fit.

4.° Periodi & martyrium sancti Barnabæ Apostoli. Auctoris nomen non comparet.

5.° Acta & martyrium Apostoli Aquilæ, unius è septuaginta discipulis. Ibi nihil de auctore occurrit.

6.° Periodi & martyrium sancti Philippi Apostoli. Initium ut & nomen auctoris desiderantur.

7.° Martyrium sancti Apollinis Apostoli, qui & Saccas dictus est.

8.° Martyrium sancti Timothei Apostoli, & primi Ephesiorum Episcopi.

9.° Anonymus, de tempore & modo quo inventa vestis beatæ Virginis, quæ in Blachernis asservatur.

10.° Vita sanctæ Xenes. Sequitur canon in illius laudem.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MCCXX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymi homilia membranâ scripta, Incipit ὁποία ἡ θεότης.

2.° *Hermetis Trismegisti* pœmander. Conjecta ad marginem scholia quædam.

3.° *Asclepii* definitiones ad Ammonem Regem, de Deo, materia, fato, &c.

4.° Sententiæ unico versu comprehensæ, & è variis poëtis collectæ, ordineque alphabetico dispositæ.

5.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni tetrasticha; adjunctus *Nicetæ*, sive *Davidis* Philosophi commentarius.

6.° Ejusdem carmina omnia; passim inter lineas glossæ. Accedunt brevia quædam scholia.

7.° Ejusdem epigrammata in Basilii Magni sepulchrum. Accedit *Nicetæ* commentarius.

8.° Excerpta varia è Veteris Testamenti libris, partim ad trinitatem, partim ad incarnationem spectantia.

9.° Paraphrasis Evangelii sancti Joannis, versibus heroïcis, auctore *Nonno* Panopolitano.

10.° *Maximi Planudis* homilia in sepulturam Christi, & in Deiparæ luctum.

11.° *Evagrius* Monachus, de vestibus monachorum Ægypti, illarumque significatione.

12.° Ejusdem definitiones affectuum animæ rationalis.

13.° Ejusdem sententiæ, ad mores informandos imprimis idoneæ.

14.° Excerpta ex ejusdem vita.

15.° Ejusdem de octo vitiosis cogitationibus liber ad Anatolium.

16.° *Nilus* Monachus, de eodem argumento.

17.° *Anastasius*, Antiochenus Patriarcha, de tribus quadragesimis, Christianis omnibus accuratè servandis. Initium ἔδει μὲν ἡμᾶς.

18.° *Nicephori*, Patriarchæ Constantinopolitani, epistola, à *Cotelerio* edita.

19.° Sanctus *Maximus*, de amicitia.

20.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni drama de passione Christi.

21.° Enchiridion, sive præcepta ad vitam instituendam utilia. Auctoris nomen non comparet. Is autem est *Epictetus;* verùm compluribus in locis à Christiano aliquo interpolatus.

22.° Philosophorum quorumdam apophthegmata.

23.° *Joannis* Abbatis, cognomine *Curti*, apohthegmata quædam.

24.° Excerpta nonnulla ex Anastasii Sinaïtæ quæstionibus.

Is codex sub finem sæculi decimi tertii exaratus videtur.

MCCXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur anonymi homiliæ in dies dominicos totius anni. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXXII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur homiliæ singulis totius anni dominicis pronuntiandæ. Ait auctor illas à se esse collectas, & è Patrum scriptis, & Interpretum Scripturæ sacræ commentariis.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur homiliæ complures, Græca lingua vulgari scriptæ, hoc ordine :

1.° Anonymi homilia in Evangelium Publicani & Pharisæi.

2.° Anonymi homilia in Filium prodigum.

3.° Anonymi homilia de extremo judicio.

4.° Anonymi homilia in dominicam primam quadragesimæ.

5.° Anonymi homilia in dominicam secundam quadragesimæ.

6.° Anonymi homilia in dominicam tertiam quadragesimæ.

7.° Anonymi homilia in dominicam quartam quadragesimæ.

8.° Anonymi homilia in annuntiationem beatæ Virginis.

9.° Anonymi homilia in dominicam quintam quadragesimæ.

10.° Anonymi homilia de resurrectione Lazari.

11.° Anonymi homilia in sanctum & magnum quatriduum.

12.° Anonymi homilia de resurrectione Domini.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur anonymi homiliæ variæ, lingua Græca vulgari scriptæ. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

ORATORES SACRI.

In-octavo.

MCCXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur :

1.° *Nicephori Blemmydæ* homilia in laudem sancti Joannis Theologi.

2.° Sancti Athanasii oratio in Hypapanten.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

THEOLOGI.

In-folio.

MCCXXVI.

Codex chartaceus, olim Trichetianus, quo continetur *Photii* Bibliotheca. Initio desideratur epistola ad Tarasium fratrem; sub finem verò paginæ tres. Præfixus est index.

Is codex, qui nondum collatus est, manu Georgii Gregoropuli exaratus dicitur.

MCCXXVII.

Codex chartaceus, quo continetur *Photii* Bibliothecæ apographum, quod desinit in capite quinquagesimo octavo.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Photii*, Patriarchæ Constantinopolitani, responsa ad quæstiones trecentas & tredecim, ab Amphilochio, Cyzici Episcopo, sibi propositas. Ibi de variis sacræ Scripturæ locis, aliisque rebus, quarum major pars ad theologiam pertinet, fusè differitur. Hujusce codicis initio aliquot folia desiderabantur, quæ Antonius Ponget, è sancti Mauri congregatione, ex alio exemplari descripsit. Opus ineditum.

2.° Ejusdem de Spiritu sancto disciplina arcana, & quemadmodum Filius ex solo Patre, ita & Spiritus sanctus è sola eademque causa procedit. Dicitur tamen Filii esse, tanquam qui illi consubstantialis & ab eo mittitur. Opus quoque ineditum. Illius initium est *ἐν πολλοῖς μὲν εἰσιν οἱ ἔλεγχοί.*

3.° Ejusdem adversùs recentes Manichæos sive Paulicianos libri quatuor. Sub finem nonnulla desiderantur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MCCXXIX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur *Photii* amphilochia.

Is codex recentiori manu exaratus est, non contemnendus tamen, cùm Chrysanthii, Patriarchæ Hierosolymitani, jussu è vetusto codice montis Athos descriptum esse constet.

MCCXXX.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Euthymii* Zygabeni panoplia dogmatica orthodoxæ fidei. Præmittuntur programma metricè scriptum, & titulorum index.

2.° *Photii*, Constantinopolitani Patriarchæ, de septem generalibus conciliis epistola.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MCCXXXI.

Codex membranaceus, Fonteblandensis, quo continetur *Euthymii* Zygabeni panoplia dogmatica. Præfixus titulus, quem sequuntur tituli viginti octo hoc ordine:

1.° Quòd unus sit Deus.

2.° De Patre, Filio & sancto Spiritu.

3.° De Deo communiter.

4.° Divinam naturam comprehendi non posse.

5.° De divina appellatione.

6.° De opificio Dei.

7.° De divina incarnatione.

8.° De cognitione Dei adversùs Hebræos.

9.° Adversùs Simeonem Samaritanum.

10.° Adversùs Sabellianos.

11.° Adversùs Arianos.

12.° Adversùs Pneumatomachos.

13.° Adversùs Romæ veteris dogma, de processione Spiritus sancti, è *Photio*. Hunc titulum omisit Franciscus Zinus.

14.° Adversùs Apollinarium.

15.° Adversùs Nestorianos.

16.° Adversùs Monophysitas.

17.° Adversùs Apthartodocetas.

18.° Adversùs Theopaschitas.

19.° Adversùs Agnoetas.

20.° Adversùs Origenem.

21.° Adversùs Monothelitas, Sergium, Pyrrhum & Paulum.

22.° Adversùs Iconomachos.

23.° Adversùs Armenios.

24.° Adversùs Paulicianos.

25.° Adversùs Massalianos.

26.° Adversùs Bogomilos.

27.° Adversùs Saracenos.

28.° Paratitlus, ſive appendix, *Photii* epiſtola ad Michaelem, Bulgariæ Principem, de ſeptem conciliis generalibus.

Folio ultimo verſo, manu recentiore brevis epiſcopatuum notitia; in marginibus verò ſparſim ſcholia & additamenta, quæ forcipe execuit bibliopegus imprudens.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MCCXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, Ibi continetur *Euthymii* Zygabeni, Monachi, panoplia dogmatica. Præmittuntur rerum hoc volumine comprehenſarum indices; indicibus verò verſus iambici, de libri argumento. Finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MCCXXXIII.

Codex bombycinus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° *Euthymii* panoplia, cujus quarta fermè pars deſideratur.

2.° *Joannes* Damaſcenus de hæreſibus. Multa deſiderantur.

3.° *Timotheus* Preſbyter de recipiendis hæreticis, ab editis in nonnullis diſcrepans.

4.° *Joannis* Damaſceni opera quædam.

Is codex, initio & fine mutilus, decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

MCCXXXIV.

Codex bombycinus, olim Joannis Hautin, poſteà Baluzianus, quo continetur *Nicetæ*, Choniatæ Acominati, panoplia dogmatica in plures tomos diviſa, de quibus videndus clariſſimus Bernardus D. Montfaucon, *Palæog. pag. 326.* Hujuſce operis publica luce digniſſimi, pars tantùm Latinè prodiit. Præmittuntur 1.° *Michaelis* Choniatæ, Athenarum Metropolitæ, monodia in fratris ſui mortem. 2.° Fragmentum è libro ſancti Auguſtini, qui ſpeculum inſcribitur.

Is codex Joannis Scutariotæ manu ſæculo decimo quarto exaratus eſt.

MCCXXXV.

Codex chartaceus, quo continetur ſancti *Thomæ* Aquinatis ſummæ theologicæ pars ſecunda, in Græcam linguam converſa, auctore forſan *Demetrio* Cydonio.

Is codex anno 1495. exaratus eſt.

MCCXXXVI.

Codex chartaceus, quo continetur ſancti *Thomæ* Aquinatis ſumma adversùs gentes, è Latina lingua in Græcam à *Demetrio* Cydonio converſa.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXXXVII.

Codex chartaceus, emptus anno Chriſti 1688. quo continetur ſancti *Thomæ* Aquinatis ſummæ theologicæ pars ſecunda, in Græcam linguam converſa. Nullius autem auctoris nomine præfixo, utrùm ſit Demetrii Cydonii dubitari poteſt.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Gregorii Palamæ* delectus teſtimoniorum, è ſacra Scriptura & è Patrum libris excerptorum. In hypotheſes ſexdecim tribuuntur.

2.° Ejuſdem compendioſa narratio dialogi inter ipſum & Nicephorum Gregoram, Philoſophum, coram Imperatore habiti.

4.° Iambi adversùs Acindynum, auctore incerto.

3.° Ejuſdem *Gregorii* libri contra Acindynum decem continui. Præmittitur ejuſdem ad Annam Palæoginam epiſtola. Sequitur ejuſdem ad Dionyſium Monachum epiſtola.

5.° Ejuſdem libri duo apologetici. Præmittitur *Nicolai Pepagomeni* ad ipſum epiſtola.

6.° Ejuſdem liber ſingularis, quòd Barlaam & Acindynus divinitatem unam in duas diſcerpant.

7.° Ejuſdem dialogi duo, unus orthodoxi cum Barlaamita, alter Theophanis orthodoxi cum Theotimo, qui ejuratis Barlaami erroribus ad eccleſiam redierat.

8.° Ejuſdem opuſculum, quo variis Acindyni ſcriptis reſpondere conatur.

9.° Ejuſdem ad Joannem Gabram epiſtola.

10.° Ejuſdem ad Danielem, Æni Metropolitam, epiſtola.

11.° Ejuſdem ad Nomophylacem epiſtola.

12.° Ejuſdem ad Acindynum epiſtola, Theſſalonicâ miſſa, ante ſynodicam Barlaami & Acindyni condemnationem.

13.° *Arſenii,* Monachi Studitæ, ad Gregorium Palamam epiſtola, cum hujus reſponſione.

14.° *Gregorii Palamæ* ad Paulum Aſanum epiſtola.

15.° Ejuſdem oratio adversùs Joannem Calecam, Patriarcham Conſtantinopolitanum.

16.° Ejuſdem diatribæ duæ contra ſcriptum Ignatii, Antiocheni Patriarchæ.

17.° Ejuſdem ad monachos in monte Atho epiſtola.

18.° Ejuſdem ad Macarium Hieromonachum epiſtola.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Gregorii Palamæ,* Theſſalonicenſis Archiepiſcopi, homilia de mutua concordia.

2.° Ejuſdem homilia in Publicanum & Phariſæum.

3.° Ejuſdem homilia in Filium prodigum.

4.° Ejuſdem homilia de ſecundo Chriſti adventu.

5.° Ejuſdem homilia in occurſum Chriſti.

6.° Ejuſdem homiliæ duæ de jejunio.

7.° Ejuſdem homilia de fide.

8.° Ejuſdem homilia de jejunio & precatione.

9.° Ejuſdem homilia de Paralytico.

10.° Ejuſdem homilia de cruce.

11.° Ejuſdem homilia de cogitationibus interioribus.

12.° Ejuſdem homilia de eleemoſyna.

13.° Ejuſdem homilia in annuntiationem beatæ Mariæ Virginis.

14.° Ejuſdem homilia in ramos palmarum.

15.° Ejuſdem homilia de Chriſti incarnatione.

16.° Ejuſdem homilia de ſabbati & dominicæ myſterio.

17.° Ejuſdem homilia in unguentiferas Mulieres.

18.° Ejuſdem homilia in Samaritanam.

19.° Ejuſdem homilia de præmiis ab iis accipiendis qui piè & devotè ſacris cœtibus interſunt.

20.° Ejuſdem homilia in aſcenſionem Chriſti.

21.° Ejuſdem homilia de paſſionibus & virtutibus.

22.° Ejuſdem homilia de tentationibus.

23.° Ejuſdem homilia in Pentecoſtes feſtum.

24.° Ejuſdem homilia in Sanctorum omnium feſtum.

25.° Ejuſdem homilia de meſſe ſpirituali.

26.° Ejuſdem homilia tempore meſſis habita.

27.° Ejuſdem homilia in feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli.

28.° Ejuſdem homilia de Paralytico.

29.° Ejuſdem homilia, quòd pœnitentiæ actibus fides dignoſcatur.

30.° Ejuſdem homilia dominica prima auguſti habita.

31.° Ejuſdem homilia de tentationibus.

32.° Ejuſdem homilia de paſſionibus & virtutibus.

33.° Ejuſdem homilia in transfigurationem Chriſti.

34.° Ejuſdem homilia ejuſdem argumenti.

35.° Ejuſdem homilia in illud Matthæi: *Simile eſt regnum cœlorum homini Regi.*

36.° Ejuſdem homilia in dormitionem beatæ Mariæ Virginis.

37.° Ejuſdem homilia, quòd nemo poteſt ſalvari niſi mandata Dei ſervet.

38.° Ejuſdem homilia tempore mortalitatis habita.

39.° Ejuſdem homilia in Joannem Baptiſtam.

40.° Ejuſdem homilia in parabolam nuptiarum Filii.

41.° Ejuſdem homilia in natalem beatæ Mariæ Virginis.

42.° Ejuſdem homilia in Chananæam.

43.° Ejuſdem homilia in Joannem Evangeliſtam.

44.° Ejuſdem homilia contra feneratores.

45.° Ejuſdem homilia in reſurrectionem filii Viduæ.

46.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Exiit seminator seminare semen suum.*

47.° Ejusdem homilia in divites & pauperes.

48.° Ejusdem homilia in Demetrium Martyrem.

49.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Exeunti Jesu occurrit vir quidam habens dæmonia, &c.*

50.° Ejusdem homilia de precatione.

51.° Ejusdem homiliæ duæ in ingressum beatæ Mariæ Virginis in sancta Sanctorum.

52.° Ejusdem homilia de mysteriis.

53.° Ejusdem homilia de præmiis bonorum & suppliciis impiorum.

54.° Ejusdem homilia in eos qui victus penuria, doctrinæ salutis cognitionem remissiùs ediscunt.

55.° Ejusdem homilia de immaculata conceptione Virginis.

56.° Ejusdem homilia in natalem Christi.

57.° Ejusdem homilia de pœnitentia.

58.° Ejusdem homilia in sacra lumina.

59.° Ejusdem homilia in decem Leprosorum curationem.

60.° Ejusdem homilia in Zacchæum, & de amore pecuniarum.

61.° Ejusdem ad Joannem & Theodorum Philosophos homilia, qua ostendit quinam salvandi sint, quinam autem non salvandi.

62.° Ejusdem, vita sancti Petri, Monachi Hagiovitæ.

63.° Ejusdem homilia de passionibus & virtutibus, & de iis quæ per otium cogitatio parit.

64.° Ejusdem homilia ad eos qui ob calamitates contristantur.

65.° Ejusdem epistola ad suam ecclesiam, ex Asia, dum servus esset, missa.

66.° Ejusdem adversùs infideles & atheos Chionas disputatio.

67.° Ejusdem decalogus Novi Testamenti.

68.° Ejusdem precatio ad Deum, cùm pontificatum capesseret.

69.° Ejusdem precatio, cùm populos inviseret.

70.° Ejusdem precatio tempore pluviali facta.

71.° Ejusdem precatio coram regibus post unctionem recitata.

72.° Ejusdem capita de oratione & cordis puritate.

73.° Ejusdem alia capita.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXL.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Prochori* Cydonii disputatio de lumine Thaborio, adversùs Palamitas. Disputationis hæc summa est; procemium breve, testimonia undecim à Palamitis prolata, illorum testimoniorum explicatio, argumenta & Patrum testimonia à *Prochoro* adversùs Palamitas allata.

2.° *Joasaphi* sive *Cantacuzeni*, ex Imperatore Monachi, adversùs Prochorum antirrheticæ disputationes duæ, ubi brevis narratio de origine & progressu totius controversiæ, adversarii procemia duo, illorumque refutatio, singulorum capitum examen, testimoniorum explicatio ex aliis Patrum testimoniis. Præfixum est argumentum historicum, res autem sic ferè narratur. Anno Christi 1369. Byzantium ex Italia venit vir eruditus, Paulus nomine, qui se Patriarcham Constantinopolitanum nuncupabat, à summo Pontifice Urbano quinto ad Joannem Palæologum legatus. Paulus iste cùm multa à Barlaamitis & Acindynianis Constantinopolitanæ Ecclesiæ crimina objici audisset, cupiebat admodùm scire an vera essent quæ objicerentur. Id cùm rescivisset Cantacuzenus, eum accersivit, & cum ipso bis terque in palatio collocutus, ostendit eos qui à Barlaamo starent, malè sentire, Ecclesiam autem Constantinopolitanam recta & sanctorum Patrum dictis consentanea sapere. Monendi obiter lectores non esse ex omni parte veram hanc narrationem. Res quippe sic exponitur ut credas Cantacuzenum Legato Pontificis Romani suam de essentia & operationibus divinis opinionem approbasse, Barlaami autem & Acindyni doctrinam evertisse. Hujus autem disputationis hic exitus fuit. Imò patuit Paulo vera esse ea crimina quæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ illo tempore objiciebantur ab orthodoxis. *Vide* epistolam ipsius legati scriptam ea de re ad summum Pontificem Urbanum, & à *Petro Arcudio* editam.

Is codex manu Christophori Auveri, & sumptibus Cardinalis Georgii Arminiaci

anno Christi 1544. Romæ exaratus est.

MCCXLI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Joannis Cantacuzeni* Imperatoris antirrhetica ad loca Patrum à Prochoro Cydonio allata, de lumine in monte Thaborio, & de operatione divina.

2.° Ejusdem ad Paulum è Latinis Patriarcham epistola, qua Barlaami & Acindyni blasphemias evertit.

Is codex manu Manuelis Zicandylæ anno 1370. exaratus est.

MCCXLII.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Joannis Cantacuzeni,* abdicato imperio & induto monastico habitu, Joasaph appellati, antirrhetica adversùs Isaacum Argyrum Monachum, qui Barlaami & Acindyni de lumine Thaborio sententiam acerrimè defendebat. Præmittitur præfatio, qua res in Barlaami causa variis temporibus gestæ exponuntur. Præfixa quoque Joannis Palæologi Imperatoris solio cum insignibus regiis insidentis effigies; ad illius dextram & sinistram Patriarchæ & Episcopi conspiciuntur, ponè ipsum imperii primores.

2.° Ejusdem tractatus, sive colloquium cum Paulo, Urbani summi Pontificis ad Joannem Palæologum Imperatorem Legato, & Constantinopolitano Patriarcha. Auctor ibi totus in eo est, ut Palamæ de divina essentia, Deique operationibus sententiam variis Patrum testimoniis adstruat.

3.° Ejusdem apologiæ quatuor, quibus christianæ religionis veritas adversùs Mohammedanos asseritur; opus à *Cantacuzeno* jam Monacho scriptum in gratiam Meletii, qui, ipso potissimùm annitente, desertis Mohammedanorum castris, nomen Christo dederat. Præfixa Joannis Palæologi, & auctoris, ut videtur, effigies.

4.° Ejusdem libri quatuor adversùs Mohammedis errores. Ibi auctor varia Alcorani capita evertere sibi proponit.

5.° Ejusdem libri novem adversùs Judæos.

Is codex, in monasterio sanctæ Anastasiæ, φαρμακολυτρίας dictæ, quondam asservatus, anno Christi 1375. exaratus est.

MCCXLIII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Cantacuzeni* in Judæos libri novem. Ibi se, ficto nomine, *Christodulum,* ut & in historia, appellat.

2.° Ejusdem pro fide christiana contra Musulmanos apologiæ libri quatuor. Subsequitur argumentum operis, sive præfatio, cui subjuncta est epistola Musulmani Sampsatini, Sphachani Persæ, ad Meletium Monachum.

3.° Ejusdem adversùs Mahumetanos orationes quatuor. Præfixus index capitum alcorani, quæ hisce orationibus refelluntur.

Is codex manu Christophori Auveri anno Christi 1542. exaratus est.

MCCXLIV.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Philothei,* Patriarchæ Constantinopolitani, pro decreto synodi habitæ contra Gregoram anno Christi 1351. præsidibus Callisto Patriarcha, & Cantacuzeno Imperatore, ad Cantacuzenum libri duodecim antirrhetici, contra libros Gregoræ decem antirrheticos. Opus, mortuis Gregora & Palama, editum.

2.° Ejusdem de divina operatione, & de Thaborio lumine ad magnum Domesticum Palæologum libri tres contra Gregoram, editi vivo Gregora.

Libri cujusque argumentum, simul & initium exhibet index copiosissimus, ab auctore ipso præfixus. Præterea librorum duodecim priorum summam dabit libri duodecimi epilogus. His si adjungas utramque προθεωρίαν, hanc initio codicis, illam libro decimo tertio præscriptam, nihil jam ferè erit cur ipsum opus evolvere desideres. In libris antirrheticis habes fragmenta satis multa librorum Gregoræ antirrheticorum, qui nondum publicam lucem aspexerunt.

Is codex, regnante Francisco primo, exaratus est.

MCCXLV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur Hieremiæ, Patriarchæ Constantinopolitani, διδασκαλία νουθετικὴ ad Germanos, vulgò censura orientalis, Latinè jampridem edita à *Socolovio.* Subjuncta epistola ad Jacobum theologiæ doctorem,

& ad Martinum Crusium, quæ editioni Socolovianæ præfixa est.

Is codex, è Vaticano exemplari descriptus, ut fert clausula hæc subscripta paginæ ultimæ. *Ex Bibliotheca Vaticana die decima nona mensis Aprilis 1603. pontificatus sanctissimi Patris & Domini nostri Clementis octavi anno duodecimo.* Initio annotatum eadem manu : *tutti li versi sublineati così stavano nell'esemplare & anco le stellule, croci & altri segni: l'essemplare era scoretto è scritto conforme stava, &c.*

MCCXLVI.

Codex chartaceus, quo continentur :

1.° *Joannis* Cyparissiotæ Palamicarum transgressionum libri quatuor, ex quibus primum & quartum vulgavit *Combefisius,* duo alii inediti. Secundus incipit *πρόδηλον μὲν οὖν.* Tertius, *ὅσα μὲν οὖν.*

2.° Ejusdem libri octo adversùs Palamæ tomum, ejusque novam fidem. Incipiunt *ὡς αὖ γὰρ καὶ δι᾽ ὧν.*

3.° Ejusdem libri octo criminationibus Palamæ in adversarios de lumine increato respondentes. Incipiunt *τὸ τρίτον βιβλίον πρὸς τὰς καθ᾽ ἡμῶν.*

4.° Ejusdem libri tres contra Palamitarum *ἀποστασίαν.* Incipiunt *τὸ τέταρτον βιβλίον πρὸς τάς.*

5.° Ejusdem adversùs Nilum Thessalonicensem antirrheticorum libri quinque. Incipiunt *τῶν μὲν ἠγνοημένων βιβλίων τό, τε πρότερον.*

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MCCXLVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Davidis Διονυσίου* ad Nicolaum Cabasilam liber de Barlaami & Acindyni blasphemiis.

2.° *Gregorii* Nysseni homilia in illud Geneseos: *Ad imaginem Dei & ad similitudinem.*

3.° *Tarasii,* Constantinopolitani Patriarchæ, ad Hadrianum primum, Papam, epistola contra simoniam.

4.° *Joannis Cantacuzeni* responsio ad dicta Prochori de essentia & operatione divina.

5.° Ejusdem antirrheticorum liber ad dicta Patrum, à Prochoro allata.

6.° Ejusdem ad Isaacum Argyrum liber de operatione Spiritus sancti.

7.° *Gregorii Palamæ* liber primus, quo ostendere conatur non ex Filio, sed ex solo Patre procedere Spiritum sanctum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXLVIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Nicolai Cabasilæ* de vita in Christo libri septem, refragante Leone Allatio in dissertatione de Nilis, qui sex tantùm libros ei tribuit.

2.° Ejusdem homilia in nativitatem sanctissimæ Deiparæ.

3.° Ejusdem homilia in annuntiationem beatæ Mariæ Virginis.

4.° Ejusdem homilia in dormitionem beatæ Mariæ Virginis.

5.° Ejusdem homilia in passionem Christi.

6.° Ejusdem homilia in ascensionem Christi.

7.° Ejusdem homilia in laudem Nicolai Thaumaturgi.

8.° *Maximi Planudæ* homilia in Christi sepulturam.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXLIX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Theophanis* Nicæni disputatio, qua ostenditur mundum ab æterno esse potuisse. Opus ineditum.

2.° Epistola *Pauli,* Latinæ Ecclesiæ Episcopi, ad Joannem Cantacuzenum; ubi proponuntur nonnullæ quæstiones theologicæ. Opus ineditum.

3.° *Theophanis* epistola qua Paulo breviter respondetur. Opus ineditum.

4.° Uberior responsio ad quæstiones Pauli, tractatibus quinque comprehensa. Opus ineditum.

5.° Ejusdem epistola ad Nicænos clericos. Opus ineditum.

6.° Ejusdem epistola ad gregem sibi commissum. Opus ineditum.

7.° Ejusdem apologia religionis christianæ adversùs Mahometanum quemdam, libros quinque complectens, hactenùs ineditos.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCL.

MCCL.

Codex membranaceus, quo continentur *Nicephori Gregoræ* adversùs Iconomachos antirrheticorum libri duo. Prioris initium desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCCLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus inscriptus thesaurus veritatis fidei, Fratris *Bonacursii*, ordinis Prædicatorum, Græca lingua scriptus, & in Latinam ab *Andrea Doto* conversus, qui hanc suam interpretationem Joanni vigesimo secundo Pontifici, ut & Petro Dono, Francisco Alexandrino, & Joanni Mauroceno nuncupavit. In hoc autem opere, quod ineditum puto, Græcorum errores ad examen revocantur, & variis argumentorum generibus confutantur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur thesaurus veritatis fidei, à Fratre *Bonacursio*, ordinis Prædicatorum, Græca lingua scriptus, & ab *Andrea Doto* ejusdem ordinis, in Latinam conversus. Ibi Græcorum errores, partim auctoritate Patrum, partim argumentis è ratione ductis, confutantur. Hujusce operis initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLIII.

Codex chartaceus, quo continentur Emanuelis Palæologi cum Persa quodam dialogi sex & viginti, quibus christianæ religionis veritas asseritur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCLIV.

Codex chartaceus, quo continetur *Meletii Pigæ*, Alexandrini Patriarchæ, evangelicæ doctrinæ periodus. Præmittuntur versus elegiaci in laudem auctoris, sermonum index, necnon & epistola ad Joannem quemdam Simontam. Sub finem libri nonnulla desiderantur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCLV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Nicolai* Hydruntini dialogi, sive disputationes adversùs Judæos. Finis desideratur.

2.° Homilia de baptismo Christi, & de Joanne Baptista, manu antiquiore scripta. Initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCCLVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Nicolai*, Methonensis Episcopi, expositio institutionis Procli Lycii, Philosophi Platonici, ne lectores argumentorum pondere abrepti, de christianæ religionis dogmatibus parùm rectè sentiant. Verùm quis fuerit auctoris scopus fusè explicat *Jacobus Gaffarellus* in epistola ad Nicolaum Chorrerium, huic nostro codici adjuncta, & quam integram repræsentare abs re non erit. *Maxima*, inquit, *legi cum voluptate, Chorreri eruditissime, duos tuos illos Græcos codices manuscriptos, quos nuper ad me miseras examinandos. Cùmque vehementer scire desideres quid in ipsis didici, cujus sint auctoris, & quo ipsi sint in pretio libri, id unum scias imprimis velim, alterum illorum aliud quidquam esse nihil quàm fragmentum librorum Aristotelis de Politica, cui annectuntur & alia quædam Xenophontis. At cùm omnia sint hæc jam antea edita, typisque evulgata, non est profectò quòd tanti facias, quamvis in pellibus vitulinis affabrè paratis, elegantissimis sint exscripta characteribus. Alterum verò codicem Græcum attentiori cùm perlegissem animo, nullum aurum illo pretiosius inveni. Agnovi enim aureum verè partum esse nobilissimi illius Nicolai, Methonensium quondam Episcopi, Græci, qui floruit paulò post concilium Florentinum, cujus occasione egregium hoc opus posteritati consecravit, in quo de ente uno trinoque, tribus subsistente hypostasibus sacris, acutissimo disputat ingenio, sive, ut nos Latinè loquimur, de Deo tribus in personis, quibus addit & alia multa, utpote de præcipuis Dei attributis, potentia, scientia, providentia, &c. Maximè verò agere illum de vocabulis Græcorum præcipuis, quibus adorandum sanctissimæ Triadis mysterium traditum fuit à Patribus concilii Nicæni, quæ parùm à Latinis ponderata fuisse ait; remque tam arduam argumentis tractat Platonicis, quò fit ut Platonicum secta fuisse illum facilè credam, quod etiam facilè percipitur ex totius libri*

contextu. Quæ cùm exornasset innumeris floribus atticis, altissimisque litteraturæ doctrinis, tandem feliciter explicit centum & nonaginta capitibus. Alia quædam extant ejusdem auctoris non aspernanda, similiter minimè edita, sed quæ jacent pulvere consita variis in Græcorum Orientalium monasteriis; de quibus aliquando egit scientissimus, idemque dum viveret, amicissimus Leo Allatius. Vidimus & nos Venetiis tractatulum de ponderibus & mensuris Græcorum in celeberrima Bessarionis Cardinalis Bibliotheca. Aureum item opusculum de Græcis Latinisque Patribus qui interfuerunt concilio Constantinopolitano secundo, de quibus etiam mentionem fecimus nostro in libello, cui titulus est Tineæ Venetæ, ad quem te remitto. Vale interim, amicissime Chorreri, &, ut me amare cœpisti, ama. Dabam Gratianopoli tertio idus Januarii 1674.

MCCLVII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continentur *Barlaami* Monachi adversùs Latinos de Spiritus sancti processione capita quinque, hoc ordine:

Primum, supposito è prima sola causa Spiritum sanctum existentiam habere, non tollitur identitas secundùm essentiam Patris & Filii.

Secundum, supposito è solo Patre Spiritum sanctum procedere, non tolluntur personales differentiæ trium personarum ad invicem.

Tertium, supposito è solo Patre Spiritum sanctum procedere, non tolluntur theologica dicta.

Quartum, supposito etiam è Filio procedere Spiritum sanctum, multa ex iis quæ confitemur, tolluntur, & multis dictis sanctorum Patrum adversatur hoc argumentum.

Quintum, responsum ad præcipua Latinorum argumenta, quibus se demonstrare existimant Spiritum sanctum etiam è Filio existentiam habere.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCLVIII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Arsenii*, ut videtur, Monachi, de processione Spiritus sancti testimonia, excerpta è sacris libris & Patrum scriptis. Laudantur Dionysius Areopagita, Athanasius, Gregorius Thaumaturgus, Justinus, Cyrillus Alexandrinus, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Chrysostomus, Joannes Damascenus, Photius, Eustathius.

2.° Paschalion breve.

3.° *Becci* scholia tria in totidem Basilii magni, Gregorii Nysseni, & Cyrilli Alexandrini dicta. Item *Arsenii* Monachi scholia antirrhetica.

4.° Anonymi institutiones theologicæ breves, per interrogata & responsa.

5.° Excerpta ex Anastasii Sinaïtæ quæstionibus. Accessit excerptum è sancto Maximo de incarnatione.

6.° E novellis Justiniani Imperatoris selectæ constitutiones sacris canonibus consentaneæ.

7.° *Gregorii* Cyprii, Patriarchæ Constantinopolitani, epistola ad Andronicum Palæologum, Imperatorem, de tomo in Beccum edito. Subjungitur tomi defensio brevis, & refutatio Chila Ephesini, qui unà cum Daniele Ephesino aliisque in eum tomum insurrexerat. Qua de re videndi Pachym. & Nicep. Gregoras.

8.° *Joannis* Damasceni epistola ad Jordanem Archimandritam, cui epistolæ inseruntur Patrum testimonia eò pertinentia.

9.° Excerpta ex actis conciliorum, seu historica anonymi ad anonymum epistola, de Patriarchis contra canones in locum vivorum adhuc Patriarcharum legitimorum promotis. Subjunguntur excerpta ex epistolis tribus pontificiis, una *Cyrilli*, ac duabus Papæ *Cœlestini*.

10.° *Gregorii* Cyprii tomus contra Beccum.

11.° *Gregorii* Cyprii professio fidei, tunc edita cùm in eum insurrexerunt Monachi & Pontifices, concitati libello Marci à Judæis oriundi, imò alterius Judæ.

12.° Ejusdem apologia, sive tomi accusati defensio.

13.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni homilia tertia de pace.

14.° *Synesii* variæ epistolæ.

15.° Sancti *Basilii* adversùs Eunomium libri quinque.

16.° Ejusdem ad Amphilochium de Spiritu sancto adversùs Eunomium liber singularis.

17.° Dialogus primus & secundus orthodoxi cum Anomæo, sive Ariomanita.

Secundi dialogi seriem abrumpunt scholia *Eunomii*, & excerptum ex epistola Photii.

18.° Dialogus tertius sancti Athanasii cum Apollinario.

19.° Dialogus Gregorii Episcopi orthodoxi cum Apollinarista.

20.° Sancti Maximi dialogus cum Pyrrho, Patriarcha Constantinopolitano.

21.° Ejusdem de voluntatibus & operationibus capita decem.

22.° *Theodori Abucaræ* dialogi octodecim, à *Gretzero* publici juris facti, apud quem dialogus decimus tertius & decimus quartus unum tantùm efficiunt. Quin & septimus nondum Græcè prodiit.

23.° *Photii*, Patriarchæ Constantinopolitani, disputatio de Spiritus sancti processione.

Is codex manu rudi & indocta, ut non immeritò ab Angelo Vergetio animadversum est, sæculo decimo sexto videtur exaratus.

MCCLIX.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° Excerpta è Patribus de processione Spiritus sancti & azymo, adversùs Latinos; item quibus temporibus Ecclesiam Romanam inter & Græcam dissidia orta sint. Incipit Δεῖ εἰδέναι.

2.° *Marci Eugenici*, Metropolitæ Ephesini, professio fidei in concilio Florentino proposita.

3.° Typicon sancti *Sabæ*, sive ordo divini officii recitandi in sancti Sabæ monasterio, aliisque Hierosolymorum monasteriis servari solitus.

4.° Sancti *Joannis Climaci* scala paradisi.

5.° *Leonis* & *Alexandri*, Imperatorum, constitutio adversùs Judices qui munus sibi commissum malè administrant.

6.° *Matthæi Blastaris* syntagma alphabeticum rerum omnium quæ sacris divinisque canonibus comprehenduntur.

7.° *Photii*, Patriarchæ Constantinopolitani, collectanea & demonstrationes è synodicis scriptis, de Episcopis & Metropolitis atque aliis ecclesiasticis controversiis. Opusculum ineditum, ut puto. Incipit ἐν ποίοις φαίνονται οἱ Ῥωμαῖοι.

8.° *Petri*, Antiocheni Patriarchæ, responsum ad Dominici Gradensis epistolam.

9.° Officia magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ.

10.° *Joannis*, Patriarchæ Constantinopolitani, *Nesteutæ* appellati, methodus confitendi peccata & pœnitentiæ imponendæ.

11.° *Nicephori*, Patriarchæ Constantinopolitani, & Confessoris, canones ecclesiastici triginta septem.

12.° Excerpta è Joannis, Citri in Macedonia Episcopi, responsis ad interrogata Constantini Cabasilæ, Archiepiscopi Dyrracheni.

13.° Sedium Patriarchæ Constantinopolitano obnoxiarum ordo, ab Imperatore Leone constitutus.

14.° Explicatio vocum Latinarum quæ in libris juris canonici occurrunt.

15.° *Theodori Balsamonis* responsa ad quæstiones canonicas à Marco, Alexandrino Patriarcha, sibi propositas.

16.° Varia pœnarum genera in delinquentes à sancto Joanne Chrysostomo constituta.

17.° *Joannes Nesteutes* de eodem argumento.

18.° Leges tùm civiles, tùm ecclesiasticæ, ad nuptias pertinentes.

19.° *Michaelis Pselli* tractatus de omnifaria doctrina capita, quæ ad terræ figuram, magnitudinem, &c. spectant.

20.° Sancti *Joannis* Damasceni homilia in Christi nativitatem.

21.° *Secundi* Pythagorici fragmentum de mulieribus.

22.° Quædam de Longobardis, Alemannis, Venetis & Calabris, sed illa parùm accurata.

23.° Excerpta quædam brevissima è libris sancti Joannis Chrysostomi, de sacerdotio.

24.° *Gennadii*, Patriarchæ Constantinopolitani, apologia ad Maximum Monachum, illosque omnes qui in cœnobio montis Sinæ degebant. Ibi de variis disciplinæ ecclesiasticæ capitibus differitur.

25.° Fragmentum è prato spirituali.

26.° Versus anacreontici de peccato. Auctoris nomen non comparet.

27.° *Nili* tetrasticon.

28.° Ordo sedium quæ Thessalonicensi Archiepiscopo obnoxiæ sunt.

Hujusce codicis initio occurrunt exorcismi quidam adversùs serpentes & animalia satis & frugibus infesta. Occurrunt & quædam de Manuele & Constantino Palæologis, synodo Florentina, & expugnata Constantinopoli.

Is codex manu Joachimi Ieromonachi anno Christi 1514. exaratus est.

MCCLX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Georgii Metochitæ* de processione Spiritus sancti libri quinque.

2.° Ejusdem refutatio trium capitum Maximi Planudæ.

3.° Ejusdem refutatio Manuelis Cretensis, nepotis.

4.° Sancti *Gregorii* Papæ sacra liturgia.

5.° Liber sacramentorum, qui sub *Gregorii* Papæ nomine circumfertur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Marci,* Ephesini Archiepiscopi, responsio duplex ad Latinos, de igne purgatorio.

2.° Ejusdem liber, quòd divinorum donorum consecratio non solùm fiat verbis dominicis, sed etiam à Spiritu sancto per preces & benedictionem sacerdotis.

3.° Testimonia Patrum cùm Græcorum, tùm Latinorum, de processione Spiritus sancti.

4.° *Nicolai,* Methonensis Metropolitæ, syllogismi de processione Spiritus sancti.

5.° Sancti *Cyrilli* Alexandrini antirrheticorum libri tres adversùs Julianum. Tertii finis desideratur.

6.° Sancti *Gregorii* Nysseni homiliæ duæ de virtute.

7.° Sancti *Basilii* ad Letoium liber de vera virginitate.

Is codex anno Christi 1537. exaratus est.

MCCLXII.

Codex membranaceus, olim Boistalleriaanus, quo continentur:

1.° *Nili,* Thessalonicensis Archiepiscopi, liber de primatu Papæ. Præfixum est procœmium.

2.° Ejusdem, de Spiritu sancto argumenta Latinorum, quibus se demonstrare putant Spiritum sanctum ex Filio quoque procedere. Præmittitur ejusdem opusculum, de modo cum Latinis disputandi.

3.° Ejusdem de Spiritu sancto dissertationes quinque.

4.° Ejusdem solutiones illorum quæ à Latinis objici solent. Sequitur ejusdem opus, quo ostendere conatur Latinos non posse suis syllogismis demonstrare Spiritum sanctum à Filio procedere. Accedit concilii Florentini decretum.

Is codex anno 1439. exaratus est.

MCCLXIII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Nicolai,* Andidorum Episcopi, expositio mysteriorum missæ, inedita, ad Basilium, Phytiæ Episcopum. Incipit πολλοὶ τῶν ἱερᾶσθαι ἠξιωμένων.

2.° *Joannis Phurnæ* Monachi opusculum ineditum, de eodem argumento, ad Gregorium Antigonitem, Monachum. Incipit ἐμοὶ δοκεῖ, πατὲρ ἅγιε, μὴ δεῖν ὅλως.

3.° *Basilii, Gregorii* Nysseni, & *Photii* fragmenta, ad idem argumentum pertinentia.

4.° Nomocanon, in quinquaginta titulos tributus. Ad illius marginem conjectæ leges *Justiniani,* & Imperatorum constitutiones, quæ ecclesiasticis canonibus respondent. Ibi etiam *Theodori Balsamonis* responsa ad quæstiones canonicas, sibi à Marco, Patriarcha Alexandrino propositas, leguntur. Ad auctorem quod spectat, nomen illius deletum est. Illius operis omninò simile à Joanne Antiocheno constat publici juris factum esse. Huic autem nostro præmittuntur præfatio & titulorum index.

5.° Juris civilis compendium, jussu Jeremiæ, Patriarchæ Constantinopolitani, ab anonymo compositum. Incipit ἡ συγγένεια διαιρεῖται εἰς πέντε. Observandum autem est illam codicis partem recentiore manu scriptam esse.

6.° *Michaëlis Attaliatæ,* Proconsulis & Judicis, synopsis juris, Michaelis Ducæ, Imperatoris, jussu conscripta.

7.° Promptuarium legum, Leonis, cognomine Sapientis, jussu digestum. Pars major recentiore manu scripta est.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCCLXIV.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Georgii Coresii* tractatus de theologia in genere, in quo existentia Dei, mysteriorumque religionis Christianæ veritas adstruuntur.

2.° Ejusdem tractatus de incarnatione, cui multa præmittuntur de divina providentia.

3.° Ejusdem tractatus de prævisione, ubi statuitur etiam quod inter illam & providentiam discrimen intercedat.

4.° Ejusdem tractatus, in quo perpenduntur quædam ad sex dies creationis spectantia.

5.° Tractatus de Angelis.

Is codex manu recentiori exaratus est.

MCCLXV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur opus inscriptum orthodoxa confessio fidei catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ Orientalis, cum Latina interpretatione. Est autem doctrinæ in Ecclesia Græca summo consensu receptæ compendium. Ad calcem Patriarchæ Constantinopolitani & complurium Episcoporum illius sedi obnoxiorum subscriptiones reperiuntur.

Is codex à Panæjoti, primario aulæ Othomannicæ interprete, viro clarissimo Olier de Nointel, regio ad eamdem aulam Legato, anno 1673. die verò septembris undecima, oblatus est, ut ipse testatum reliquit.

THEOLOGI.

In-quarto.

MCCLXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, rarissimos inter numerandus, quo continentur:

1.° *Photii* Bibliothecæ pars fermè dimidia, à pagina videlicet 844. editionis Rothomagensis, ad finem usque, paucis tantùm exceptis. Hujusce codicis ope non pauca Photii loca emendari possunt.

2.° Ejusdem epistola ad Michaelem, Bulgariæ Principem.

3.° Ejusdem epistola ad Nicolaum summum Pontificem.

Is codex, initio & fine mutilus, sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MCCLXVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Photii* Patriarchæ tractatus brevis, ad quemdam è Patriarchis. Ibi de processione Spiritus sancti, adversùs Latinos. Opus ineditum. Incipit τίς ὅλως ἀνάσχοιτο.

2.° Expositio fidei, à Gregorio Papa ad Germanum, Patriarcham Constantinopolitanum, missa.

3.° *Germani*, Patriarchæ Constantinopolitani, & synodi cui præerat, responsum, quo Latinorum dogma de processione Spiritus sancti refutatur.

4.° Anonymus adversùs Beccum, eadem cum Latinis sentientem.

5.° Sanctus *Joannes* Damascenus, de sancta trinitate.

6.° *Michael Psellus*, de vitæ termino.

7.° Sancti *Basilii* epistolæ quædam.

8.° Anonymus, quando, & quibus de causis Ecclesia Græca à Romana divulsa sit.

9.° Excerpta quædam ex actis octavæ synodi.

10.° Anonymus adversùs Latinos, de Spiritus sancti processione. Incipit οἱ Λάτινοι ἐν τῷ λέγειν.

11.° *Nilus* Thessalonicensis, de eodem argumento, adversùs Latinos.

12.° Anonymus, de duodecim fidei articulis.

13.° *Basilii* epistolæ quædam.

14.° Latinorum adversùs Græcos criminationes. Initium desideratur.

15.° Illustriores quædam epochæ, à mundi creatione ad Constantinopolim usque à Mohammede secundo expugnatam.

16.° Quædam de azymis, adversùs Latinos. Nomen auctoris non comparet.

17.° Expositio sacræ liturgiæ, auctore *Symeone* Thessalonicensi.

18.° Anonymi quæstiones, ubi de locis quibusdam sacræ Scripturæ difficilioribus. Initium τίς ἐστι ῥαχάβ.

19.° *Michaelis Bryennii* tractatus de processione Spiritus sancti.

20.° *Demetrii*, vulgò *Cydonii*, tractatus de eodem argumento.

21.° Anonymi legatus, ſive de proceſſione Spiritus ſancti.

22.° *Anaſtaſii* Sinaïtæ quæſtio nonageſima ſexta.

23.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* homilia de Spiritu ſancto.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXVIII.

Codex membranaceus, Fonteblandenſis, quo continentur :

1.° *Michaelis Cerularii,* Patriarchæ Conſtantinopolitani, ad Petrum Antiochenum epiſtola prima, à *Cotelerio* edita.

2.° Expoſitio fidei, *Juſtino* Martyri tributa.

3.° *Dominici* Gradenſis epiſtola ad Petrum, Antiochenum Patriarcham.

4.° *Petri* Antiocheni reſponſum ad Dominicum Gradenſem.

5.° Ejuſdem *Petri* epiſtola, ubi de Italo Argyro, qui Græcorum opiniones confutaturus in Orientem venerat.

6.° Scholia in ſancti Baſilii orationem funebrem, à ſancto Gregorio Nazianzeno habitam.

7.° *Nemeſii,* Epiſcopi Emeſeni, liber de natura hominis.

8.° Sanctus *Baſilius,* de vera virginitate, ad Letoium.

9.° Sancti *Gregorii* Nyſſeni homilia catechetica magna.

10.° Ejuſdem explicatio apologetica in hexaemeron, ad Petrum fratrem.

11.° Ejuſdem homilia in illud Pauli: *Quando ſibi ſubjecerit omnia.*

12.° Sancti *Maximi* reſponſa ad nonnullas quæſtiones ſibi propoſitas.

13.° Sanctus *Gregorius* Nyſſenus, ad illos qui reprehendi ſe moleſtè ferunt.

14.° Ejuſdem de Pſalmorum inſcriptionibus libelli duo.

15.° Ejuſdem homilia in pſalmum ſextum.

16.° Ejuſdem epiſtola de illis qui adeunt Hieroſolyma.

17.° *Alexandri Aphrodiſæi* ſolutiones quarumdam difficultatum.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

MCCLXIX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymi expoſitio prophetiarum quæ Chriſtum ſpectant. Sub finem nonnulla deſiderantur. Præmittuntur quædam de duodecim Apoſtolorum vita.

2.° Anonymi capita ſeptem de incarnatione Chriſti.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Panopliæ dogmaticæ *Euthymii* Zygabeni, pars illa quæ ad Armenios, Paulicianos, Maſſalianos, Bogomilos & Saracenos pertinet.

2.° *Beſſarionis,* Metropolitæ Nicæni, tractatus dogmaticus, de componendis Latinos inter & Græcos controverſiis. Sequitur ejuſdem profeſſio fidei.

3.° Epiſtola magni Chartophylacis, nomine Clericorum Conſtantinopolitanorum, ad Joannem Palæologum ſcripta, qua ſynodi Florentinæ decreta recipere ſe poſſe negant. Sequuntur alia quædam ad idem concilium pertinentia.

4.° Teſtimoniorum quæ ad controverſiam de Spiritus ſancti proceſſione ſpectant, collectio. Auctore *Joanne Becco,* Patriarcha Conſtantinopolitano.

5.° *Gregorii Palamæ,* Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, ἀντεπιγραφαὶ, id eſt, confutatio ἐπιγραφῶν, ſive præſcriptionum tredecim, quas *Joannes Beccus* de proceſſione Spiritus ſancti ſcripſerat. Subjunctum eſt *Beſſarionis* ad ἀντεπιγραφὰς illas reſponſum.

6.° *Maximi Planudis* capita, de proceſſione Spiritus ſancti è Patre ſolo. Subjunctæ ſunt capitibus ſingulis *Beſſarionis* & *Demetrii* Cydonii reſponſiones. Sequuntur alia quædam ad concilium Florentinum pertinentia.

7.° Tomus publicatus à ſynodo quæ, Cantacuzeno & Palæologo imperantibus, adversùs Barlaami & Acindyni aſſeclas habita eſt.

8.° Excerpta ex Hephæſtionis enchiridio de novem metrorum generibus.

9.° *Demetrius Triclinius,* de eodem argumento.

10.° *Herennius Philo* περὶ διαφορᾶς σημασιῶν, id eſt, de ſignificationum in quibuſdam vocabulis differentia, juxta litterarum alphabeti ſeriem. Verùm deſinit in littera V. Ibi autem nihil occurrit quod ab Ammonio

uberiùs explicatum non reperias. Initium ἆθλον ἐπάθλου διαφέρει.

11.° *Plutarchi* opuſculum de Homeri dialectis.

12.° *Theodoſius* Grammaticus, de pedibus & metris.

13.° *Georgius Chœroboſcus,* de figuris poëticis.

14.° *Cocondrius,* de eodem argumento. Cocondrii autem illius nuſquam, quod ſciam, mentio occurrit.

15.° *Manuel Moſchopulus,* de dictionum affectionibus.

16.° *Leſbonax,* de figuris, de ſpiritibus & de adverbiis.

17.° *Herodianus,* de ſolœciſmo.

18.° *Nicephorus Gregoras,* de regularum grammaticarum inſtabilitate, ineditus. Incipit οὐ χρὴ ζητεῖν.

19.° *Theodoretus,* de litteris.

20.° *Joannes Levita,* de ſpiritibus, ineditus. Incipit τὸ ἀ περὶ ἑαυτοῦ ψιλοῦται.

21.° Anonymi regularum quarumdam ad grammaticam pertinentium explicatio. Incipit ὁ Αἰαὶ διὰ τί βαρυνόνται.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXXI.

Codex chartaceus, olim Domini du Freſne, quo continetur *Euthymii* Zygabeni panoplia orthodoxæ fidei. Deſideratur initium.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXXII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur Theoriani dialogus cum Armeniorum Catholico.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MCCLXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur ſancti *Thomæ* tractatus, in epitomen ab anonymo contracti. Præmittuntur 1.° *Gennadii* fragmentum de diſſidentibus inter ſe Græcorum & Latinorum ſententiis. 2.° Confutatio brevis doctrinæ Latinorum de proceſſione Spiritus ſancti. 3.° Quædam ad ſancti Thomæ vitam pertinentia.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXXIV.

Codex chartaceus, quo continetur ſancti *Thomæ* Aquinatis ſummæ theologicæ prima ſecundæ.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MCCLXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Joannis Cantacuzeni,* Imperatoris, adversùs Judæos libri novem, in dialogi modum conſcripti. Opus ineditum.

2.° *Gregentii,* Epiſcopi Tephrenſis, diſputatio cum Herbano Judæo. Pars major deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXXVI.

Codex chartaceus, olim Arſenii, Monembaſiæ Epiſcopi. Ibi continentur:

1.° *Philothei,* Patriarchæ Conſtantinopolitani, tractatus ineditus, de divinitate & divino lumine, adversùs Acindynum illiuſque aſſeclas. Incipit περὶ μὲν οὖν τούτων ἱκανῶς.

2.° Idem, ad Petriotam, Barlaami diſcipulum, quòd ſicut in ſancta Trinitate unus eſt Deus, ita & una deitas ſit; item de divina operatione. Incipit χθὲς καὶ πρώτην μοι.

3.° Ejuſdem ad magnos Domeſticos Palæologos, qui ipſum de veteri circumciſione interrogaverant, epiſtola. Incipit ἐγὼ μὲν ᾤμην.

4.° Ejuſdem epiſtola ad illos qui, in aliqua poteſtate conſtituti, nulla legum habita ratione, in alienas poſſeſſiones involabant. Incipit τοὺς μὲν πονηροὺς τῶν ἀρχόντων.

5.° Anonymus, de divinis operationibus, adversùs Acindynum. Incipit τῷ ψευδομένῳ καὶ κακῶς φρονοῦντι.

6.° *Nicephori Gregoræ* hiſtoriæ Romanæ libri vigeſimus octavus, vigeſimus nonus, trigeſimus, & trigeſimus primus, unà cum libris illius dogmaticis quatuor.

7.° Anonymi homilia in annuntiationem Deiparæ. Incipit εἶπον οὖν χαίρειν.

8.° Anonymi homilia in parabolam de Divite.

9.° Anonymi confutatio Mohammedanæ doctrinæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXXVII.

Codex bombycinus, emptus anno Christi 1687. quo continentur:

1.° Capita, sive articuli quatuordecim hæreseos Barlaami, Acindyni & aliorum ejusdem sectæ.

2.° Sancti *Basilii* in hexaemeron homiliæ undecim. Præmittuntur illarum argumenta; verùm initio & fine mutila.

3.° Sancti *Gregorii* Nysseni meditatio super creatione hominis, ad fratrem suum Petrum, Episcopum. Præfixus est index capitum; sunt autem numero triginta, quorum ultimum in duo dividitur.

4.° Anonymi libelli duo dogmatici, in quorum priore de mundi creatione, de primo Adamo, de corporis & animi natura, de paradiso, de ligno scientiæ, de serpente, sive diabolo, de homine, & aliis quæ circa hominem versantur, sermo fit. Laudatur sæpè Michael Psellus, undè auctorem post Psellum vixisse non immeritò conjicias. In altero autem libro differitur de secundo Adamo, sive de Christo & aliis ad Christum pertinentibus. Initio, ut & in reliqua libri parte, desiderantur interdùm folia aliquot.

5.° *Michaelis Pselli* opusculum ad Imperatorem Michaelem Ducam, de septem œcumenicis conciliis.

6.° Collectio compendiaria dogmatum theologicorum & philosophicorum, quam *Joannes Tapi* Monachus Joanni, Laodiceæ Episcopo, nuncupavit.

7.° *Theodori Prodromi* tetrasticha iambica & heroïca in dies Domino, vel beatæ Virgini sacras.

8.° Dicta quædam evangelica, ab eodem iambicis tetrastichis expressa.

9.° Sancti *Gregorii* Theologi poëma iambicum de se ipso, de variis quos expertus est casibus, de parentibus, de episcopatu, & de Maximo Cynico.

10.° Ejusdem poëmatia varia, quorum nonnulla inedita.

11.° *Georgii Pisidæ,* Diaconi magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ, versus iambici in hexaemeron, sive de mundi opificio.

12. Sancti *Gregorii* Nazianzeni poëma iambicum, ut homo quæ recta sunt faciat.

13.° Ejusdem similes versus juxta litterarum alphabeti seriem dispositi.

14.° Sanctissimi Corcyræ Domini poëma iambicum, cùm sedem suam recusaret.

15.° Definitiones metaphysicæ & ænigmaticæ variarum rerum, nempè diei, solis, lunæ, hominis, mulieris, opum, paupertatis, amici, pulchritudinis, terræ, agricolæ & nautæ.

16.° *Æsopi* fabulæ.

17.° *Nicolai,* Patriarchæ Constantinopolitani, versus politici ad Præpositum sancti montis. Poëma autem illud est quoddam quasi typicum.

18.° Fragmentum poëmatis sancti Gregorii Theologi, adversùs mulieres ambitiosiùs sese adornantes.

19.° Ejusdem tetrasticha & disticha, ad mores informandos accommodata.

20.° Ejusdem poëmatium, quod incipit πρόχες τις ἔζην.

21.° Ejusdem versus iambici, de mercede & retributione in die judicii.

22.° *Symeonis Logothetæ* epigramma ineditum, inscribendum tumulo Stephani Imperatoris.

23.° Aliud epigramma in Dissimium magistrum Militines.

24.° *Michaelis Pselli* in Psalmorum titulos sive inscriptiones versus politici, ad Michaelem Ducam, Imperatorem.

25.° Epistola sancti Patris & Confessoris *Maximi,* ad Thomam.

26.° De novella constitutione Michaelis Ducæ.

27.° *Hephæsti,* qui Bulgariæ Archiepiscopus fuit, versus anacreontici in mortem fratris. Versibus anacreonticis intermixti versus Alcmanicis per omnia similes, primo pede excepto, qui in Alcmanicis spondeus, in his dactylus est.

28.° Ejusdem, eadem de re, versus iambici.

29.° Ejusdem ad Adrianum Imperatoris fratrem epistola. Stylus elegans.

30.° Collectio & interpretatio historiarum, quarum meminit *Gregorius* Theologus homiliâ in sancta lumina. Hujusce autem collectionis nihil omninò superest præter paginam unam, eamque non integram.

31.° *Michaelis Pselli* Platonis defensio ad Joannem Xiphilinum, Patriarcham Constantinopolitanum.

32.° Ejusdem epistolæ ad varios, nempè ad magistrum

ad magiſtrum Euſtratium protonotarium Dromi, ad Ariſtenum, ad Olympionitam, ad Michaelem Patriarcham, & ad Protoſyncellum Paraſpondylam.

33.° Orationis dominicæ expoſitio brevis, ad quemdam Chriſti amantem, auctore ſancto *Maximo* Confeſſore, ut ab aliquo in ſuperiori margine annotatum eſt.

34.° Canon ſolemnitatis palmarum, auctore *Coſma* Monacho. Accedit expoſitio, ſive paraphraſis poſt ſingula troparia.

35.° Odæ, ſive cantus ſacri in laudem Martyris Luciani, Preſbyteri Antiocheni, & beati Coſmæ Poëtæ. Hujuſce odæ deſideratur finis.

36.° Odæ in laudem Martyris Longini. Initium & finis deſiderantur.

Is codex, maxima ſui parte, ſæculo decimo tertio exaratus videtur. Ultima duo folia & alia ſeptem, quæ poſt nonum reperiuntur, membranacea ſunt, cætera chartacea.

MCCLXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi opuſculum, quo inquiritur quoties, quibus temporibus, & quibus de cauſis ſchiſma Latinos inter & Græcos exortum ſit. Initium ἐπὶ Τραϊανοῦ βασιλέως.

2.° Anonymus, quo pacto veteris & novæ Romæ eccleſiæ in duas partes ſciſſæ ſint. Initium μετὰ Ἀδριανὸν Πάπαν.

3.° *Barlaami* Calabri oratio, qua Romanos & Latinos ad concordiam hortatur. Initium ὅτι μὲν πάντες. Præfixus capitum index.

4.° Ejuſdem oratio ad ſynodum, de pace cum Latinis ineunda. Incipit εἰ μὲν ἑώρων ἡμᾶς.

5.° Fragmentum è ſancto *Gregorio* Thaumaturgo, ubi de ſacra myſtagogia.

6.° *Barlaami*, Philoſophi & Monachi, tractatus adversùs Latinos, quo oſtendere conatur Spiritum ſanctum è Patre ſolo procedere. Initium εἰ μὲν ἀρετὴν ἵνα. Præfixi verſus iambici in hujuſce Barlaami laudem.

7.° Ejuſdem tractatus ad Archiepiſcopum Nicolaum Cabaſilam, de primatu Papæ. Incipit φὴς ὅτι ἀδύνατόν ἐστι.

8.° Ejuſdem ad eumdem tractatus ſimilis argumenti. Initium μὴ τοῦτο οἴου.

9.° *Nili Cabaſilæ*, Theſſalonicenſis Archiepiſcopi, enchiridion ad illorum uſum qui diſputationem cum Latinis inſtituere volunt. Initium τῶν ἐν τῇ θεολογίᾳ.

10.° Obſervatio, ubi de Manuelis Imperatoris in Cenchreæ portum appulſu, de monumentis ab illo ibi exſtructis, & de inſcriptione quam inſculpendam curavit.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXXIX.

Codex chartaceus, quo continetur *Manuelis Calecæ* tractatus de ſubſtantia & operatione divina.

Is codex anno Chriſti 1451. exaratus eſt.

MCCLXXX.

Codex chartaceus, quo continetur *Nicolai Cabaſilæ* expoſitio liturgiæ. Deſideratur initium.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MCCLXXXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Symeonis*, Theſſalonicenſis Archiepiſcopi, liber de templo & rebus liturgicis.

2.° *Nicolai Cabaſilæ* liber de ſacro-ſancta liturgia. Præmittitur index capitum. Sunt autem numero quadraginta ſex.

3.° *Symeonis* Theſſalonicenſis reſponſiones ad interrogata Gabrielis, Metropolitæ Pentapoleos.

4.° Interrogationes ſexaginta ſex *Marci*, Patriarchæ Alexandrini, & ad eas reſponſa totidem *Theodori* Patriarchæ. Floruit uterque anno 1203. ut patet ex iis quæ fol. 112. leguntur.

5.° Expoſitio ſimplicior & compendioſior graduum cognationis & affinitatis, compoſita & edita juſſu Hieremiæ, Patriarchæ Conſtantinopolitani.

6.° *Eliæ*, Metropolitæ Cretenſis, reſponſum de iis virginibus quæ ante pubertatem ſemel & iterum deſponſatæ ſunt.

7.° De illis qui è fornicatione nati ſunt.

8.° *Michaelis Pſelli* verſus ad Imperatorem Michaelem Ducam, de eo qui uxorem ducit filiam ἀνεξαδέλφου.

9.° Alia quædam de certis gradibus, in quibus nuptiæ ſeu permiſſæ ſunt, ſeu prohibitæ.

10.° Fragmentum è *Chryſoſtomo* in hæc verba: *Si oculus tuus ſcandalizaverit te.*

11.° Synopsis accurata, excerpta è sacris legibus, de gradibus cognationis.

12.° Quatuor Evangeliorum collatio mystica, cum quatuor spiritibus, & cum quadriformis Cherubinis.

13.° Sancti *Maximi,* Martyris & Confessoris, testimonium de triginta argenteis.

14.° Anonymus de Maria Cleopæ, qua ratione fuerit soror beatæ Mariæ Virginis; sive de tribus uxoribus & quatuor filiabus Joakimi.

15.° Sermo Græco-barbarus, manu recenti & rudi scriptus, sine accentibus, & cum omnibus corruptæ pronuntiationis vitiis. Initium ιδου ευθασεν ο κιερος εγκρατιας αγαποιτη. Pro ἰδοῦ ἔφθασεν ὁ καιρὸς ἐγκρατείας, ἀγαπητοί. Inserta est huic sermoni vita sancti Alexii, quæ die martii decima tertia recitari solebat; item initium vitæ sancti Nicolai, Myrorum Episcopi.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXXXII.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur varia *Symeonis* Thessalonicensis opera, quæ omnia lucem viderunt Jassii in Moldavia, anno 1683.

Is codex recentiori manu exaratus est.

MCCLXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, initio mutilus, & in varia capita tributus. Illius titulus videtur fuisse de vita in Christo. Auctor verò in rebus quæ ad liturgiam pertinent exponendis, totus est.

2.° Sacræ liturgiæ explicatio, auctore *Nicolao Cabasila.*

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Matthæi* Hieromonachi tractatus adversùs Judæos. Præmittuntur versus quidam iambici in operis laudem.

2.° Anonymi tractatus adversùs Latinos, de processione Spiritus sancti. Initium Ἀρχαία δόξα τῇ ἐκκλησίᾳ.

3.° *Demetrii Chrysoloræ* dialogus adversùs Demetrium Cydonium, qui sanctum Thomam Aquinatem adversùs Nilum Cabasilam sibi defendendum susceperat.

4.° *Gregorii* Scholarii liber secundus de processione Spiritus sancti, ad Comnenum Imperatorem Trapezuntinum.

5.° Anonymus, quòd non idem sit dicere Spiritum sanctum à Filio procedere, ac per Filium. Incipit ὅτι δὲ τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προϊέναι.

6.° Anonymi tractatus de Spiritus sancti processione.

7.° *Gregorii Palamæ,* Thessalonicensis Archiepiscopi, tractatus de eodem argumento.

8.° Anonymi similis argumenti tractatus alius.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Thadæi* Pelusiotæ, Patriarchæ Hierosolymitani, tractatus adversùs Judæos.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCLXXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Marci Eugenici,* Ephesini Metropolitæ, capita syllogistica adversùs Latinos, de processione Spiritus sancti. Incipit τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

2.° Testimonia Patrum varia, quibus Marcus Græcorum de illo argumento sententiam stabilire conatur.

3.° *Basilii, Chrysostomi* & *Paulini* loca, quibus probatur die sabbati non esse jejunandum.

4.° *Hieronymi* & *Augustini* loca, quibus probatur die quarta esse jejunandum.

5.° Græcis non licere Latinam uxorem ducere.

6.° Canonum variorum conciliorum collectio, quos auctor Latinis adversari existimat.

7.° Ejusdem de azymis, & de mystica cœna disputatio.

8.° Marci Ephesini, Juliani, Andreæ Rhodii, Bessarionis, & aliorum disputationes habitæ in concilio Florentino.

9.° Decretum synodi Florentinæ, aliaque ex illius actis.

10.° *Marci Eugenici* epistola encyclica ad Christianos, ubique terrarum degentes, de non suscipienda synodo Florentina. Incipit οἱ τὴν καθ' ἡμᾶς.

11.° Sancti *Athanasii* professio fidei.

12.° *Marci Eugenici* tractatus adversùs Latinos, ubi de Spiritus sancti processione, de azymis, de sabbati jejunio, de igne purgatorio, de beatitudine, de baptismi verbis, de nuptiis sacerdotum, de quartæ diei & parasceves jejuniis, & de tribus quadragesimis. Incipit παράκλητε κύριε.

13.° *Joannis Citrii* tractatus de Latinorum ritibus & dogmatibus.

14.° *Nili* Monachi, *Damylæ*, antequam sæculo valedixisset, appellati, tractatus adversùs illos qui Spiritum sanctum è Patre & Filio procedere statuunt, ad Maximum. Ait auctor in cœnobium insulæ Cretæ, quod sacra Petra τῶν καρκασίνων nuncupatur, secessisse se. Incipit ἀνέγνων σου τὴν ἐπιστολήν.

15.° Anonymus, quòd Latini à Damaso Papa ad Christophorum usque summum Pontificem in eadem cum Græcis circà Spiritus sancti processionem sententia fuerint. Incipit ἐπειδὴ δέ μοι περὶ τούτου εἶπας.

16.° Anonymus, de synodis prima & secunda dictis, Photiique Patriarchæ temporibus, Imperatoris jussu congregatis, adversùs Nicolaum Papam. Incipit. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν καιρόν.

17.° Anonymus, quomodo vetus Roma à cæteris patriarchalibus ecclesiis divulsa sit. Initium οἱ ἐν τῇ ἑβδόμῃ.

18.° Anonymus, quando Latini à Græcis dissidere cœperunt, quibusque temporibus in Spiritum sanctum blasphemarunt, nomenque Romani Pontificis è diptychis sublatum. Incipit ἰστέον ὅτι.

19.° *Marci Eugenici* epilogus adversùs Latinos. Incipit τοῦτο τὸ σύμβολον.

20.° Ejusdem tractatus adversùs Latinos, de igne purgatorio. Incipit ἐπειδὴ σαφέστερον.

21.° Idem, de eodem argumento. Incipit πολλῆς μὲν ὡς ἀληθῶς.

22.° *Barlaami* Monachi tractatus de processione Spiritus sancti. Ad calcem ab anonymo annotatum reperias Barlaamum, Græcis, ad quos genus referebat, impensè addictum, illorum signis desertis, à Latinorum partibus posteà stetisse.

Is codex anno Christi 1514. exaratus est.

MCCLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Thuanæus, posteà Colbertinus, quo continentur acta disputationum Græcos inter & Latinos, de Spiritus sancti processione & igne purgatorio habitarum, à *Theodoro Gaza* collecta.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Nili*, Thessalonicensis Archiepiscopi, tractatus de processione Spiritus sancti adversùs Latinos. Præmittitur Adelphidi cujusdam protheoria, qua auctoris scopum exponit.

2.° Ejusdem tractatus adversùs summi Pontificis primatum.

3.° Ejusdem opusculum adversùs Latinos, enchiridii instar, illorum in gratiam scriptum, qui cum Latinis in arenam descendere volent.

4.° Ejusdem disputationes quinque adversùs Latinorum conclusiones, de processione Spiritus sancti è Patre & Filio.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCLXXXIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Georgii* Scholarii epistolæ variæ ad varios, ad Imperatorem nempè, Marcum Eugenicum, Philelphum, & alios complures.

2.° Ejusdem oratio funebris in laudem Theodori Despotæ, fratris Imperatoris. Incipit περὶ μὲν τοῦ κρατίστου.

3.° Ejusdem in Domini transfigurationem homilia, lecta in palatio coram Joanne Imperatore, cùm Georgius sæculo nondum valedixisset. Thessalonicæ autem post expugnatam Constantinopolim reperta dicitur.

4.° *Synesii* oratio metrica, soluta oratione expressa à Scholario.

5.° Ejusdem oratio consolatoria ad Imperatorem Constantinum, cùm Despœnam matrem amisisset. Reperta dicitur post expugnatam Constantinopolim.

6.° Ejusdem oratio missa ad Constantinum Imperatorem, paucis post amissum patrem Joannem Palæologum diebus. Scripta dicitur cùm Scholarius, relicto palatio, in monasterium Chardianeti, monasticæ vitæ

amplectendæ cupidus, migravisset. Reperta fertur post urbis excidium.

7.° Ejusdem homilia die festo τῶν εἰσοδίων, lecta primùm in monasterio Periblepti coram Imperatore Constantino. Capta urbe reperta est.

8.° Ejusdem oratio contra simoniacam hæresim, duobus ante captam urbem annis ad Constantinum Imperatorem missa.

9.° Ejusdem oratio, cujus titulus desideratur. Ibi alienum prodit à concordia animum, narratque quantis conatibus summi Pontificis Legato se opposuerit. Incipit πάλαι μὲν οἱ Ἰουδαῖοι.

10.° Idem, de ea quæ, derelicto Deo, facta est, vana, irrationali & inconcinna fidei innovatione. τίς δώσει μοι πτέρυγας. Opusculi illius exemplar Callipoli inventum esse dicitur.

11.° Ejusdem epistola ad Constantinopoleos incolas, tam ecclesiasticos, quàm laïcos. Scripta autem dicitur sex ante urbem captam mensibus.

12.° Ejusdem ad Christianos ubique terrarum degentes epistola, in Pammacaristes monasterio scripta.

13.° Ejusdem lamentatio, in monasterio ad Menœceum montem scripta.

14.° Idem, de Georgii Gemisti Plethonis libro, ad Josephum Exarchum.

15.° Idem, de recta & inculpata Christianorum fide.

16.° Idem, de peccatorum venialium & mortalium differentia.

17.° Idem, de primo Dei cultu, sive lex evangelica, compendio explicata. Opusculum illud scriptum dicitur in monasterio Præcursoris, anno Christi 1458. cùm jam patriarchatum abdicasset.

18.° Idem, de divina providentia & de prædestinatione, tractatus primus.

19.° Idem, de prædestinatione, iterum ad Josephum Monachum.

20.° Idem ad eumdem, de prædestinatione, tractatus tertius.

21.° Breve chronicon, à mundi creatione ad Christum usque deductum, & è veteri exemplari, ut testatur auctor, descriptum.

22.° Aliud chronicon, ab Adamo ad Christum. Sequuntur quædam de Romanis & Constantinopolitanis Imperatoribus.

23.° Epochæ quædam celebriores, è libro Theodoreti, qui Græcorum affectionum curatio inscribitur, excerptæ.

24.° *Scholarius*, de prædestinatione, tractatus quartus, ad magnum Domesticum Theodorum Agallianum.

25.° Ejusdem homilia in illud Apostoli: *Exinanivit se ipsum, formam servi accipiens.*

26.° Ejusdem apologia de silentio à se servato.

27.° Ejusdem homilia in decollationem sancti Joannis Baptistæ.

28.° Ejusdem hymni.

29.° Ejusdem homilia in nativitatem Domini nostri Jesu Christi, secundùm carnem.

30.° Ejusdem homilia de transitu Deiparæ.

31.° Ejusdem oratio contra Automatistas, quòd Deus unus conditor sit universi, in trinitate hypostaseon.

32.° Ejusdem interrogationes & responsiones de divinitate Christi.

33.° Ejusdem solutio nonnullarum difficultatum quæ in Evangeliis occurrunt.

34.° Expositio vocabulorum quæ adhiberi solent ad varias humani corporis partes significandas.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXC.

Codex chartaceus. Ibi continetur *Georgii* Scholarii tomus primus adversùs Latinos, de Spiritus sancti processione. Ait auctor voluminis initio, ad hoc opus scribendum animum appulisse, post quinque disputationes habitas cum Episcopo Cortonæ, summi Pontificis Legato, & theologiæ apud Latinos Professore, idque coram Gregorio Patriarcha, Joanne Imperatore, & Theodoro Despota. Tractatus autem de quo nunc, in sex sectiones dividitur, quibus præmittitur index. Ad calcem leguntur versus iambici in laudem Scholarii, auctore *Dociano*, qui nostrum hunc codicem manu Syropuli summi Medici, mortuo Gennadio, exaratum esse testatur.

MCCXCI.

Codex chartaceus, quo continetur *Georgii* Scholarii tomus alter adversùs Latinos, de processione Spiritus sancti. Præmittitur epistola nuncupatoria ad Joannem Comnenum,

Imperatorem Trapezuntinum, qua ab ipso petit ut huncce librum nemini legendum tradat, nisi aut se obiisse, aut cum aliis communicasse audierit. Dividitur autem in sectiones quatuor, quibus index præfixus est.

Is codex manu Sylvestri Syropuli, magni Ecclesiarchæ Constantinopolitani, anno 1448. exaratus est.

MCCXCII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Gennadii* de igne purgatorio libri duo.

2.° Ejusdem summaria responsio ad objectiones Latinorum circa purgatorium.

3.° Ejusdem breve scriptum adversùs Latinorum opinionem.

4.° Idem, in illud Apostoli: *Exinanivit semetipsum, formam servi accipiens.*

5.° Idem, de resurrectione.

6.° Idem, in parabolam decem talentorum.

7.° Idem, de corpore & sanguine Domini, ad Matthæum Hieromonachum.

8.° Ejusdem solutiones difficultatum nonnullarum, quæ in Scripturis occurrunt.

9.° Idem, de verbis in divina prece contentis: *Domine Jesu Christe, Fili Dei, miserere nobis.*

10.° Idem, de fructibus spiritus.

11.° Ejusdem expositio hymni, cujus initium μάρτυρες Στεφανίτῃ.

12.° Ejusdem monodia in mortem Marci Eugenici, Metropolitæ Ephesini.

13.° Idem, de modo & tempore existentiæ animorum intelligentium & immortalium.

14.° Idem, quomodo divinæ operationes distinguuntur tam inter se, quàm inter divinam essentiam.

15.° Idem, contra Automatistas, quòd unus sit conditor universi, in trinitate hypostaseon.

16.° Idem, de illis qui mala committunt, num volentes aut nolentes agunt.

17.° Idem, quòd divina providentia & prædicatio precum utilitatem non tollunt.

18.° Ejusdem hymni in Deum Patrem, in Christum Dominum, in Deiparam, in sanctum Joannem Baptistam & sanctos Apostolos.

19.° Ejusdem preces variæ.

20.° Idem, de parabola Publicani & Pharisæi.

21.° Idem, de parabola talentorum in Evangelio.

22.° Ejusdem homilia dicta in sancta & magna Parasceve.

23.° *Secundi,* Philosophi, sententiæ, in multis ab editis diversæ.

24.° *Theophanis,* Μηδίας Metropolitæ, tractatus ineditus, quo ostenditur animam non ab humano semine oriri, sed à Deo ipso infundi. Incipit τῆς ψυχῆς.

25.° *Gennadii* ad Theophanem epistola, ubi de anima rationali differitur.

26.° Fragmentum è primo ejusdem libro de anima.

27.° Fragmentum è tertio ejusdem de rebus theologicis libro.

28.° Excerpta è sancto Basilio, & Salomonis Proverbiis.

29.° Vocabulorum explicatio, quibus variæ corporis humani partes significantur.

30.° Monodia in obitum Authentopulæ Helenæ Palæologinæ, filiæ Demetrii Despotæ.

31.° *Theophanis,* Metropolitæ Μηδίας, epistolæ ad varios.

32.° Sancti *Joannis* Damasceni homilia in sanctum sabbatum.

33.° Excerpta è Theodoreto.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXCIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Confutatio erroris Judaici, è Scriptura & rebus gestis, & ad christianam veritatem cohortatio, auctore *Gennadio.*

2.° Idem, de recta & inculpata Christianorum fide.

3.° *Theophanis,* Nicæni Metropolitæ, adversùs Judæos libri sex.

4.° *Matthæi* Ieromonachi adversùs Judæos libri quinque, inediti. Initium ἤδη ὅμως. Præmittuntur versus sex iambici in illius laudem.

5.° Idem, quid sibi velit frumentum coctum in mortuorum memoriis, & in Sanctorum πανήγυρις. Initium ἡ θεοειδὴς τῶν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας.

6.° *Manuelis* magni Rhetoris tractatus,

quo ostenditur nullum esse post mortem ignem purgatorium, ut quidam statuunt; item Judaismum illos non sapere, qui nonnulla veteris legis præcepta servanda esse defendunt. Initium αἰσθητῶς ἐπεσημῆναι.

7.° Ejusdem versus in Deum Patrem, in Christum, in Deiparam, & in Joannem Baptistam.

Is codex anno Christi 1511. exaratus est.

MCCXCIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Gennadii* confutatio erroris Judaici, è Scriptura & rebus gestis; quod opus tunc scriptum dicitur, cùm vi coactus tertiò Constantinopolim rediit.

2.° Ejusdem apologia pro Christianorum religione, ad Mohammedem, ejus nominis secundum.

3.° Eadem apologia, in epitomen contracta.

4.° Idem, de primo Dei cultu, sive lex evangelica, compendio explicata; opus scriptum cùm, abdicatâ patriarchali dignitate, in Præcursoris monasterium secessit.

5.° Idem, de divina providentia, & prædestinatione: opus scriptum in eodem monasterio.

6.° Idem, de prædestinatione iterum, ad Josephum Monachum.

7.° Ejusdem ad eumdem tractatus tertius de prædestinatione.

8.° Ejusdem ad eumdem animadversiones in librum Gemisti Plethonis.

9.° Ejusdem homilia in nativitatem Domini, scripta in monasterio Præcursoris, anno Christi 1468.

10.° Ejusdem homilia de transitu beatæ Virginis, scripta in monasterio Pammacaristes, anno 1464. cùm vi coactus tertiò Constantinopolim rediit.

11.° Ejusdem disputatio de tempore & modo existentiæ animarum intelligentium & immortalium.

12.° Idem, contra Automatistas & Hellenistas, sive multorum Deorum opinionem propugnantes, & quòd unus Deus sit conditor universi, in trinitate hypostaseon.

13.° Ejusdem lamentatio, scripta in monasterio Præcursoris ad Menœceum montem 20. junii, anno Christi 1445.

14.° Idem, de eo quod nulla nunc, ut olim, miracula fiant; opus in eodem monasterio scriptum.

Hujusce codicis initio annotatum reperias, Gennadii ipsius manu exaratum esse.

MCCXCV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Gennadii*, Patriarchæ Constantinopolitani, epistola ad Monachos Sinaïtas.

2.° Ejusdem ad Joachimum Monachum epistola.

3.° *Germani*, Patriarchæ Constantinopolitani, opusculum de azymis, ad Theodorum Studitam.

4.° Sancti *Athanasii* interrogata & responsa, quibus inquiritur quid sit Deus, & doctrina Trinitatis explicatur.

5.° *Marci* Ephesii epilogus ad Latinos.

6.° Ejusdem epistola ad Georgium Scholarium.

7.° Anonymus, de azymis, adversùs Latinos.

8.° Anonymus, de Romanorum facinoribus.

9.° Evangelii secundùm Joannem interpretatio.

10.° Anonymi homilia in tertiam jejuniorum dominicam.

11.° *Nili Damylæ* de processione Spiritus sancti, tractatus adversùs Latinos.

12.° Anonymi opus, quo variis argumentis, illisque demonstrativis, si auctori fides, Græcorum dogmata adversùs Latinos adstruuntur.

13.° *Athanasius* de orthodoxa fide.

14.° *Nilus Damyla* de custodia rectæ fidei.

15.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de patientia.

16.° Ejusdem homilia de pseudoprophetis.

17.° Epistola Episcoporum & Græcorum aliorum ad Imperatorem, qua illum de rebus Florentiæ gestis certiorem faciunt. Ad calcem leguntur eorum omnium nomina qui hancce epistolam dederant.

18.° *Joannis* Damasceni opusculum de azymis, nuper, ut annotatur ad marginem, in quadam Bibliotheca repertum.

19.° Testimonia Patrum à Græcis allata, ut suam adversùs Latinos de Spiritus sancti processione sententiam stabilirent.

20.° *Marci*, Ephesini Metropolitæ, ad Christianos omnes epistola.

21.° Excerptum ex epistola quam Episcopus Mediolanensis ad Imperatorem Alexium Comnenum, de Spiritus sancti processione scripsit.

22.° *Joannis Becci*, Patriarchæ Constantinopolitani, tomus dogmaticus.

23.° Excerpta è Gerontico ad Hilarionem Abbatem.

24.° Hymni & troparia quædam.

25.° Vita Macarii in spelunca quadam, viginti millibus à paradiso terrestri dissita.

26.° Expositio fidei.

27.° Dialogus Cyrillum inter & Nestorium.

28.° *Damasi* Papæ anathematismi.

29.° Anonymus, de septem primis conciliis generalibus.

30.° Excerpta quædam è Patrum scriptis.

31.° Officium ad celebrandam Marci, Ephesini Metropolitæ, memoriam destinatum, auctore *Joanne Eugenico* illius fratre, Diacono & Nomophylace.

32.° Officium institutum in honorem Michaelis, Hadrianopolitæ Martyris, qui dicitur *μαυερειδής*.

33.° Synodi Florentinæ decretum. Ad calcem leguntur subscriptiones.

34.° Interrogata & responsa ad Christi œconomiam pertinentia.

35.° *Nicolai Selengiæ* de processione Spiritus sancti ad Esaïam Cyprium.

36.° Excerpta quædam è Maximo Confessore, & Anastasio Sinaïta.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCXCVI.

Codex chartaceus, quo continetur *Gennadii* homilia de recta & inculpata Christianorum fide. Ibi autem quæstionibus à Mohammede, ejus nominis secundo, Turcarum Imperatore, sibi propositis respondet.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCXCVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Gennadii* epistola inedita, ad Magnum Ducem, ubi in Latinos acerbiùs invehitur.

2.° Ejusdem tractatus ineditus, adversùs Gemistum Plethonem, pro Aristotelis defensione.

3.° *Hermetis* pœmander.

4.° *Hippocratis* aphorismi.

5.° *Gemisti Plethonis* oratio funebris in laudem Cleopæ Palæologinæ, ubi de animæ immortalitate differitur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCXCVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Gennadii*, Patriarchæ Constantinopolitani, liber inscriptus via salutis, sive præcipuorum fidei christianæ capitum expositio, coram Mohammede, Turcarum Sultano, instituta.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCXCIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Georgii* Trapezuntii de processione Spiritus sancti tractatus, adversùs Græcos ad Nicolaum Cuboclesium.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCC.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Manuelis Chrysoloræ* tractatus, ubi de Spiritus sancti processione adversùs Græcos differitur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCCI.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymi è Patrum scriptis excerpta, quibus auctor probare conatur Spiritum sanctum è solo Patre procedère. Incipit ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος.

2.° *Photii* adversùs Latinos argumenta ad astruendam Spiritus sancti è solo Patre processionem.

3.° Scholia, quæstiones & excerpta è libris sacris, scriptis Patrum, legibus ecclesiasticis, & *Justiniani* constitutionibus.

4.° *Gregorii* Cyprii ad Imperatorem Andronicum epistola, qua Joannis Chilæ & nonnullorum Clericorum maledictis respondet. Opus ineditum, cujus initium κράτιστε θεοπρόβλητε.

5.° Excerpta ex Anastasio Sinaïta, adversùs illos qui sancta ante communionem incorruptibilia esse defendunt.

6.° *Joannis* Damasceni de hymno trisagio epistola ad Joannem Archimandritam.

7.° *Agapeti* Diaconi ad Justinianum Imperatorem capita admonitionum septuaginta duo.

8.° Excerpta ex actis conciliorum, ubi auctor anonymus ea potissimùm selegit quæ ad historiam pertinent. Incipit ἐπειδὴ προσέταξας ἡμῖν.

9.° *Georgii* Cyprii apologia inedita, adversùs quosdam qui ipsum hæreseos insimulabant. Initium ἔχει μὲν ἡ ἐπισυμβᾶσα. Sequitur ejusdem fidei professio.

10.° Ejusdem apologia altera, quæ incipit ἀεὶ μὲν ἐγὼ πρότερον.

11.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni homilia tertia de pace.

12.° *Synesii* epistolæ complures, quarum nulla est quæ lucem non aspexerit.

13.° Sancti *Basilii* adversùs Eunomium libri quinque.

14.° Idem, ad Amphilochium, de Spiritu sancto.

15.° Dialogi quinque adversùs Anomæos, Macedonianos & Apollinaristas. Auctoris nomen ibi non occurrit. Alii aliis tribuunt.

16.° Dialogus adversùs Apollinarium. Hujusce opusculi auctor dicitur *Athanasius*.

17.° Sancti *Maximi* Confessoris disputatio cum Pyrrho Monothelita.

18.° Ejusdem de voluntatibus & operationibus capita decem.

19.° *Theodori*, cognomento *Abucaræ*, Charan in Mesopotamia Episcopi, dialogus cum Præfecto cursus publici.

20.° Idem, de quæstione quæ ipsi ab infideli proposita fuerat.

21.° Ejusdem dialogus, de luctamine Christi cum diabolo.

22.° Ejusdem dialogus cum Saraceno, ubi stabilitur panem mystica benedictione fieri corpus Domini.

23.° Ejusdem dialogus, quòd Christus homo factus, sit simul verus Deus.

24.° Ejusdem dialogus, quo ostenditur Christi hypostasim in passione solutam non esse. Opus Græcè ineditum.

25.° Idem, de quæstione ab Agareno Christiano proposita.

26.° Ejusdem responsio ad aliam quæstionem.

27.° Ejusdem adversùs Judæum dissertatio.

28.° Ejusdem dialogi quatuor adversùs Nestorianos.

29.° Ejusdem responsio ad quæstionem quam Origenista fideli proponit.

30.° Ejusdem dialogus de quinque inimicis, à quibus nos Christus liberavit.

31.° Anonymi de inserendis arboribus observatio.

32.° Sancti *Athanasii* epistola ad Rufinianum Episcopum. Illius pars maxima desideratur.

33.° *Photii* argumenta, quibus probare conatur Spiritum sanctum è Patre solo procedere.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MCCCII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus adversùs Latinos, de processione Spiritus sancti, & azymis. Desideratur initium, & proinde nomen auctoris.

2.° Anonymi opusculum de iis quæ Christianis necessariò credenda sunt. Incipit χρὴ πάντα χριστιανὸν.

3.° Loca quædam sanctorum Patrum, ad Trinitatem pertinentia.

4.° Canonum synopsis, auctore *Alexio* Aristeno.

5.° Anonymus, de septem conciliis generalibus.

6.° Sancti *Joannis* Damasceni capita dialectica, ad Cosmam, Majumæ Episcopum.

7.° Ejusdem orthodoxæ fidei accurata expositio.

8.° Fragmenta quædam sancti *Gregorii* Nazianzeni.

9.° Opusculum, quo colliguntur Veteris Testamenti loca, quæ ad Christum pertinent. Desiderantur initium & nomen auctoris.

10.° Christiani cum Judæo disputatio. Auctoris nomen non comparet.

11.° Excerpta è constitutionibus apostolicis, & sanctis Patribus, de hæreticis.

12.° Commentariorum de dictis & factis Socratis

Socratis libri duo priores, auctore *Xenophonte.*

13.° *Synesii* epistolæ duæ, quarum prior adversùs Andronicum.

14.° Quædam de Prophetis, unà cum nominum quorumdam interpretatione.

15.° Sententiæ nonnullæ ad instituendam vitam utiles.

16.° Quædam de azymis.

17.° *Epicteti* enchiridium, sive præcepta quæ ad propriam commonitionem viri graves & virtute præditi conscripsere. Quod opus idem omninò est cum illo quod tanquam Epicteti paraphrasin edidit *Berkelius*, Lugd. Bat. anno 1670.

18.° Enchiridii *Epicteti* expositio accommodata ad religionis christianæ dogmata.

19.° Verborum illorum, *Domine, miserere nostri,* explicatio.

20.° Excerpta ex Aristotele, de mundo.

21.° Sancti *Ephræmi* homilia de patientia, consummatione sæculi, & secundo Christi adventu.

22.° *Georgii Pisidæ* versus iambici de mundi opificio.

23.° *Simeonis,* sancti Mamantis in Xylocerco Præfecti, homiliæ quædam.

24.° *Joannis* Camateri, Patriarchæ Constantinopolitani, ad Innocentium tertium epistola, qua unam & universalem Romanam dici ecclesiam mirari se testatur.

25.° Ejusdem responsa theologica ad quasdam quæstiones.

26.° Ejusdem orationes catecheticæ duæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MCCCIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, quo compluribus Novi Testamenti & veterum ecclesiæ doctorum locis Spiritum sanctum è Patre solo procedere, auctor conatur stabilire.

2.° *Photii,* Patriarchæ Constantinopolitani, opusculum de processione Spiritus sancti è Patre solo.

3.° *Arsenii* Monachi scholia, ubi explicantur nonnulla Patrum loca, quæ Latinorum de Spiritus sancti processione doctrinæ favent.

4.° *Gregorii* Cyprii, Patriarchæ Constantinopolitani, tomus, sive expositio fidei adversùs Beccum.

5.° Ejusdem liber, quo tomus defenditur.

6.° Ejusdem Πιττάκιον, sive epistola ad Imperatorem Andronicum.

7.° *Theodosii* Monachi opusculum adversùs Latinos, de processione Spiritus sancti.

8.° *Arsenii* Monachi, & *Nicolai* Methonensis, quædam de eodem argumento.

9.° Anonymus, de eodem argumento.

10.° *Nicephori Blemmydæ* tractatus, de processione Spiritus sancti à Filio & per Filium.

11.° Idem, de quæstionibus quibusdam dogmaticis ad Imperatorem Theodorum Ducam Lascarim.

12.° Catalogus Imperatorum Constantinopolitanorum, versibus iambicis, ad Constantinum usque Palæologum, quo Imperante urbs expugnata est, deductus.

13.° Catalogus Patriarcharum Constantinopolitanorum versibus quoque iambicis.

Is codex sæculo decimo quarto exeunte videtur exaratus.

MCCCIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Tractatus de Spiritus sancti processione, de igne purgatorio, de azymis, aliisque rebus Græcam inter & Latinam Ecclesiam controversis. Desiderantur initium & nomen auctoris.

2.° *Georgii,* Corcyræi Metropolitæ, responsum ad quæstiones sibi propositas de ritibus quibusdam in liturgia servandis.

3.° *Joannis,* Patriarchæ Antiocheni, responsum ad quæstiones circa baptismum à Theodoro Ephesio sibi propositas.

4.° Anonymi tractatus de jejunio quadragesimæ aliisque jejuniis in Ecclesia Græca receptis.

5.° Anonymi artis rhetoricæ prolegomena. Initium ζητητέον τοίνυν τὸ πρῶτον.

6.° Anonymi interrogata & responsa variis de rebus ad theologiam spectantibus. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCV.

Codex chartaceus. Ibi continetur anonymi tractatus, cujus auctor compluribus

Scripturæ locis, Patrumque testimoniis Spiritum sanctum à Patre & Filio procedere astruit. Præmittitur *Dionysii* Græci, Episcopi Zienensis & Firmiensis, epistola, Latinè scripta ad Lazarum Bayfium, Regis Christianissimi ad Rempublicam Venetam Oratorem.

Is codex manu Nicolai Sophiani, Venetiis, anno Christi 1533. exaratus est.

MCCCVI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, cujus is titulus, objectiones Latinorum, iisque contrariæ oppositiones, & inversiones *Eustratii*, Metropolitæ Nicæni, desumptæ ex ejusdem libro de Spiritus sancti processione, ad Grosolanum, Mediolanensium Episcopum. Unum latus occupat textus Græcus, alterum Latina interpretatio.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus est.

MCCCVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus, ubi Latinorum argumentis, quoad Spiritus sancti processionem, respondere sibi proponit. Initium πρῶτον μὲν ἡ ἀρχαία τις δόξα.

2.° *Barlaami* Monachi tractatus adversùs summi Pontificis primatum.

3.° Definitio synodi Florentinæ, Græcè & Latinè.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCCVIII.

Codex chartaceus, olim Antonii Eparchi, posteà Fonteblandensis. Ibi continentur:

1.° *Barlaami* Monachi tractatus adversùs Latinos, de processione Spiritus sancti. Præfixi versus quidam iambici.

2.° *Cyrilli*, Patriarchæ Alexandrini, epistola ad Nestorium.

3.° *Theodoreti* reprehensio duodecim capitulorum, sive anathematismorum Cyrilli. Præmittitur epistola ad Joannem Antiochenum.

4.° *Cyrillus* de Incarnatione.

5.° Ejusdem epistola ad Eulogium.

6.° Ejusdem epistolæ duæ ad Successum.

7.° Ejusdem scholia de Incarnatione.

8.° Fragmenta quædam è sanctis *Athanasio* & *Basilio*, de sacris imaginibus.

9.° *Libanii* epistola ad Datianum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCIX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Opusculum, ubi de Dei existentia, immutabilitate, æternitate, cæterisque attributis. Desiderantur initium, ut & nomen auctoris, quem tamen è Platonicorum grege fuisse crediderim.

2.° Aonymus, de facultatibus animæ. Initium αἱ μὲν ἔχομεν δόξας περὶ ψυχῆς.

3.° Tractatus ejusdem argumenti. Incipit ἐπειδὴ τῷ προηγεῖται φύσει.

4.° Opusculum de virtute, è Gregorii Nazianzeni carminibus excerptum. Initium πάθος μὲν ἐμοὶ τῆς ἀρετῆς.

5.° *Alcinoi* introductio in Philosophiam Platonicam.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MCCCX.

Codex chartaceus. Ibi continentur:

1.° Anonymi excerpta de rebus theologicis, & ad mores spectantibus.

2.° Anonymi Ecclesiæ Latinæ adversùs Græcos defensio. Incipit ὁ δὲ κολοφὼν ὧν ἐγκαλοῦνται.

3.° *Gregorii* Cyprii, Patriarchæ Constantinopolitani, ad Imperatorem Andronicum Comnenum oratio.

4.° *Demetrii* Cydonii epistola ad Philotheum, Patriarcham Constantinopolitanum. Incipit νῦν μόλις ἔργον.

5.° Ejusdem ad eumdem epistola, sive potiùs invectiva. Initium πρὸς θεοῦ τί σοι.

6.° *Pauli Silentiarii* carmen in thermas Pythias.

7.° Protei historia. Initium ὁ Πρωτεὺς μὲν ἦν θεὸς τὸ γένος.

8.° *Joannis Zonaræ* & *Nicephori* Patricii, cantica in liturgia Græcorum usurpari solita.

9.° Anonymi versus iambici in duodecim Apostolos, ubi declaratur quo in loco, & quo genere mortis singuli affecti.

10.° Anonymi lexicon botanicum, è variis medicorum scriptis collectum.

11.° *Gregorii* Theologi monita ad Calligraphum, de eleganter scribendi ratione.

12.° Tantali historia. Initium Τάνταλος υἱὸς ἦν τοῦ Διός.

13.° Anonymus, de duodecim zodiaci ſignis. Initium deſideratur.

14.° *Empedoclis* ſphæra.

15.° *Marci* Epheſini epiſtola ad Georgium Scholarium, qua ipſum reprehendit quòd ad Latinorum partes tranſierit.

16.° *Nicetas*, Chartophylax Nicænus, quoties, & quibus de cauſis Eccleſia Romana à Græca diſceſſerit.

17.° Excerpta è Dionis Caſſii hiſtoria Romana, ſive potiùs è Xiphilini epitome.

18.° Sententiarum quarumdam illuſtriorum collectio. Ibi quoque nonnulla de quatuor præcipuis Græcorum ludis, & de Darii Xerxiſque adversùs Athenienſes bello.

19.° *Heſiodi* opera & dies. Paſſim inter lineas gloſſæ miniatæ; conjecta verò ad marginem *Joannis Tzetzæ* ſcholia.

20.° Excerpta geographica è Dionyſii Alexandrini orbis deſcriptione.

21.° Excerpta ex Oppiani Halieuticis, ſive potiùs è Tzetzæ in huncce Poëtam ſcholiis.

22.° Excerpta ubi de Herode, & Chriſti genealogia.

23.° Excerpta è libris Chryſoſtomi adversùs Judæos.

24.° Sancti *Baſilii* homilia ad juvenes, quomodo cum fructu legere poſſint Græcorum libros.

25.° Ejuſdem epiſtola ad Simpliciam.

26.° Ejuſdem & *Juliani* Imperatoris epiſtolæ mutuæ.

27.° Explicatio hiſtoriarum quæ in Lycophronis Alexandra occurrunt, ex Iſaaci Tzetzæ in illum auctorem commentariis excerpta.

28.° Explicatio hiſtoriarum quæ in Heſiodi ſcuto leguntur, è Joannis Tzetzæ in illum auctorem commentariis excerpta.

29.° Epigramma in Lucianum.

30.° Excerpta è ſanctis Dionyſio Areopagita, & Maximo, de Deo & divinitate.

31.° *Luciani* Hippias, ſive balneum.

32.° Idem, de luctu.

33.° Ejuſdem, mortuorum & deorum dialogi nonnulli.

34.° Ejuſdem, Lucius, ſive aſinus.

35.° *Michael Pſellus*, de operatione dæmonum.

36.° *Iſaacus Argyrus*, de cyclis ſolari & lunari, Paſchatiſque inveniendi ratione.

37.° *Georgii* Chryſococcæ aſtronomica quædam. Sequitur canon regum Ægypti, ab Alexandro magno ad Cleopatram uſque.

38.° Michaelis Ducæ hiſtoria.

39.° *Homeri* Batrachomyomachia, cum gloſſis interlinearibus.

40.° Anonymus, de regionum & urbium hodiernis nominibus.

41.° Ordo ſedium epiſcopalium, prout ſingulis Patriarchis ſubjacent.

42.° Officia magnæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

43.° Officia Palatii.

44.° Edictum *Conſtantini* magni, quo Romano Pontifici primatus aſſeritur.

45.° *Procopii* fragmentum, ubi de vermibus ſericis in Europam primùm invectis.

46.° *Æſopi* fabulæ.

47.° *Theodori* Prodromi poema, verſibus politicis. Dividitur in duos libros, libro priore de paupertate Theodorus conqueritur. Altero invehitur in abbatem. Opus ineditum, quod incipit μόλις τολμήσας βασιλεῦ.

48.° Anonymus, de quatuor paradiſi terreſtris fluminibus.

49.° Anonymus, de biſſexto.

50.° Anonymus, de generatione & corruptione hominis.

51.° De metallis quæ in Cypro inſula reperiuntur, ex Ariſtotele & Galeno.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Obſervationes variæ, nec illæ magni momenti. Harum pars ad theologiam & hiſtoriam, pars ad Gregorii magni vitam pertinet.

2.° *Gregorii* magni dialogorum libri quatuor, à *Zacharia* ſummo Pontifice, ſi prologi auctori fides, è Latina lingua in Græcam converſi. Singulis libris præfixus capitum index.

3.° Excerpta è *Dionyſio* Areopagita. Ibi de Angelis diſſeritur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCXII.

Codex chartaceus, olim Gabrielis Naudæi. Ibi continentur capita centum & triginta ſeptem de rebus moralibus & canonicis, è ſacris Scripturis, conciliis, Patribus, aliiſque Scriptoribus eccleſiaſticis collecta.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Orationis dominicæ expoſitio. Initium & nomen auctoris deſiderantur.

2.° Anonymus, de Adamo è paradiſo terreſtri expulſo.

3.° *Paphnutii* Abbatis narratio, ubi de rebus quas ſibi contigiſſe teſtatur.

4.° Martyrium ſancti Xenophontis & ſociorum.

5.° Vita ſancti Andreæ Apoſtoli.

6.° Anonymus, de dormitione Deiparæ.

7.° Martyrium ſanctæ Barbaræ.

8.° Apophthegmata quædam è Geronticis collecta.

9.° Evangeliorum matutinorum explicationes. Finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCXIV.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continetur opuſculum, lingua Græca vulgari ſcriptum, quo auctor ſummi Pontificis primatum convellere nititur. Opus ineditum.

Is codex ex alio exemplari, quod in illuſtriſſimi Valachiæ Principis bibliotheca aſſervatur, deſcriptus eſt.

THEOLOGI.

In-octavo.

MCCCXV.

Codex membranaceus, quo continentur.

1.° *Petri* Antiocheni ad Dominicum Gradenſem epiſtola.

2.° *Leonis*, Bulgariæ Archiepiſcopi, ad quemdam Romæ Epiſcopum, de azymis & ſabbatis epiſtola. Is Leo *Acrideni* nomine notior.

3.° Aliud opuſculum de azymis, auctoris nomen non occurrit. Initium τὰ ἄζυμα οὐκ ἄρτος.

4.° *Siſinnii*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, ſynodicon, ne duobus fratribus liceat ducere duas conſobrinas. Datum dicitur anno Chriſti 997.

5.° Epiſtola de matrimonio prohibito, quæ alibi *Michaeli*, Patriarchæ Conſtantinopolitano, tribuitur.

6.° Anonymi narratio futilis, imò fabuloſa, de Chriſti ordinatione. Initium ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας.

7.° *Anaſtaſii* Sinaïtæ quæſtiones nonnullæ.

8.° Sancti *Baſilii* monitum de liturgia.

9.° Ejuſdem epiſtolæ duæ.

10.° *Michaelis*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, de ſacerdotis uxore adulterio polluta.

11.° *Siſinnii*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, decretum de modo quo recipiendi Judæi qui chriſtianam fidem amplectuntur.

12.° Anonymi de Scripturis, illarumque ad debellandas hæreſes utilitate, oratio. Initium εἰ προσέχομεν.

13.° Anonymi opuſculum de Jacobitarum hæreſi. Incipit ὁ Ἰάκωβος οὗτος.

14.° Quomodo recipiendi Saraceni qui chriſtianam religionem amplectuntur. Initium προηγουμένως μέν.

15.° Quomodo recipiendi Manichæi qui fidem chriſtianam amplectuntur. Incipit προηγουμένως μέν.

16.° Anonymus de quibuſdam temporum periodis, quatenus ad Chriſtum referuntur. Initium χρὴ γινώσκειν.

17.° Excerpta varia è Scriptura ſacra, conciliis & Patribus.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MCCCXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Gregorii Mammæ* Meliſſeni, Protoſyncelli, Ieromonachi primùm, poſteà Patriarchæ Conſtantinopolitani, antirrheticus adversùs Marci Epheſii epiſtolam, de ſynodo Florentina non recipienda.

2.° *Beſſarionis* Cardinalis epiſtola catholica, ſive encyclica ad Græcos Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſubjectos.

3.° Epiſtola *Nicolai V.* ſummi Pontificis, ad Conſtantinum Imperatorem, è Latina

lingua in Græcam à *Theodoro Gaza* conversa.

4.° *Georgii* Trapezuntini epistola ad monachos Cretenses & sacerdotes, de processione Spiritus sancti, & de una, sancta & catholica Ecclesia.

5.° Ejusdem epistola, qua Joannem Palæologum Imperatorem hortatur ut in Italiam veniat.

Is codex, ineunte sæculo decimo sexto, exaratus videtur.

MCCCXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi quæsita & responsa de omnibus fermè doctrinæ christianæ capitibus. Initium desideratur.

2.° Anonymus de confessione sacerdoti facienda. Ibi innumerorum prope peccatorum occurrit catalogus.

3.° Anonymi quæstiones in Veteris Testamenti libros.

4.° Anonymus, de cibo & potu.

5.° Anonymus, de Ecclesia.

6.° Sancti *Basilii* locus, ubi exponit quomodo Filius è Spiritu natus esse dicatur.

7.° Anonymus, de nuptiis.

8.° Anonymus, de peccatorum occultorum confessione.

9.° Anonymus, de fornicatione.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MCCCXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Quænam illa sint de quibus Confessor illum qui ad pœnitentiæ sacramentum accedit, interrogare debeat.

2.° Preces confessioni præmittendæ.

3.° *Joannis Jejunatoris*, Patriarchæ Constantinopolitani, canon pœnitentialis.

4.° Canon alter pœnitentialis, & ille quidem prolixior, cujus sanctus *Joannes Chrysostomus* auctor dicitur.

5.° Canones Apostolorum.

6.° Canones *Theodori* Studitæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

JUS CANONICUM ET CIVILE.

In-folio.

MCCCXIX.

Codex bombycinus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° Libelli duo synodici, quorum prior de septem conciliis generalibus, alter de novem conciliis provincialibus, ordine chronologico. Prioris desideratur initium, quod Arsenius codicis possessor utcumque supplevit; adjectis *Michaelis Pselli* versibus decem politicis.

2.° De nomocanone & triplici illius editione, prologi tres. Ad secundum prologum annotatur hunc in alio exemplari *Photio*, Archiepiscopo Constantinopolitano, tribui. Tertius nondum, quod sciam, editus. In eo memorantur auctores tertiæ editionis, *Michael Sebastus*, idemque Logotheta protosecretariorum, & Theodorus βέστης.

3.° Nomocanonis tituli & capita cum indicibus & notis, quas vocant παρατιτλάς.

4.° Canones Apostolorum.

5.° Canones conciliorum septem generalium, videlicet Nicæni primi, Constantinopolitani primi, Ephesini, Chalcedonensis, Constantinopolitani secundi, Constantinopolitani tertii, quod cum Trullano coaluit, & Nicæni secundi; cum interpretatione *Zonaræ*.

6.° Canones novem conciliorum provincialium, Constantinopolitani in templo Apostolorum, Constantinopolitani in templo sanctæ Sophiæ, Carthaginiensis sub Cypriano, Decio Imperante, habiti, Neocæsareensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodiceni, Sardicensis, Carthaginiensis secundi sub Honorio. Subjunctæ epistolæ *Cyrilli*, *Attici*, aliæque, ut in editis, illudque cum interpretatione *Zonaræ*.

7.° Acta de Agapio & Bagadio.

8.° Epistola *Dionysii* ad Basilidem.

9.° *Petri* Alexandrini canones.

10.° Epistola *Gregorii* Thaumaturgi.

11.° Epistola S. *Athanasii* ad Ammum Monachum.

12.° Fragmentum ex ejusdem epistola ἑορταστικῇ.

13.° Ejusdem epistola ad Rufinianum Episcopum.

14.° Sancti *Basilii* epistola ad Amphilochium Episcopum.

15.° Fragmentum epiſtolæ ejuſdem auctoris ad Amphilochium, de differentia ciborum. Epiſtolæ illæ non extant apud Zonaram editionis Pariſienſis anni 1618. Prodierunt ad calcem editionis operum Gregorii Thaumaturgi, Pariſ. ann. 1621.

16.° Ejuſdem epiſtolæ quatuor, nempè ad Diodorum Tarſenſem, Gregorium Preſbyterum, ad Chorepiſcopos & ad Epiſcopos.

17.° Fragmenta ex illius opere de Spiritu ſancto.

18.° *Gregorii* Nyſſeni epiſtola ad Letoium, Melitenes Epiſcopum.

19.° *Timothei* Alexandrini reſponſa canonica ad quæſtiones ipſi à ſex Epiſcopis & clericis propoſitas.

20.° *Theophili* Alexandrini προσφώνησις cùm Theophania in diem dominicam incurrerent.

21.° Ejuſdem commonitorium.

22.° Ejuſdem epiſtola ad Aphyngium de Catharis.

23.° Ejuſdem epiſtola ad Agathum Epiſcopum.

24.° Ejuſdem epiſtola ad Menam Epiſcopum.

25.° *Cyrilli* Alexandrini epiſtola ad Domnum.

26.° Ejuſdem epiſtola ad Epiſcopos Lybiæ & Pentapoleos.

27.° *Gregorii* Nazianzeni verſus de libris Veteris & Novi Teſtamenti, qui legi debent.

28.° *Amphilochii* verſus ejuſdem argumenti.

29.° *Gennadii*, ſæculo quinto Patriarchæ Conſtantinopolitani, & ſynodi epiſtola circularis ad omnes Metropolitas, & ad Papam urbis Romæ.

30.° Excerptum ex epiſtola Baſilii ad Nicopolitas. Huc uſque *Zonaræ* interpretatio.

31.° *Zonaras* è perſona Pontificum, ne duo ſobrini eamdem uxorem ducant. Edidit *Cotelerius*.

32.° Excerptum è tomo Patriarchæ Siſinnii, quo ſtatuitur ne vel duo fratres duas conſobrinas uxores ducant, vel duæ ſorores duobus conſobrinis nubant. Extat tomus ille integer juris Greco-Rom. pag. 197.

33.° Judicium ſynodale de nuptiis, quod anno Chriſti 1038. ſub Alexio, Patriarcha Conſtantinopolitano, latum eſt.

34.° Ejuſdem *Alexii* decretum de mulieris jam nuptæ matrimonio, ad Theophanem, Theſſalonicæ Archiepiſcopum.

35.° Decretum *Michaelis* Patriarchæ, de matrimonio prohibito.

36.° Ejuſdem decretum, de ſacerdotis uxore adultera.

37.° *Joannes*, Patriarcha Antiochenus, is qui in inſula Ὀξεία Monachus fuit, in eos qui largitionibus monaſteria adipiſcuntur. Edidit *Cotelerius*.

38.° Interrogata & reſponſa ſynodi illius cui præfuit *Nicolaus* Patriarcha, Imperante Alexio Comneno, multùm ab illis diverſa quæ cum commentariis leguntur apud Balſamonem, pag. 227.

39.° Excerpta è libro tertio inſtitutionum de gradibus cognationis.

40.° Decretum de matrimonio, miſſum ad Corinthi Metropolitam.

Minimè autem prætermittenda eſt *Cotelerii* annotatio codici præfixa. Hæc illius verba: *In libris Zonaræ impreſſis, epiſtola Taraſii alio ordine collocatur quàm in manuſcripto hoc. In iiſdem deſideratur fragmentum ex Athanaſii epiſtola trigeſima nona Heortaſtica ſeu Paſchali. Præterea non habent epiſtolam Baſilii ad Diodorum & reliqua quæ ſequuntur; ex quibus interpretatio illius epiſtolæ Baſilii ad Diodorum legitur in Theodoro Balſamone, ſimilis huic, niſi in fine qui hìc longè diverſus & amplior eſt. Interpretatio contra epiſtolæ Baſilianæ ad Gregorium Preſbyterum longior eſt in Balſamone quàm hìc. Interpretatio capitis vigeſimi ſeptimi libri de Spiritu ſancto Baſilii, minùs longa extat in Balſamone. Capitis autem vigeſimi noni eadem utrobique eſt, ut & epiſtolæ canonicæ Gregorii Nyſſeni, & reſponſorum Timothei Alexandrini, & decretorum Theophili Alexandrini, & epiſtolæ Cyrilli ad Domnum. Interpretatio carminum Gregorii de libris Scripturæ decurtata hìc eſt, plena in Balſamone legitur.*

Is codex, nondum collatus, dignus tamen qui conferatur, ſæculo decimo tertio exaratus videtur, idque manu elegante.

MCCCXX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus quo continentur:

1.° Canones octoginta quinque ſanctorum Apoſtolorum. Præmittuntur *Petri* & *Pauli* conſtitutiones quædam, indices varii, & *Photii* nomocanon.

2.° Concilii Nicæni primi canones viginti.

3.° Concilii Ancyrani canones viginti quinque.

4.° Concilii Neocæsareensis canones quatuordecim.

5.° Concilii Grangrensis canones viginti.

6.° Concilii Antiocheni canones viginti quinque.

7.° Concilii Laodiceni canones sexaginta.

8.° Concilii Constantinopolitani primi canones septem.

9.° Concilii Ephesini canones octo.

10.° Concilii Chalcedonensis canones triginta.

11.° Concilii Sardicensis canones viginti & unus.

12.° Canones & acta concilii Carthaginiensis.

13.° Concilii sexti in Trullo canones centum & duo.

14.° Concilii Nicæni secundi canones viginti duo.

15.° Concilii Constantinopolitani primi & secundi canones septemdecim.

16.° *Dionysii* Alexandrini epistola ad Basilidem, divisa in canones quatuor.

17.° *Petri,* Alexandrini Archiepiscopi & Martyris, canones quindecim, ex ejus sermone de pœnitentia.

18.° *Gregorii* Neocæsareensis, Thaumaturgi, epistola canonica de iis qui in Barbarorum incursione idolothyta comederant, & alia quædam peccata commiserant.

19.° Sancti *Athanasii* epistola ad Amunem Monachum.

20.° Idem, ex trigesima nona epistola festali.

21.° Sancti *Basilii* ad Amphilochium, Iconii Episcopum, canones octoginta & quinque.

22.° Ejusdem ad Diodorum Tarsensem epistola, de eo qui duas sorores in matrimonium duxit.

23.° Ejusdem ad Gregorium Presbyterum epistola, ut separetur à muliercula cum qua habitabat.

24.° Ejusdem ad Chorepiscopos, ne sine seipso fiant ministri præter canones.

25.° Ejusdem ad Episcopos sibi subjectos epistola, ne propter pecunias ordinent.

26.° Idem, ex capit. 27. & 29. libri ad Amphilochium de Spiritu sancto.

27.° Sancti *Gregorii* Nysseni ad Letoium canones octo.

28.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni versus, quinam libri Veteris & Novi Testamenti legendi sint.

29.° Fragmentum ex iambis Amphilochii ad Seleucum, de eodem argumento.

30.° *Timothei* Alexandrini, unius è Patribus concilii Constantinopolitani anno 381. habiti, responsa canonica ad interrogationes sibi propositas de Episcopis & clericis.

31.° *Theophili* Alexandrini canones decem.

32.° Sancti *Cyrilli* Alexandrini epistolæ duæ, quarum prior Domno, posterior Episcopis in Lybia & Pentapoli inscribitur.

33.° *Gennadii,* Constantinopolitani Patriarchæ, & sanctæ cum eo congregatæ synodi epistola encyclica ad Metropolitanos & Papam urbis Romæ.

34.° Epistola de modo quo recipiendi sint hæretici ad Ecclesiam catholicam redeuntes.

35.° S. *Athanasii* epistola ad Rufinianum.

36.° *Justiniani* novella, ut qui contra naturam luxuriantur, & per Deum adjurant, item blasphemias in Deum ingerunt, afficiantur supplicio.

37.° Index novellarum *Justiniani,* quæ cum sacris canonibus consentiunt.

38.° Ejusdem ad Epiphanium novella, quomodo oporteat Episcopos & cæteros clericos ad ordinationem perduci, & de expensis ecclesiarum.

39.° *Justiniani* constitutiones, canonibus ecclesiasticis robur imperiale addentes.

40.° Anonymi compendium hæreseon, unde cœperint, & quomodo extiterint.

41.° Varia scripta adversùs Massalianos.

42.° *Timothei,* ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyteri, libellus de iis qui ad Ecclesiam ab hæresi convertuntur.

43.° Excerpta ex euchologio Patriarchico, de modo quo recipiendi sint qui ad Ecclesiam ab hæresi convertuntur, & quomodo anathematizare debeant scripta sua, qui è Manichæis orthodoxi fiunt.

44.° Ecloga è lege Dei Moysi tradita.

45.° *Nicephori,* Patriarchæ Constantinopolitani, opus chronographicum, in epitomen contractum.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MCCCXXI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur, ut in codice præcedenti, canones Apostolorum & conciliorum; item epistolæ Patrum canonicæ, cum *Joannis Zonaræ* expositione. Præmittitur index rerum alphabeticus, index capitum, & appendix capitis rerum. Accesserunt ad calcem:

1.° Novella *Manuelis Comneni* de voluntario homicidio.

2.° Ejusdem novella de Judicum officio. Accedit expositio dierum ἀπράκτων, sive vacantium.

3.° Caput ubi de Melchisedecitis, Theodotianis & Athinganis.

4.° Caput ubi de Saracenis ad fidem conversis.

5.° *Theodori* Studitæ epistola ad Naucratium.

6.° Anonymus, de nuptiis primis & secundis.

7.° Anonymi epistola dogmatica, qua quæstionibus sibi propositis respondet.

8.° Anonymus de unione Ecclesiæ, facta sub Constantino & Romano; ibi de trigamis.

9.° Anonymus, de azymis.

10.° Anonymus, de verborum quorumdam significatione.

11.° *Nicolai*, Patriarchæ Constantinopolitani, responsa ad interrogata monachorum Hagioriticorum.

12.° *Joannis Nesteutæ*, Patriarchæ Constantinopolitani, methodus confitendi peccata, & pœnitentiæ imponendæ.

13.° Libellus synodicus adversùs librum Constantini Chrysomalli. Tomus editus dicitur mense maio, indictione tertia, præside Leone, Patriarcha Constantinopolitano.

14.° Acta synodi habitæ adversùs Pseudoepiscopos Sasimorum & Balbilorum, præside Michaele, Patriarcha Constantinopolitano.

15.° Decretum synodi ibidem habitæ mense octavo, die prima, feria sexta, indictione septima, adversùs Niphonem Bogomilum, præside Michaele.

16.° Censura doctrinæ duorum Episcoporum, nempè Clementis Sasimorum, & Leontii Balbilorum.

17.° Censura doctrinæ Niphonis Bogomili.

18.° Acta depositionis Cosmæ Attici, Patriarchæ Constantinopolitani, cum Niphone Bogomilo sentientis, Manuele Comneno imperante.

19.° Excepta è novella *Justiniani*, quæ libro tertio Βασιλικῶν legitur; item è titulo octavo τοῦ πρωχείρου τῶν νόμων; item è libro tertio τῶν Βασιλικῶν.

20.° *Sisinnii*, Patriarchæ Constantinopolitani & Metropolitarum, de gradibus cognationis constitutio.

21.° Paschalion, sive Paschatis inveniendi ratio.

22.° Expositio officiorum magnæ Ecclesiæ.

23.° Locorum & urbium nomina aliquot antiqua, cum hodiernis collata.

24.° Enumeratio officiorum Palatii.

25.° Brevis appendix de umbellis.

26.° Notæ, supplementa & additamenta ad Zonaræ commentarios, è Vaticano codice.

27.° Ejusdem modi supplementa ad canones Apostolorum, canones concilii Trullani, *Timothei* Alexandrini responsa, & canones concilii Neocæsareensis; ex alio codice Vaticano ea supplementa suo quæque loco inserta sunt.

Is codex recèns, manuque, ut videtur, Italica exaratus, idemque cum Vaticanis codicibus collatus, nec alius fortassè à Gallandiano, ad cujus marginem conjectas fuisse codicis Vaticani lectiones discimus è nota præscripta variis lectionibus quæ extant in calce Zonaræ edition. Paris. ann. 1618.

MCCCXXII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur canones Apostolorum & conciliorum; item epistolæ Patrum canonicæ, cum expositione *Joannis Zonaræ*. Præcedenti similis est hic codex, nec ulla alia re differt, nisi quod conciliorum duorum Carthaginiensium ordo in hoc præposterus, in illo rectus; item in illo inter epistolas sancti *Athanasii* duas, unam ad Ammum Monachum, alteram ad Rufinianum, collocatur excerptum ex epistola ejusdem Athanasii trigesima nona paschali; quod excerptum in hoc codice desideratur. Adde quod ultimum caput hujus codicis caret commentario. Is autem est cujus mentionem fecit

Quintinus

Quintinus Hæduus in editione *Zonaræ*, quæ Parisiis prodiit anno 1618. Vide illius præfationem.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur; manus elegans, charta splendida. Præfixus titulus manu Vergetii.

MCCCXXIII.

Codex chartaceus, quo continentur canones Apostolorum & conciliorum, tam generalium, quàm nationalium; item epistolæ Patrum canonicæ, cum expositione *Joannis Zonaræ*. Præfixus index rerum eo volumine comprehensarum; ad calcem verò occurrit decretum quoddam synodale de duobus matrimonii impedimentis, quæ oriuntur ex cognatione, tùm naturali, tùm spiritali.

Is codex anno Christi 1598. exaratus est.

MCCCXXIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continetur corpus juris canonici, hoc ordine:

1.° Folia duo chartacea manu recentiore, quorum prius *Pauli* Apostoli canones ecclesiasticos complectitur, alterum *Petri* & *Pauli* canones. Finis desideratur.

2.° Præfatio collectionis in titulos quinquaginta divisæ. Illius, ut & collectionis, auctor est *Joannes* Antiochenus.

3.° Prologus sine nomine auctoris. *Photio* tribuitur in bibliotheca juris canonici pag. 789.

4.° Index canonum, è quibus constat hæc collectio.

5.° *Photii* Patriarchæ præfatio in nomocanonem.

6.° Nomocanonis Photiani capita sub quatuordecim titulis digesta, cum scholiis.

7.° Nomocanon sine scholiis.

8.° Canones Apostolorum per *Clementem*.

9.° Canones conciliorum Nicæni, Ancyrani, Neocæsareensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodiceni, Constantinopolitani primi, Ephesini, Chalcedonensis, Sardicensis, Carthaginiensis, Trullani cum subscriptionibus, Nicæni secundi, & synodi in templo Apostolorum habitæ.

10.° Epistolæ Patrum canonicæ, de quibus supra.

11.° E novellis *Justiniani*, quæ cum sacris canonibus consentiunt, capita selecta octoginta septem. Præfixus capitum index, indicem capita ipsa subsequuntur.

12.° Constitutiones civiles viginti tres, ecclesiasticis canonibus consentaneæ.

13.° Collectio eorum quæ dicta sunt in codice, digestis, institutionibus & novellis, de Episcopis, clericis, &c. cum paratitlis titulo cuique subjunctis.

14.° *Heraclii* Imperatoris constitutiones quatuor, eædem quæ in Bibliotheca juris.

15.° Folia chartacea duo manu recentiore, quibus continetur *Maximi*, Patriarchæ Constantinopolitani, expositio rectæ fidei de Spiritu sancto, adversùs Latinos.

Is codex anno Christi 1105. exaratus dicitur.

MCCCXXV.

Codex membranaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur nomocanon, sive collectio canonum, hoc ordine:

1.° Canones concilii Neocæsareensis.

2.° Canones concilii Gangrensis.

3.° Canones concilii Antiocheni.

4.° Canones concilii Laodiceni.

5.° Canones primi concilii Constantinopolitani.

6.° Canones concilii Ephesini.

7.° Canones concilii Sardicensis.

8.° Canones concilii Carthaginiensis secundi, unà cum subscriptionibus.

9.° Acta de Agapio & Bagadio.

10.° Canones concilii Constantinopolitani secundi, unà cum subscriptionibus.

11.° Canones concilii Nicæni secundi, unà cum subscriptionibus.

12.° Canones conciliorum primi & secundi in sanctorum Apostolorum templo habitorum.

13.° *Petri*, Alexandrini Archiepiscopi, canones.

14.° Fragmentum ex ejusdem epistola ἑορταστικῇ.

15.° Sancti *Basilii* epistolæ duæ ad Amphilochium.

16.° Ejusdem epistolæ quatuor, videlicet, ad Diodorum Tarsensem, ad Gregorium Presbyterum, ad Chorepiscopos & ad Episcopos.

17.° Fragmenta ex illius opere de Spiritu sancto.

18.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni versus de libris Veteris & Novi Testamenti, quinam legi debeant.

19.° *Amphilochii* versus iambici de eodem argumento.

20.° *Timothei,* Alexandrini Archiepiscopi, responsa ad quæstiones sibi ab Episcopis & clericis propositas.

21.° *Theophili,* Alexandrini Archiepiscopi, προσφώνησις cùm Theophania in diem dominicam incurrerent.

22.° Ejusdem commonitorium.

23.° Ejusdem ad Lybiæ & Pentapoleos Episcopos epistola.

24.° *Gennadii,* Patriarchæ Constantinopolitani, epistola encyclica ad omnes Metropolitas, & Papam urbis Romæ.

25.° *Cyrilli,* Patriarchæ Alexandrini, epistola ad Domnum. Finis desideratur.
Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MCCCXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Canones Ecclesiæ Africanæ, à trigesimo nono ad finem usque.

2.° Acta de Agapio & Bagadio.

3.° Canones concilii Trullani. Folium unum desideratur.

4.° Canones concilii Nicæni secundi. Folium unum desideratur.

5.° Canones concilii in sanctorum Apostolorum templo habiti.

6.° Canones concilii in templo sanctæ Sophiæ habiti. Finis desideratur.

7.° Sancti *Dionysii,* Alexandrini Patriarchæ, epistola canonica.

8.° Sancti *Petri,* Alexandrini Patriarchæ, epistola canonica.

9.° Sancti *Gregorii* Thaumaturgi epistola canonica.

10.° Sancti *Athanasii* epistola ad Ammum Monachum.

11.° Fragmentum ex ejusdem epistola ἑορταστικῇ.

12.° Sancti *Basilii* epistolæ tres ad Amphilochium, Iconiensem Episcopum.

13.° Sancti *Basilii* epistola ad eumdem, de Encratitis.

14.° Ejusdem epistola ad Diodorum, Tarsensem Episcopum.

15.° Ejusdem epistola ad Gregorium Presbyterum.

16.° Ejusdem epistola ad Episcopos ipsi subditos.

17.° Excerpta ex ejusdem libro de Spiritu sancto, ad Amphilochium.

18.° Sancti *Gregorii* Nysseni epistola canonica.

19.° Excerpta è sancti *Gregorii* Nazianzeni carminibus, quinam è libris sacris legi debeant.

20.° *Amphilochii* Iconiensis versus iambici de eodem argumento.

21.° *Timothei,* Alexandrini Patriarchæ, responsa canonica ad quæstiones sibi ab Episcopis & à clericis propositas.

22.° *Theophili,* Alexandrini Patriarchæ, προσφώνησις cùm Theophania in diem dominicam incurrerent.

23.° Ejusdem commonitorium.

24.° Ejusdem epistola ad Aphyngium de Catharis.

25.° Ejusdem epistola ad Agathum Episcopum.

26.° Ejusdem epistola ad Mennam Episcopum.

27.° Sancti *Cyrilli,* Alexandrini Patriarchæ, epistola ad Domnum Episcopum.

28.° Ejusdem epistola ad Episcopos Lybiæ & Pentapoleos.

29.° *Gennadii,* sæculo quinto Patriarchæ Constantinopolitani, & synodi ab illo habitæ epistola circularis ad omnes Metropolitas, & ad urbis Romæ Papam.

30.° Epistola ad Martyrium Patriarcham Antiochenum.

31.° Epistola sancti *Athanasii* ad Rufinianum Episcopum.

32.° Excerpta è variis Imperatorum constitutionibus.

33.° Excerpta è codice, digestis & novellis. Folia quædam desiderantur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MCCCXXVII.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, quo continentur:

1.° Canones centum & triginta quatuor

concilii Carthaginiensis, cum *Joannis Zonaræ* expositione.

2.° Concilii Ancyrani canones viginti quinque, cum ejusdem expositione.

3.° Concilii Neocæsareensis canones quindecim, cum ejusdem expositione.

4.° Concilii Gangrensis canones viginti, cum ejusdem expositione.

5.° Septimi concilii generalis canones viginti & unus, cum ejusdem expositione.

6.° Concilii Antiocheni canones viginti quinque, cum ejusdem expositione.

7.° Sancti *Gregorii* Nysseni canones octo, cum ejusdem expositione.

8.° *Cyrilli* Alexandrini epistola canonica ad Domnum. Subjuncta ejusdem epistola ad Episcopos in Lybia & Pentapoli, unà cum *Zonaræ* in utramque expositione.

9.° *Theophili*, Archiepiscopi Alexandrini, canones decem, cum ejusdem expositione. Sequuntur *Theophili* narratio de iis qui dicuntur Cathari, & epistolæ duæ, prima ad Agathonem, secunda ad Mennam Episcopum.

10.° *Timothei* Alexandrini, unius è Patribus concilii Constantinopolitani anno 381. habiti, responsa canonica ad interrogationes ipsi propositas ab Episcopis & clericis. Accedit *Zonaræ* expositio.

11.° *Petri*, Alexandrini Archiepiscopi & Martyris, canones quindecim, ex ejus sermone de pœnitentia, unà cum *Zonaræ* expositione.

12.° *Gregorii* Neocæsareensis, Thaumaturgi, epistola canonica divisa in canones duodecim, de iis qui in Barbarorum incursione idolothyta comederant, & alia quædam peccata commiserant, item cum *Zonaræ* expositione.

13.° *Gennadii*, Patriarchæ Constantinopolitani, & sanctæ cum eo congregatæ synodi ad Metropolitanos & Papam urbis Romæ epistola encyclica.

14.° Interrogationes quorumdam Monachorum, & responsiones quæ ad eas factæ sunt à Constantinopolitana synodo, Nicolao sedem Patriarchalem obtinente, & Alexio Comneno imperante, habita.

15.° *Theodori Balsamonis* disceptatio de agitata in synodo quæstione, num unus & idem duabus sobrinis jungi debeat.

16.° Commonitorium de unione in ecclesia tempore Constantini Imperatoris, & Romani ejus patris facta.

17.° Excerptum è Theodoreto, Cyri Episcopo, de materia mundi.

18.° Idem, de origine rerum.

19.° Idem, de natura hominis, & de anima.

20.° *Hippocratis* ad Demagetum epistola.

21.° *Josephi Bryenni* dissertatio de divina operatione, & de lumine in monte Thabor viso, inedita. Incipit αὐτίκα τοίνυν ὁ Δαμασκόθεν ἀνατείλας Ἰωάννης.

22.° Ejusdem disputatio, Deum esse simplicem, & omnis compositionis expertem.

23.° Idem, de adversis, & cur eveniant.

24.° Idem, de processione Spiritus sancti, ineditus. Incipit ἔτι ἓν οὐκ οἶδα.

25.° Ejusdem oratio de Domino cruci affixo.

26.° Idem, de idololatria.

27.° Excerptum è Cyrilli thesauro de genito & ingenito.

28.° Excerpta è Gregorii Palamæ expositionibus in loca Cyrilli.

29.° Anonymus, de orthodoxia in rebus.

30.° *Amyritzæ* supplicatio ad Deum.

31.° *Marci Eugenici*, Ephesi Metropolitæ, epistola encyclica de synodo Florentina non suscipienda.

32.° Ejusdem ad Georgium Scholarium epistola, contra ritus & sacrificia Romanæ Ecclesiæ.

33.° Ejusdem ad eumdem epistola gratulatoria, quòd à Latinis desciverit.

34.° Ejusdem professio fidei.

35.° Ejusdem ad Latinos responsio de igne purgatorio.

36.° Sancti *Athanasii* disputatio contra Arium in concilio Nicæno.

37.° Ejusdem ad Serapionem, Thmueos Episcopum, epistola de divinitate Spiritus sancti.

38.° Ejusdem ad Ammum Monachum epistola, unà cum *Zonaræ*, nî fallor, expositione.

39.° Fragmentum ex ejusdem epistola festali.

40.° Ejusdem epistola ad Rufinianum Episcopum, subjuncta expositione.

41.° Sancti *Basilii* ad Amphilochium,

Iconii Episcopum, canones octoginta quinque, unà cum *Zonaræ* expositione.

42.° Ejusdem ad Amphilochium epistola, de ciborum differentia, item cum *Zonaræ* expositione.

43.° Ejusdem ad Diodorum Tarsensem epistola, de eo qui duas sorores in matrimonium duxit, subjuncta *Zonaræ* expositione.

44.° Ejusdem ad Gregorium Presbyterum, ut separetur à muliercula cum qua habitabat; subjuncta est expositio.

45.° Ejusdem ad Chorepiscopos, ne sine ipso fiant ministri præter canones, cum expositione.

46.° Ejusdem ad Episcopos ipsi subjectos, ne propter pecunias ordinent, unà cum expositione.

47.° Fragmentum ejusdem è capitibus 27. & 39. libri ad Amphilochium, de Spiritu sancto.

48.° Ejusdem epistolæ dogmaticæ viginti sex.

49.° Professio fidei, *Athanasii* nomine, ad Julium Papam.

50.° *Athanasii* expositio symboli.

51.° Ejusdem expositio fidei.

52.° Ejusdem dialogus adversùs Manichæos. Interlocutores Orthodoxus & Manichæus. Est autem *Joannis* Damasceni.

Is codex, è vetustissimo exemplari descriptus, manu Zachariæ sacerdotis anno 1562. exaratus est.

MCCCXXVIII.

Codex chartaceus, olim Domini du Fresne, quo continentur:

1.° *Photii* nomocanon, cum scholiis *Theodori Balsamonis*. Nonnulla initio, ut & sub finem, desiderantur.

2.° Fragmentum de Christi genealogia, de Joanne Baptista, de Maria Virgine, & de Jacobo fratre Domini.

3.° Canones Apostolorum octoginta quinque, cum *Balsamonis* scholiis. Præfixus capitum index.

4.° Concilii Nicæni primi canones viginti, cum ejusdem scholiis.

5.° Concilii Constantinopolitani primi canones septem, cum ejusdem scholiis.

6.° Concilii Ephesini canones octo, cum ejusdem scholiis; subjuncta synodi Ephesinæ epistola ad synodum in Pamphylia congregatam, de Eustathio, cum ejusdem scholiis.

7.° Concilii Chalcedonensis canones triginta, cum ejusdem scholiis.

8.° Concilii Trullani canones centum & duo, cum ejusdem scholiis.

9.° Concilii Nicæni secundi canones viginti duo, cum ejusdem scholiis.

10.° Concilii Constantinopolitani primi & secundi canones septemdecim, cum ejusdem scholiis.

11.° Concilii Constantinopolitani canones tres, cum ejusdem scholiis.

12.° Concilii Ancyrani canones viginti quinque, cum ejusdem scholiis.

13.° Concilii Neocæsareensis canones quindecim, cum ejusdem scholiis.

14.° Concilii Gangrensis canones viginti & unus, cum ejusdem scholiis.

15.° Concilii Antiocheni canones viginti quinque, cum ejusdem scholiis.

16.° Concilii Laodiceni canones sexaginta, cum ejusdem scholiis.

17.° Concilii Sardicensis canones viginti & unus, cum ejusdem scholiis.

18.° Concilii Carthaginiensis acta & canones centum & triginta septem, cum ejusdem scholiis.

19.° *Dionysii* Alexandrini epistola ad Basilidem, divisa in canones quatuor, cum ejusdem scholiis.

20.° *Petri*, Alexandrini Archiepiscopi & Martyris, canones quindecim, ex ejus sermone de pœnitentia, cum ejusdem scholiis.

21.° *Gregorii* Neocæsareensis, Thaumaturgi, epistola canonica de iis qui in Barbarorum incursione idolothyta comederant, & alia quædam peccata commiserant. Adjunctis ejusdem scholiis.

22.° Sancti *Athanasii* epistola ad Ammum Monachum, cum ejusdem scholiis.

23.° Fragmentum ex ejusdem epistola festali, cum *Balsamonis* scholiis.

24.° Ejusdem epistola ad Rufinianum, cum *Balsamonis* scholiis.

25.° *Basilii* ad Amphilochium epistolæ canonicæ tres divisæ in canones octoginta & quinque, cum ejusdem scholiis.

26.° Ejusdem ad Amphilochium epistola, de ciborum differentia, cum ejusdem scholiis.

27.° Ejusdem ad Diodorum Tarsensem epistola, de eo qui duas sorores in matrimonium duxit, cum *Balsamonis* scholiis.

28.° Ejusdem ad Gregorium Presbyterum epistola, ut separetur à muliere cum qua habitabat; adjunctis *Balsamonis* scholiis.

29.° Ejusdem ad Chorepiscopos, ne sine seipso fiant ministri præter canones; adjunctis *Balsamonis* scholiis.

30.° Ejusdem ad Episcopos ipsi subjectos epistola, ne propter pecunias ordinent, cum *Balsamonis* scholiis.

31.° Fragmentum ejusdem è capitibus 27. & 29. libri ad Amphilochium de Spiritu sancto, cum *Balsamonis* scholiis.

32.° Sancti *Gregorii* Nysseni ad Letoium canones, cum *Balsamonis* scholiis.

33.° *Timothei* Alexandrini, unius è Patribus concilii Constantinopolitani anno 381. habiti, responsa canonica ad interrogationes sibi propositas ab Episcopis & clericis, cum *Balsamonis* scholiis.

34.° *Theophili* Alexandrini canones, cum *Balsamonis* scholiis.

35.° *Cyrilli* Alexandrini epistola canonica ad Domnum. Subjungitur ejusdem epistola ad Episcopos in Lybia & Pentapoli, cum *Balsamonis* scholiis.

36.° *Gregorii* Nazianzeni versus, quinam libri Veteris & Novi Testamenti sint legendi, cum *Balsamonis* scholiis.

37.° *Amphilochii* ad Seleucum iambi, de eodem argumento.

38.° *Gennadii*, Patriarchæ Constantinopolitani, & sanctæ cum eo congregatæ synodi epistola encyclica ad omnes Metropolitas, & ad Papam urbis Romæ.

39.° *Basilii* epistolæ ad Nicopolitas fragmentum.

40.° *Theodori Balsamonis* epilogus, versibus iambicis.

41.° Ejusdem ad Antiochenses epistola, de jejuniis quæ peragi debent per singulos annos. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Photii* nomocanon, cum *Theodori Balsamonis* commentariis. Præfixus titulorum index.

Is codex manu Andreæ Darmarii Epidaurii anno 1563. exaratus est.

MCCCXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur :

1.° *Joannis Zonaræ* commentarius in canones Apostolorum & canones synodorum Gangrensis, Antiochenæ, Laodicensis, Sardicensis & Carthaginiensis.

2.° Ejusdem & *Theodori Balsamonis* commentarius in sanctorum Patrum epistolas canonicas.

3.° Responsiones synodi Constantinopolitanæ ad interrogationes Monachorum extra urbem degentium.

4.° Anonymus in illud: *Pater major me est.*

5.° Sanctus *Basilius* de sacris mysteriis.

6.° Ordo indumenti sacerdotalis in mystagogia.

7.° Canonarium è sanctis *Basilio, Chrysostomo*, & è *Joanne Jejunatore*.

8.° Canon *Joannis Jejunatoris*.

9.° Varia capitula sancti *Basilii*, & aliorum de mollitie.

10.° De Francis & aliis Latinis.

11.° *Anastasii* Abbatis responsio ad Judæos.

12.° Sancti *Pauli* Apostoli constitutio de canonibus ecclesiasticis.

Observandum autem est huic exemplari, deletâ priore scripturâ, quæ sancti *Dionysii* opera, uncialibus litteris scripta, continebat, aliam superinductam esse.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCCCXXXI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Theodori Balsamonis* scholia in *Photii* nomocanonem. Præmittuntur capitum index, & ejusdem versus iambici.

2.° Interrogationes Monachorum extra urbem degentium, & responsiones ad eos factæ à sancta synodo, Constantinopoli, imperante Alexio Comneno, habita. Accedunt *Balsamonis* scholia.

3.° Canones Apostolorum octoginta quinque, cum ejusdem scholiis.

4.° Concilii Nicæni primi canones viginti, cum ejusdem scholiis.

5.° Concilii Constantinopolitani primi canones septem, cum ejusdem scholiis.

6.° Concilii Ephesini canones octo; subjuncta hujusce concilii epistola ad synodum in Pamphylia congregatam, de Eustathio, qui fuerat eorum Metropolitanus, cum *Balsamonis* scholiis.

7.° Concilii Chalcedonensis canones triginta, cum ejusdem scholiis.

8.° *Balsamonis* & *Zonaræ* in quintam & sextam synodum annotationes.

9.° Concilii Trullani canones centum & duo, cum ejusdem scholiis.

10.° Concilii Nicæni secundi canones viginti duo, cum ejusdem scholiis; subjuncta *Tarasii* Patriarchæ epistola, de non faciendis propter pecunias ordinationibus.

11.° Concilii Constantinopolitani primi & secundi dicti canones septemdecim, cum ejusdem scholiis.

12.° Concilii Constantinopolitani canones tres, cum ejusdem scholiis.

13.° Canones & acta concilii Carthaginiensis, cum ejusdem scholiis.

14.° Concilii Ancyrani canones viginti quinque, cum ejusdem scholiis.

15.° Concilii Neocæsareensis canones quindecim, cum ejusdem scholiis.

16.° Concilii Gangrensis canones viginti & unus, cum ejusdem scholiis.

17.° Concilii Antiocheni canones viginti quinque, cum ejusdem scholiis.

18.° Concilii Laodiceni canones sexaginta, cum ejusdem scholiis.

19.° Concilii Sardicensis canones viginti & unus, cum ejusdem scholiis.

20.° Carthaginiensis synodi canones & capita centum & triginta septem, cum ejusdem scholiis; subjungitur excerptum ex actis concilii Constantinopolitani in causa Agapii & Bagadii, item cum scholiis.

21.° *Dionysii* Alexandrini epistola ad Basilidem, divisa in canones quatuor, cum ejusdem scholiis.

22.° *Petri*, Alexandrini Archiepiscopi & Martyris, canones quindecim, ex ejus sermone de pœnitentia, cum ejusdem scholiis.

23.° *Gregorii* Neocæsareensis, Thaumaturgi, epistola canonica de iis qui in Barbarorum incursione idolothyta comederant, & alia quædam peccata commiserant, cum ejusdem scholiis.

24.° *Athanasii* epistola ad Amunem Monachum, cum scholiis.

25.° Idem, ex epistola trigesima nona festali, cum scholiis.

26.° Sancti *Basilii* ad Amphilochium epistolæ canonicæ, in octoginta quinque canones divisæ, cum scholiis.

27.° Ejusdem ad Amphilochium epistola, de ciborum differentia, cum scholiis.

28.° Ejusdem ad Diodorum Tarsensem epistola, de eo qui duas sorores in matrimonium duxit, cum ejusdem scholiis.

29.° Ejusdem ad Gregorium Presbyterum, ut separetur à muliere cum qua habitabat. Accedunt scholia.

30.° Ejusdem ad Chorepiscopos epistola, ne sine seipso fiant ministri præter canones, cum scholiis.

31.° Ejusdem ad Episcopos ipsi subjectos, ne propter pecunias ordinent, cum scholiis.

32.° Ejusdem fragmentum è capitibus 27. & 29. libri ad Amphilochium, de Spiritu sancto, cum scholiis.

33.° *Gregorii* Nysseni ad Letoium canones, cum scholiis.

34.° *Timothei* Alexandrini, unius è Patribus concilii Constantinopolitani anno 381. habiti, responsa ad interrogationes Episcoporum & clericorum, cum scholiis.

35.° *Theophili* Alexandrini epistolæ ad Agathonem & ad Mennam Episcopum, cum *Balsamonis* scholiis.

36.° Sancti *Cyrilli* Alexandrini epistolæ ad Domnum, & ad Episcopos in Lybia & Pentapoli, cum scholiis.

37.° *Gregorii* Nazianzeni versus, quinam Veteris & Novi Testamenti libri legendi sint, cum scholiis.

38.° *Amphilochii* ex iambis ad Seleucum, de eodem argumento.

39.° *Gennadii*, Patriarchæ Constantinopolitani, & sanctæ cum eo congregatæ synodi epistola encyclica ad Metropolitanos & Papam urbis Romæ.

40.° *Basilii* epistolæ ad Nicopolitas fragmentum.

41.° *Theodori Balsamonis* epilogus, versibus iambicis.

42.° Ejuſdem ad Antiochenſes epiſtola, de jejuniis quæ peragi debent per ſingulos annos.

43.° Ejuſdem meditationes de Patriarcharum privilegiis.

44.° Ejuſdem meditationes de duobus officiis chartularii & primi defenſoris.

45. Ejuſdem epiſtola de incenſis quæ à Patriarcha dari ſolent, eo die quo catecheſis habetur.

46.° Ejuſdem meditationes, de convocatione quæ fit ad ſacras monaſteriorum ædes per tria ſigna.

47.° Ejuſdem ad Theodoſium Monachum epiſtola, de monachis raſo, & viliore panno indutis.

48.° Ejuſdem meditationes de non legendis libris mathematicis.

49.° Ejuſdem de diſceptata in ſynodo quæſtione, num unus & idem duabus ſobrinis jungi debeat.

50.° Ejuſdem, reſponſionum ad quæſtiones canonicas à *Marco*, Alexandrino Patriarcha, propoſitas, fragmentum.

51.° Conſtitutionum apoſtolicarum libri ſecundi capita undecimum & duodecimum, de modo quo Epiſcopus judicare debeat eos qui delinquunt.

52.° Scholion de menſuris.

53.° Calculus ad inveniendum cyclum ſolis & lunæ, indictionem & annum.

54. *Pilati* ad Tiberium Imperatorem de Chriſto epiſtola.

55.° Sancti *Maximi* Confeſſoris tractatus de typo Eccleſiæ Catholicæ.

56.° Viſio cujuſdam monachi.

57.° *Anaſtaſii* Sinaïtæ quæſtio, de eo qui ſe juramento obligaverit, nec illud adimpleverit.

58.° *Baſilii* epiſtola ad Gregorium Preſbyterum, ut ſeparetur à muliere cum qua habitabat.

59.° Carmen de vitæ rectè inſtituendæ ratione. *Nicolao*, Patriarchæ Conſtantinopolitano, tribuitur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCCCXXXII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur *Theodori Balſamonis* ſcholia in canones ſanctorum Apoſtolorum, & in ſeptem ſynodos œcumenicas.

Is codex manu Darmarii Epidaurii anno 1582. exaratus eſt.

MCCCXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Conſtitutionum eccleſiaſticarum collectio, auctore *Theodoro Balſamone.*

2.° *Heraclii* Imperatoris novellæ conſtitutiones.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCXXXIV.

Codex membranaceus, Conſtantinopoli in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Joannis* Antiocheni præfatio in ſuam titulorum quinquaginta collectionem, initio & fine mutila.

2.° Nomocanonis Photiani capita, quatuordecim titulis comprehenſa. Deſideratur titulus primus totus, & initium tituli ſecundi.

3.° Nomocanon. Deſunt folia non pauca.

4.° Canones Apoſtolorum.

5.° Canones conciliorum Nicæni nempè, Ancyrani, Neocæſareenſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodiceni, Conſtantinopolitani primi, Epheſini, Chalcedonenſis, Sardicenſis, Carthaginienſis, Trullani cum ſubſcriptionibus, Nicæni ſecundi, cui ſubjungitur epiſtola *Taraſii* Patriarchæ ad Hadrianum Papam, primi & ſecundi in templo Apoſtolorum, & tertii in templo ſanctæ Sophiæ habiti.

6.° Epiſtolæ Patrum canonicæ.

7.° E novellis *Juſtiniani,* quæ cum ſacris canonibus conſentiunt, capita octoginta ſeptem, index capitum & capita ipſa.

8.° Conſtitutiones civiles viginti quinque, cum canonibus conſonantes, pleræque *Juſtiniani* Imperatoris.

9.° Collectio eorum quæ in codice, digeſtis, inſtitutionibus & novellis de Epiſcopis & clericis pronuntiata ſunt, cum paratitlis titulo cuique ſubjunctis.

Obſervare autem operæ pretium eſt, in inſcriptionibus ac ſubſcriptionibus, ut & in ipſo legum contextu, Latinas voces ſcriptas manu Græca. Utrumque codicis latus muniunt membranæ aliunde avulſæ, in quibus

litteræ unciales latent ſub recentiore ſcriptura; & litteris quidem uncialibus ſcriptæ erant lectiones evangelicæ: recentiore autem atramento ſuperillita ſunt ſtichera, ſive canonum muſicorum troparia.

Is codex, ad cujus marginem conjecta paſſim ſcholia, ſæculo decimo ineunte exaratus videtur.

MCCCXXXV.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur *Joachimi* Abbatis collectanea, è conciliis & Patribus, aliiſque Scriptoribus, hortante Georgio Cainam illius fratre, conflata hoc ordine:

1.° Sancti *Chryſoſtomi* & *Iſidori* Peluſiotæ loca, quibus Scripturas ſacras ſedulò legendas eſſe aſtruitur.

2.° Sancti *Cyrilli* Alexandrini fragmenta duo, unum ad Maximum Diaconum, alterum ad Gennadium Preſbyterum & Archimandritam.

3.° *Neophyti* Monachi lamentatio de calamitatibus quas Cyprus inſula experta eſt, cum in Richardi Angliæ Regis anno 1191. poteſtatem venit.

4.° *Nicephori Calliſti* breve chronicon Imperatorum & Patriarcharum Conſtantinopolitanorum.

5.° Anonymi oratio de extremo judicio, & corporum reſurrectione.

6.° *Macarii* & *Iſaaci* Syri fragmenta de eodem argumento.

7.° Anonymus, de conciliis generalibus, quibus in locis, quibus temporibus, & quibus de cauſis habita ſint.

8.° Sedium inſulæ Cypri ordo, ab Imperatoribus Conſtantino & Leone conſtitutus.

9.° *Joannis Zonaræ* collectio canonum, ſive potius illius operis epitome.

10.° *Nicephori*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, canones.

11.° *Juſtini*, Philoſophi & Martyris, dictum de Chriſti incarnatione & reſurrectione.

12.° *Choſrois* Prophetæ vaticinium de fine mundi.

13.° *Anaſtaſius*, Cæſareæ in Palæſtina Epiſcopus, de jejunio beatæ Virginis, illoque accuratè ſervando.

14.° Anonymus, de eodem argumento.

15.° *Joannis Zonaræ* epiſtolæ quatuordecim ad varios, de rebus ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinentibus.

16.° Quando & quomodo fidelis, abſente ſacerdote, ad ſacram menſam accedere debeat. Sequuntur multa veterum loca, ad illud argumentum ſpectantia, *Anaſtaſii* nempè Sinaïtæ, *Iſidori* Peluſiotæ, *Joannis* Damaſceni, ſancti *Chryſoſtomi*, ſynodi quartæ, &c.

17.° Quòd judicium de ſacerdotibus ferendum non ſit; argumenta petuntur, cùm è Chryſoſtomo, tùm ex hiſtoria Lauſiaca.

18.° Quòd hæretici fugiendi ſint, & illi præterea qui cum ipſis, quacumque de cauſa, communicant. Eam in rem laudantur conciliorum quorumdam canones, Felix Papa, Euſebius Cæſareenſis, Timotheus Alexandrinus, Baſilius, Chryſoſtomus, Ephræmus, Joannes Climacus, Maximus Confeſſor, Athanaſius, Gregorius Theologus, Iſidorus, Stephanus Junior, vita Joannicii, Theodorus Studita, & Photius.

19.° *Gregorii* Nyſſeni epiſtola de illis qui urbem Hieroſolymitanam adeunt.

20.° Sanctorum *Baſilii* & *Gregorii* Nazianzeni epiſtolæ variæ.

21.° *Cyrilli* Hieroſolymitani catecheſis duodecima, decima tertia, decima quarta & decima quinta.

22.° Sancti *Chryſoſtomi* homilia de falſis Prophetis.

23.° Ejuſdem epiſtola ad Cyriacum Epiſcopum.

24.° *Procli*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, epiſtola de fide, ad Armenos.

25.° *Leontius* Eremita adversùs illos qui ſynodi Chalcedonenſis decreta ſimulatè amplectentes, Neſtorii errores defendunt.

26.° Ejuſdem confutatio Theodori & aliorum hæreticorum.

27.° *Cyrilli* Alexandrini capita duodecim de fide, adversùs Neſtorium.

28.° *Joannis* Damaſceni epiſtola de imaginibus, ad Theophilum Imperatorem.

29.° *Helias*, Preſbyter & œconomus magnæ eccleſiæ, de miraculo in templo Deiparæ patrato.

30.° Anonymi narratio de ſacris imaginibus reſtitutis.

31.° *Photii*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, epiſtolæ viginti ſex ad varios.

32.° *Nicolai*

32.° *Nicolai*, Methonensis Episcopi, tractatus adversùs Latinos, quo probatur Spiritum sanctum à Patre solo procedere.

33.° Idem, de azymis, adversùs Latinos.

34.° *Michaelis Cerularii*, Patriarchæ Constantinopolitani, epistolæ duæ ad Petrum Antiochenum.

35.° Papæ epistola ad Patriarcham Constantinopolitanum, & hujus responsum, de concordia utriusque Ecclesiæ sub Imperatore Manuele.

36.° *Germani*, Patriarchæ Constantinopolitani, epistola ad Neophytum, Cypri Archiepiscopum, quem Latini sibi obnoxium esse volebant.

37.° Ejusdem ad Cyprios epistola.

38.° Ejusdem epistola Niceæ data ad Patriarcham Constantinopoleos Latinum, qui sacerdotes Græcos captos cogebat ut Papæ nomen suumque recitarent.

39.° Historia tredecim sanctorum Patrum in insula Cypro à Latinis anno Christi 1431. in ignem conjectorum.

40.° *Germani* epistola ad Gregorium Papam. Sequitur illius responsum.

41.° Fratrum Minorum, summi Pontificis legatorum, professio fidei.

42.° *Germani* disputatio cum iisdem legatis.

43.° *Arsenii*, Patriarchæ Constantinopolitani, testamentum.

44.° Quando, & quibus de causis Græca Ecclesia à Latina divulsa sit.

45.° De mortis hora; eam in rem, præter Scriptores sacros, laudantur Dionysius Areopagita, Athanasius, Basilius, Chrysostomus & Josephus in suo de universo adversùs Græcos libro, cujus prolixum affertur fragmentum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCCCXXXVI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Decretum de hæreticorum, qui ad Ecclesiam accedunt, recipiendorum ratione.

2.° Formula anathematis ab illis conscribenda, qui, ejurata Manichæorum hæresi, ad Ecclesiam revertuntur.

3.° *Methodii*, Constantinopolitani Patriarchæ, constitutio de illis qui vario modo, diversaque ætate ab Ecclesia divulsi sunt, & ad illam revertuntur.

4.° De sex primis conciliis generalibus, quibus temporibus, locis, & adversùs quos habita.

5.° Historia Veteris Testamenti, à mundi creatione ad Herodem usque deducta. Desiderantur initium & nomen auctoris; quin & foliorum ordo perturbatus.

6.° Opusculum de statuis urbis Constantinopolitanæ, à *Combefisio* editum.

7.° Sancti *Athanasii* oratio in Melchisedechum.

8.° Idem, ad Antiochum Ducem. Illud autem opus est epistola, homiliæ non absimilis, & diversa à quæstionibus quæ eidem Antiocho nuncupantur.

9.° Anonymi chronicon, ab Adamo ad Michaelem, Nicephori Imperatoris generum, è *Joanne* Historico, *Georgio* Syncello, & *Theophane* collectum. Verùm auctor in Trajano desinit.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MCCCXXXVII.

Codex chartaceus, olim Domini du Fresne, quo continentur:

1.° *Matthæi Blastaris* syntagma alphabeticum rerum quæ in sacris conciliorum Patrumque canonibus, & Imperatorum legibus extant.

2.° Ejusdem, synopsis nomocanonis sancti Joannis Nesteutæ.

3.° *Nicetæ*, Heracleensis Metropolitæ, responsa canonica ad Episcopum quemdam nomine Constantinum.

4.° *Nicephori* Confessoris canones viginti septem.

5.° *Matthæi Blastaris* capita viginti quatuor, è Joannis Citrii responsis canonicis, ad Episcopum Dyrrhacenum Constantinum Cabasilam.

6.° Ejusdem officia magnæ ecclesiæ.

7.° Canones Apostolorum.

8.° Concilii Nicæni primi canones viginti.

9.° Concilii Constantinopolitani primi canones octo.

10.° Concilii Ephesini canones octo.

11.° Concilii Chalcedonensis canones triginta.

12.° Concilii Quini-sexti canones centum & duo.

13.° Concilii Nicæni secundi canones viginti duo.

14.° Concilii Constantinopolitani primi & secundi dicti, canones septemdecim.

15.° Concilii Constantinopolitani in templo sanctæ Sophiæ habiti, canones tres.

16.° Concilii Ancyrani canones viginti quinque.

17.° Concilii Neocæsareensis canones quindecim.

18.° Concilii Gangrensis canones viginti & unus.

19.° Concilii Antiocheni canones viginti quinque.

20.° Concilii Laodiceni canones sexaginta.

21.° Concilii Sardicensis canones viginti & unus.

22.° Concilii Carthaginiensis acta & canones nonaginta tres.

23.° *Dionysii* Alexandrini epistola ad Basilidem, divisa in canones quatuor.

24.° *Petri,* Alexandrini Archiepiscopi, & Martyris, canones quindecim ex ejus sermone de pœnitentia.

25.° *Gregorii* Neocæsareensis, Thaumaturgi, epistola canonica de iis qui in Barbarorum incursione idolothyta comederant, & alia quædam peccata commiserant.

26.° S. *Basilii* ad Amphilochium, Iconii Episcopum, canones octoginta quinque.

27.° Idem, ad Amphilochium Iconiensem, de ciborum differentia.

28.° Ejusdem ad Gregorium Presbyterum epistola, ut separetur à muliercula cum qua habitabat.

29.° Sancti *Gregorii* Nysseni ad Letoium canones octo.

30.° *Timothei* Alexandrini, unius è Patribus concilii Constantinopolitani anno 381. habiti, responsa canonica ad interrogationes ipsi propositas ab Episcopis & clericis.

31.° Sancti *Athanasii* epistola ad Ammum Monachum.

32.° *Theophili* Alexandrini canones decem.

33.° Sancti *Cyrilli* Alexandrini epistola ad Episcopos Lybiæ & Pentapoleos.

34.° *Gregorii* Nazianzeni versus, quinam libri Veteris & Novi Testamenti legendi sint. Adjuncta sunt scholia.

35.° *Amphilochii* ad Seleucum iambi de eodem argumento.

36.° *Chrysostomi* canonicum.

37.° Dispositio facta per Imperatorem *Leonem Sapientem,* quem ordinem habeant throni ecclesiarum Patriarchæ Constantinopolitano subjectarum.

38.° Sancti *Basilii* epistolæ de sancta communione fragmentum.

39.° Fragmentum de Hæresiarcharum opinionibus.

40.° *Theodori,* Scythopoleos Episcopi, anathematismi duodecim doctrinæ Originianæ.

41.° *Theodori Balsamonis* responsa ad quæstiones canonicas sibi à Marco, Alexandrino Patriarcha, propositas.

42.° Sanctæ synodi Constantinopolitanæ, Alexio Comneno imperante habitæ, responsa ad monachorum quorumdam quæstiones.

43.° *Petri,* Patriarchæ Antiocheni, epistola ad Dominicum Gradensem, de azymis.

Ad calcem occurrunt folia quædam, ubi de disciplina ecclesiastica.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Matthæi* Hieromonachi syntagma alphabeticum rerum omnium quæ in sacris conciliorum Patrumque canonibus, & Imperatorum legibus extant.

2.° *Constantini* Harmenopuli promptuarium juris civilis.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCXXXIX.

Codex membranaceus, emptus anno Christi 1688. quo continentur nonnulla miscellanea de mensibus Atheniensium, Macedonum, &c. de mensuris, ponderibus, & de Prophetarum & Apostolorum Hebraicis nominibus, eorumque significatione.

1.° *Matthæi* Hieromonachi syntagma alphabeticum rerum omnium quæ in sacris conciliorum Patrumque canonibus, & Imperatorum legibus continentur.

2.° Ejusdem, synopsis nomocanonis sancti Joannis Nesteutæ.

3.° *Nicephori* Confessoris canones ecclesiastici triginta sex.

4.° *Matthæi* Hieromonachi synopsis responsionum Joannis Citrii ad Episcopum Dyrrhacenum Constantinum Cabasilam.

5.° Magnæ ecclesiæ officia. Sequuntur Metropoleon enumeratio, & vocum Latinarum interpretatio.

6.° *Cyrilli* Alexandrini capita duodecim contra Nestorium.

7.° Excerptum ex Socratis libro septimo, in quo de mutatis sedibus.

8.° *Matthæi* carmen duplex politicum, de officiis magnæ ecclesiæ & aulæ Constantinopolitanæ.

9.° Canones Apostolorum & conciliorum.

10.° Excerpta varia, ad jus tum civile, tum canonicum pertinentia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCXL.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continetur *Matthæi Blastaris*, Hieromonachi, syntagma alphabeticum rerum omnium quæ in sacris conciliorum Patrumque canonibus, & Imperatorum legibus extant, à *Joanne Cotelerio* è Claudii Joly Canonici Parisiensis exemplari descriptum. Ibi reperiuntur indices; conjectæ etiam ad marginem animadversiones nonnullæ.

Hujusce autem codicis initio hæc legas: *Codex iste scriptus est manu viri doctissimi Joannis Baptistæ Cotelerii, litterarum Græcarum Lectoris regii, mihi dono datus à nobili viro Josepho Hectore Cotelerio, Consiliario regio apud clarissimam coloniam Nemausensem, anno 1686. idibus septembris. Stephanus Baluzius.*

MCCCXLI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur *Matthæi Blastaris* syntagma alphabeticum rerum sacris canonibus comprehensarum.

Is codex sæculo decimo sexto exeunte scriptus est.

MCCCXLII.

Codex chartaceus, olim Thuanæus, posteà Colbertinus, quo continentur:

1.° *Matthæi Blastaris* syntagma alphabeticum rerum quæ in sacris conciliorum Patrumque canonibus, & Imperatorum legibus extant.

2.° Excerpta è Joannis Jejunatoris, Constantinopolitani Patriarchæ, canonico.

3.° *Nicetæ*, Metropolitæ Heracleensis, responsa ad quæstiones ipsi à Constantino Episcopo propositas.

4.° *Nicephori*, Patriarchæ Constantinopolitani, canones ex illius constitutionibus excerpti.

5.° Excerptum è Michaelis, Patriarchæ Constantinopolitani, epistola.

6.° Excerpta è Joannis, Episcopi Citri, epistola ad Cabasilam, Dyrrhacii Episcopum.

7.° Officia magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ.

8.° Ordo sedium Patriarchæ Constantinopolitano obnoxiarum, à *Leone* Imperatore constitutus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCCXLIII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continetur promptuarium juris, hoc ordine:

1.° *Joannis*, Metropolitæ Russiæ, epistola ad Clementem Papam, edita Latinè in commentario rerum Moscoviticarum.

2.° Excerpta è libris juris, de dignitate & officio Imperatoris, Patriarchæ & Episcopi.

3.° Officia magnæ ecclesiæ.

4.° Index Græcus titulorum promptuarii; item reliquorum hujusce codicis librorum & capitum.

5.° *Leonis, Constantini & Basilii*, Imperatorum, προχείρον νομῶν; opus in titulos quadraginta divisum. Ad calcem tituli ultimi accesserunt excerpta & novellæ aliquot.

6.° Paratitla, opus divisum in capita triginta duo, diversumque à paratitlis editis in bibliotheca juris canonici.

7.° Sacramentum triplex, imperante Andronico juniore præstitum. Vide Gregoram, hist. lib. 9. cap. 9. & alibi.

8.° Vocum Latinarum quæ in libris juris occurrunt collectio juxta litterarum seriem, cum interpretatione. Voces pleræque corruptæ; interpretatio ipsa sæpè falsa & ridicula.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCCXLIV.

3.° Aliud ejusdem argumenti opus, è Persica quoque lingua in Græcam ab anonymo conversum, necdum editum.

4.° Anonymi compendium medicum, ubi de emplastris, trochiscis, aliisque id genus.

5.° De remediis ad varia morborum genera curanda imprimis idoneis, opus è Persica lingua in Græcam ab anonymo conversum.

6.° Variæ medicamentorum compositiones, usu comprobatæ, & ab *Euphemo* Siculo & *Philippo Xero,* Medicis præstantissimis, collectæ. Opus hactenùs ineditum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCXCV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Aëtii* operis medici libri quintus, sextus, septimus & octavus. Singulis præmittitur index capitum.

2.° *Galenus,* de theriaca, ad Pisonem.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCXCVI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus, quo continentur libri nonus, decimus, undecimus & duodecimus operis medici, cujus auctor *Aëtius*. Singulis libris præfixus index capitum; duodecimi verò finis desideratur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MMCXCVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur libri decimus tertius, decimus quartus, decimus quintus & decimus sextus operis medici, cujus auctor *Aëtius*. Libris singulis præfixus capitum index.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCXCVIII.

Codex chartaceus, quo continentur *Aëtii* Amideni de medicina libri sexdecim. Singulis libris præfixus capitum index.

Is codex anno 1522. exaratus est.

MMCXCIX.

Codex chartaceus, quo continentur *Aëtii* Amideni de medicina libri decem, à quinto ad decimum quintum. Singulis libris præfixus capitum index.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCC.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Alexandri Tralliani* therapeuticon, sive de dignoscendis & curandis morbis & affectibus corporis humani, libri duodecim. Singulis præfixus capitum index.

2.° *Rhazæ* Medici de pestilentia liber, in Græcam linguam è Syriaca conversus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCI.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, olim Antonii Eparchi. Ibi continentur:

1.° *Alexandri Tralliani* therapeuticon libri duodecim.

2.° *Rhazæ* liber de pestilentia, è Syriaca lingua in Græcam conversus. Dividitur in capita quindecim.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti videtur exaratus.

MMCCII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Alexandri Tralliani* therapeuticon libri duodecim. Singulis præfixus capitum index.

2.° *Rhazes* de pestilentia. Præmittitur index capitum quindecim.

3.° *Aretæi* Cappadocis de morborum diuturnorum curatione liber secundus, fine & aliis quibusdam partibus mutilus.

4.° Ejusdem de causis & signis morborum acutorum libri duo. Primi initium desideratur.

5.° Ejusdem de causis & signis morborum diuturnorum libri duo.

6.° Ejusdem de morborum acutorum curatione libri duo.

7.° *Procli Diadochi* commentariorum in Euclidem libri duo. In secundo desunt nonnulla.

8.° Anonymi commentarius in Aristotelis librum tertium & quartum meteororum.

Is codex sæculo decimo sexto diversa duorum librariorum manu exaratus videtur.

MMCCIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Alexandri Tralliani* de dignoscendis & curandis morbis & affectibus corporis humani liber primus, & initium secundi.

Is codex sæculo decimo quinto videtur exaratus.

MMCCIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Alexandri Tralliani* therapeuticorum liber duodecimus. Initium & finis desiderantur.

2.° *Theophili* protospatharii tractatus de urinis.

3.° *Pauli Æginetæ* compendium artis medicæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCV.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur *Pauli Æginetæ* rerum medicinalium libri septem. Conjectæ ad marginem non paucæ annotationes, idque recentiore manu, fortè *Marci Cabasilæ,* Medici, penès quem nostrum hoc exemplar quondam fuisse patet ex illius chirographo.

Is codex sæculo decimo videtur exaratus.

MMCCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Pauli Æginetæ* de re medica libri septem. Ultimi finis desideratur. Singulis autem libris præfixus capitum index.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MMCCVII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Pauli Æginetæ* de re medica libri septem. Libris singulis præfixus capitum index.

2.° Tractatus de pulsibus. Desiderantur initium & nomen auctoris.

Is codex Michaëlis Loullardæ manu anno Christi 1294. exaratus est.

MMCCVIII.

Codex chartaceus, ab Antonio Eparcho Francisco I. oblatus. Ibi continentur:

1.° *Pauli Æginetæ* de re medica libri septem. Præfixus capitum index; præfixum quoque epigramma in laudem Pauli.

2.° Excerpta è Galeno de remediis succedaneis.

3.° Opuscula quatuor de ponderibus & mensuris. Postrema duo è Galeni, Oribasii & Adamantii scriptis excerpta sunt.

4.° Anonymi lexicon botanicum.

Is codex anno Christi 1360. exaratus est.

MMCCIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Pauli Æginetæ* artis medicæ compendium libris septem comprehensum. Singulis præfixus capitum index.

2.° *Libanii* Sophistæ opuscula quædam; nempè iræ vituperatio, bovis encomium, ruris & urbis comparatio, aliaque id genus jampridem edita.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Pauli Æginetæ* de re medica libri septem. Præfixus capitum index.

2.° Nomina instrumentorum variorum, quibus Chirurgi-Medici uti solent.

3.° Excerpta ad medicinam pertinentia, è Damascio, Galeno, Palladio Jatrosophista, & Jacobo Psychresto.

4.° Variæ medicamentorum compositiones; quæ pars nostri exemplaris in membrana scripta est.

Is codex Manuëlis Pancratii manu, sæculo, ut videtur, decimo quarto exaratus est.

MMCCXI.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur *Pauli Æginetæ* de re medica libri septem.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCXII.

Codex chartaceus, quo continentur *Pauli Æginetæ* de re medica libri septem. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Pauli Æginetæ* de re medica libri ſeptem. Singulis præmittitur capitum index.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Pauli Æginetæ* de re medica libri ſeptem, quibus præfixus capitum index; quarti autem caput ultimum deſideratur.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCXV.

Codex chartaceus, olim Trichetianus, quo continentur *Pauli Æginetæ* de re medica libri ſeptem.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCXVI.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus. Ibi continentur *Pauli Æginetæ* de re medica libri tres priores. Ultimi pars deſideratur; præfixum autem epigramma in laudem illius Medici.

Hujuſce codicis pars chartacea ſæculo decimo quinto, membranacea duodecimo videtur exarata.

MMCCXVII.

Codex membranaceus, quo continentur *Pauli Æginetæ* collectionum ad artem medicam pertinentium libri quinque ultimi; ſeptimi autem pars major recentiore manu ſcripta eſt.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

MMCCXVIII.

Codex chartaceus, olim domini de Gaignieres. Ibi continentur:

1.° *Palladii* Jatroſophiſtæ ſynopſis de febribus.

2.° *Michaëlis Pſelli* tractatus de victus ratione, hactenùs ineditus.

3.° Tractatus de podagra. Auctoris nomen omiſſum, eſt autem *Demetrii Pepagomeni;* in nonnullis tamen exemplaribus *Pſello* tribuitur.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Theophili* liber de pulſibus.

2.° Anonymi tractatus ad medicinam pertinens, è variis operibus collectus, in quo de mundi fabrica, juxta profanorum Scriptorum doctrinam diſputatur.

3.° Anonymi tractatus de urinis, ex Abitziani ſive Avicennæ ſcriptis concinnatus.

4.° *Hippocratis* aphoriſmi, quorum initium deſideratur.

5.° Remediorum ad certos quoſdam morbos curandos magis idoneorum, collectio.

6.° *Theophili* & *Magni* de febrium differentiis tractatus juxta Hippocratis & Galeni placita.

7.° *Hippocratis* prognoſtica, quorum finis deſideratur.

8.° Anonymi collectio variorum remediorum & antidotorum.

9.° *Galeni* liber de muſculorum anatomia.

10.° Ejuſdem liber de nervorum anatomia. Finis deſideratur.

11.° Anonymi tractatus de quorumdam morborum curandorum ratione, partim Latinè, partim Italicè.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Tractatus de urinis, è Theophili dictantis ore exceptus. Ita præ ſe fert titulus.

2.° *Stephani* ſcholia in Magni tractatum de urinis.

3.° *Theophili* protoſpatharii & archiatri liber de pulſibus.

4.° *Rufus* Epheſius, de appellationibus partium corporis humani.

5.° *Aretæi* Cappadocis de morborum acutorum curatione liber primus.

6.° Opuſculum de urinis, ab aliis *Blemmydæ*, ab aliis *Maximo* tributum.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCXXI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continentur:

1.° *Stephani Magnetis* empyrica de variis remediorum generibus.

2.° *Diadochi*, Photices in Illyrico Episcopi, capita quatuor de perfectione spirituali.

3.° *Nili* Monachi ad Moganum Diaconum tractatus de paupertate, & tribus orandi modis, in compendium redactus. Verùm quem hic noster codex Moganum appellat, alii Magnum, alii magnam Diaconissam vocant.

4.° Ejusdem capita ad sobrietatem adhortatoria.

5.° *Zozimi* Abbatis oratio ascetica.

6.° *Joannis Carpathii* oratio ascetica.

7.° *Arsenii* Abbatis monita ad monachos.

8.° Excerpta è Palladii libro de Brachmanibus.

9.° Sancti *Basilii* pars commentariorum in Isaïam Prophetam.

10.° *Philonis*, vita viri civilis, sive de Josepho.

11.° Ejusdem liber de vita contemplativa.

12.° Anonymi præcepta quædam ad doctrinam morum pertinentia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCXXII.

Codex chartaceus, quo continetur *Meletii* Philosophi & Medici commentarius in Hippocratis aphorismos.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCXXIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continetur *Meletii* commentarius in Hippocratis aphorismos.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCXXIV.

Codex bombycinus, olim Boistallerianus, quo continentur:

1.° *Meletii* Monachi libri tres, quorum primus est de natura structuraque hominis, reliqui duo de rebus ad medicinam pertinentibus. Libri primi capita quatuordecim, secundi viginti sex, tertii quinquaginta quatuor. Præfixus codici index capitum librorum primi & secundi; at index capitum libri tertii subscriptus est libro ipsi tertio.

2.° Anonymi opuscula quinque, ubi de urinis.

3.° Anonymi ex Hippocrate, Galeno, aliisque excerpta physica, pharmaceutica & therapeutica, ubi præcipuè de natura, structuraque hominis, & venæ sectione.

4.° Anonymi lexicon pharmaceuticum, ineditum.

5.° *Nicomedis* Jatrosophistæ lexicon. Desinit in littera O.

6.° Anonymi excerpta de medicamentis succedaneis, & venæ sectione.

7.° *Photii* Monachi carmina inedita de terra, oceano, nubibus & sanguine.

8.° Anonymi variarum corporis humani partium descriptio.

9.° Anonymi de variis variorum oleorum generibus liber.

10.° Amuletum superstitiosum adversùs febrim.

11.° Varia analecta, sive excerpta è Medicorum libris therapeuticis, pharmaceuticis & prognosticis.

12.° *Joannis* archiatri opus therapeuticum, ineditum; oratione intercisa brevibus commatis, & velut modulata, scriptum. Capita omninò trecenta & novem, bipertito indice comprehensa. Indicis prima pars folio 80. in fronte operis, altera folio 106. in calce, procemium alieno loco collocatum, folio 104.

13.° *Symeonis Sethi*, protovestiarii, de alimentorum facultatibus, syntagma. Præfixus index capitum centum & quadraginta novem; præfixus etiam index rerum sive materiarum, accommodatus non ad numeros capitum in marginibus annotatos, sed ad numeros mediis paginis inscriptos, qui sunt multò plures: nec omittendum est hoc nostro codice nonnulla exhiberi quæ in editis non comparent.

14.° Anonymi ad Constantinum Pogonatum, de alimentis, liber.

15.° Cardiacum & aliæ confectiones, manu recentiore, eaque rudi.

16.° Viaticum peregrinantium. Operis illius auctor dicitur Ἐ'ϖερς Βαζαφὴς; interpres verò *Constantinus* Asyncritus, aliàs Africanus, qui, cùm Guiscardi Apuliæ, Calabriæ

Calabriæ & Siciliæ Ducis à secretis fuisset, vitam monasticam in Cæsariensi cœnobio professus est.

17.° *Dioscoridæ* Anazarbei de materia medicinali, libri octo. Capita omninò mille centum & undecim; nempè in libris quatuor prioribus capita octingenta & sexaginta sex continua; in quinto & sexto, capita item continua centum & nonaginta quatuor; in septimo, capita quinquaginta & unum. Præter capitum numeros in marginibus annotatos, inscripti sunt passim mediis paginis numeri multò plures, quorum idem usus qui suprà, ubi de Symeonis Sethi opere. Libro primo duplex index præfixus, unus capitum, alter materiarum; item libro secundo & tertio; at libro quarto solus materiarum index præscriptus. Ad calcem ejusdem libri accessit index trium deinceps librorum, & is quidem duplex, ut suprà. Nota indicem materiarum libri cujusque accommodatum esse ad numeros mediis paginis inscriptos, præterquàm in duobus libris ultimis, qui ejusmodi numeris carent.

Is codex plurium librariorum manu diversa, maximam tamen partem, sub finem sæculi decimi quarti exaratus videtur.

MMCCXXV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Meletii* Monachi tractatus de natura hominis.

2.° *Nemesii,* Episcopi Emeseni, liber de eodem argumento.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCXXVI.

Codex chartaceus, olim domini de Gaignieres. Ibi continetur *Meletii* Monachi de natura hominis tractatus, hactenùs Græcè ineditus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Meletii* Monachi tractatus de natura hominis, è Scriptoribus, partim ecclesiasticis, partim profanis collectus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCXXVIII.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, quo continentur:

1.° *Symeonis Sethi* de cibariorum, condimentorum, aromatum, odoramentorum & aliorum quorumdam simplicium facultatibus syntagma, ordine alphabetico dispositum. Præfixus capitum index, cujus pars major desideratur. Sub finem desunt multa.

2.° Anonymi de iis quæ ad magis aut minùs purgandum sunt idonea, liber, ex antiquioribus, ut videtur, Medicis collectus.

3.° Anonymus, de unctionibus quæ ad morbos levandos conferre possunt.

4.° Anonymus, de eodem argumento.

5.° Remedia varia, è variis auctoribus petita.

6.° Excerpta de urinis, ex Avicenna.

7.° *Rhazæ* de pestilentia liber, qui ab *Actuario* Græcè conversus dicitur.

8.° *Galenus,* de venæ sectione.

9.° *Epiphanius,* de duodecim gemmis.

10.° Anonymi remedia varia.

11.° *Stephani* Philosophi de variis febrium generibus liber.

12.° Excerpta de excrementis, è Theophilo.

13.° Excerpta alia de pulsibus & urinis.

14.° *Galeni* commentarius in Hippocratis prognostica.

15.° *Theophili* commentarius in Hippocratis aphorismos.

16.° *Aëtius* de febribus, & de illarum curandarum ratione.

17.° Idem, de morbis qui oculos vexare solent. Præfixus index capitum.

18.° Idem, de hepatis morbis, & sanguinis fluxu; præfixus quoque index capitum.

19.° Anonymi de diæta liber, manu recentiore scriptus.

Hujusce codicis pars chartacea, sæculo decimo quarto, membranacea duodecimo videtur exarata.

MMCCXXIX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Symeonis Sethi* de cibariorum, condimentorum, aromatum, odoramentorum & aliorum quorumdam simplicium facultatibus, liber, ordine alphabetico dispositus.

2.° Prognostica, & alia quædam ad astrologiam judiciariam pertinentia.

3.° *Hippocratis* vel *Dioclis* epiſtola ad Ptolemæum Regem.

4.° *Hippocratis* prognoſtica.

5.° Tractatus de urinis, è Theophili dictantis ore exceptus.

6.° *Stephani* Athenienſis commentarius in librum Magni de urinis.

7.° *Galenus*, de pulſibus.

8.° Aliud opuſculum de eodem argumento.

9.° *Theophili*, protoſpatharii & archiatri, tractatus de pulſibus.

10.° *Michaëlis Pſelli* jatricon, ubi de morborum cauſis, horumque curandorum ratione, ad Conſtantinum Porphyrogenitum.

11.° Medicinæ compendium, quo de variis medicamentorum generibus diſſeritur. Auctoris nomen non comparet.

12.° Anonymus, de emplaſtris.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCCXXX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Symeonis Sethi*, Protoveſtiarii Antiocheni, de cibariorum, condimentorum, aromatum, odoramentorum & aliorum quorumdam ſimplicium facultatibus, ſyntagma, ordine alphabetico diſpoſitum.

2.° Selecta quædam è Galeno, ubi de variis morborum generibus, remediiſque ad illorum curationem maximè idoneis. Præmittitur capitum index.

3.° *Michaëlis Pſelli* theorematum medicorum collectio, ad Conſtantinum Porphyrogenitum, Imperatorem. Opus capitibus ducentis & quinque comprehenſum. Præfixus illorum index.

4.° *Galenus*, de diæta & morbis curandis, ad Patricium anteceſſorem. Accedunt anonymi problemata phyſica & medica; item *Alexandri Aphrodiſæi* problemata ſimilia. Præmittitur horum omnium index locupletiſſimus.

5.° Selecta quædam ex Aëtii ſcriptis. Præfixus index capitum.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCXXXI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Symeonis Sethi* de cibariorum, condimentorum, aromatum, odoramentorum & aliorum quorumdam ſimplicium facultatibus ſyntagma, ordine alphabetico diſpoſitum.

2.° Liber inſcriptus kalila we damna, à *Symeone Sethi* ex Arabica lingua in Græcam converſus. Sequuntur *Georgii Ceramei* verſus iambici in hujuſce operis laudem.

3.° *Michaëlis Pſelli* quæſtiones ad theologiam, moralem & phyſicam pertinentes.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCXXXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Actuarii* de urinis libri ſeptem.

2.° Ejuſdem de actionibus & affectibus ſpiritus animalis, ejuſque victu ac nutritione libri duo.

3.° *Galeni* de medendi methodo liber tertius. Sub finem quædam deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCXXXIII.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur *Joannis Actuarii* libri quinque, Alexio Apocaucho nuncupati. Is eſt ordo:

1.° De morbis dignoſcendis libri duo.

2.° De ratione medendi libri totidem.

3.° De medicamentorum compoſitione, liber primus. Singulis libris præfixus index capitum, præterquàm primo: ad calcem libri ultimi acceſſit index capitum libri ſecundi de medicamentorum compoſitione; liber ipſe deſideratur.

Is codex manu elegante Angeli Vergetii ſæculo decimo ſexto exaratus eſt.

MMCCXXXIV.

Codex chartaceus, olim domini de Gaignieres. Ibi continentur de actionibus & affectibus ſpiritus animalis, ejuſque victu ac nutritione libri duo. Auctoris nomen non comparet; eſt autem is *Actuarius*, ſive *Joannes*, Zachariæ filius. Ad marginem conjectæ emendationes quædam non contemnendæ.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCXXXV.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continentur:

1.° *Actuarii* de medicamentorum compositione liber quintus. Præfixus index capitum.

2.° Ejusdem de medendi methodo liber quartus; præfixus etiam index capitum.

3.° Excerpta è Symeonis Sethi opere de cibariorum facultatibus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCXXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Medicinæ totius compendium, in capita ducenta & sexaginta divisum. Ad marginem primæ paginæ annotatum reperias hujusce operis auctorem esse *Joannem* archiatrum.

2.° Duo lunæ latercula.

3.° Aliud laterculum, ad Pascha faciliùs inveniendum accommodatum. Sancto *Joanni* Damasceno tribuitur.

3.° Anonymus de oleis, & de illorum in re medica usu.

5.° De morbis & illorum curandorum ratione tractatus, cùm è veteribus, tùm è recentioribus Medicis collectus.

6.° Totius artis medicæ synopsis ad Constantinum Porphyrogenitum, Imperatorem, auctore *Michaële Psello.*

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCXXXVII.

Codex membranaceus, quo continentur *Nicolai Myrepsi* de compositione medicamentorum libri viginti quatuor, ordine alphabetico dispositi.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCXXXVIII.

Codex chartaceus, à Nicolao Toinardo Bibliothecæ regiæ testamento legatus. Ibi continentur *Nicolai Myrepsi* de compositione medicamentorum libri viginti quatuor, ordine alphabetico dispositi; initio autem hæc annotata reperias: *Codex hic manuscriptus V. C. Taboroti ecclesiæ Lingonensis canonici, beneficio & diligentia conjunctissimi P. Blasii ejusdem ecclesiæ canonici, Parisiorum Lutetiam delatus, idibus octobris anni 1654. restitutus aliquot locis desideratis ex fide antiquissimi codicis manuscripti Bibliothecæ regiæ, in charta pergamena exarati n.° 1177. qui olim Francisco, Regi Christianissimo, dono datus, ut ex ipsis verbis, propria dantis manu exaratis folio verso, constat:* κτῆμα Ἀντωνίου τοῦ ἐπάρχου, ὃ δέδωκε τῷ ἐπιφανεστάτῳ Φραγκίσκῳ, τῷ κραταιῷ βασιλεῖ Κελτῶν, εἰς εὐχαριστίας σημεῖον. *Nicolaus inter postremi ævi scriptores Græcos recensendus, jam corrupta Græcæ linguæ puritate, ut ex styli barbarie liquet; tùm quod Mesuæum laudet sect.* περὶ κοκκίων. *art. 118. quo habentur* κόκκια ἀώρεια καλούμενα αὐτοῦ Μεσουᾶ. *Vixit autem Mesuæus sub annum Christi 1161. Meminit quoque Actuarii, qui Zachariæ filius, libros duos de spiritu animali inscripsit ad Josephum Racendytam; qui videtur is monachus ob avaritiam traductus à Niceta Choniata ad calcem libri secundi de rebus gestis Alexii Angeli, qui circa annum Christi 1194. imperavit; sed & meminit inter antidotos num. 292. antidoti, quæ ab auctore audit* τοῦ Συγκέλλου ἡ βασιλική, *& sequentis, quæ* Μιχαὴλ τοῦ Συγκέλλου, *& num. 439. alterius quæ dicitur* κατὰ Λέοντος δρουγγαρίου, *quæ nomina munerum Græci imperii labentis.*

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCXXXIX.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Opus medicum, quod peregrinantium viaticum inscribitur, ex Arabica lingua in Græcam à *Constantino Rhegino* conversum.

2.° *Joannis* Damasceni, vulgò *Mesues,* de medicamentis ad purgandum imprimis idoneis tractatus.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCXL.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Charitonis* liber de pastillis, pilulis, zulapiis & clysteribus.

2.° *Paulus Ægineta,* de remediis succedaneis.

3.° Excerpta ex Oribasio de antidotis, emplastris & unctionibus.

4.° Excerpta ex eodem. Ibi de plantis & metallis sermo fit.

5.° Excerpta de rebus venereis è Galeno & Rufo Ephesio.

6.° *Meletii* versus politici de urinis illarumque differentia.

7.° Excerpta de brassica è Mnesitheo Cyziceno.

8.° *Hippocratis*, vel, ut alii malunt, *Alexandri* Medici epiſtola de diæta.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCXLI.

Codex chartaceus, quo continetur *Iſaaci Iſraëlitæ*, Medici apud Arabas præſtantiſſimi, viaticorum metaphraſis è Conſtantis Memphitæ dictantis ore excepta. Ibi de variis morborum generibus & remediis ad illos curandos idoneis diſſeritur.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCXLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Georgii Sanginatii*, Conſulis Romanorum & Comitis, opuſculum de pulſibus, hactenùs ineditum.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCXLIII.

Codex membranaceus, ab Antonio Eparcho Franciſco I. oblatus. Ibi continentur:

1.° Anonymi variæ antidotorum ſpecies, ordine alphabetico diſpoſitæ.

2.° *Nicolai Myrepſi* de compoſitione medicamentorum libri viginti quatuor, ordine alphabetico digeſti.

3.° *Oribaſius*, de ponderibus & menſuris.

4.° Ῥικτολόγιον, ſive prognoſtica de rebus futuris, è variis evangeliorum locis ducta.

5.° Anonymus, de diebus fauſtis aut infauſtis.

6.° Anonymus alter, de eodem argumento.

7.° Anonymus, de menſibus, duodecim zodiaci ſignis & ſeptem planetis, quatenùs ad aſtrologiam judiciariam referuntur.

8.° Tabulæ ad Paſcha faciliùs inveniendum accommodatæ.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCXLIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hieroclis* de curandis equorum morbis libri duo. Singulis fermè paginis exhibentur equorum icones rudi manu delineatæ.

2.° Remedia ad varios morbos curandos accommodata. Initium & finis deſiderantur.

3.° Opus inſcriptum ἐκτοχόρτλιον τοῦ λαμπούδη. Ibi de equorum morbis, & illorum curandorum ratione.

4.° *Hieronis* & *Apſyrti* opuſcula de eodem argumento.

5.° Anonymus de febribus, & remediis quibus curari poſſunt.

6.° Anonymus, de alimentorum facultatibus. Initium deſideratur.

7.° *Dioclis* epiſtola ad Antigonum Regem.

8.° *Pauli* Philoſophi introductio de anno. Incipit πᾶς κυκλὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ.

9.° Anonymi opuſculum de cometis. Incipit φαμὲν τοὺς κομήτας.

10.° Anonymi tractatus de aſtrologia judiciaria. Initium deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCXLV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Hippiatricum, ſive collectanea è variis ſcriptoribus, de curandis equorum morbis.

2.° Nonnulla de ponderibus & menſuris.

3.° Libri de curandis avium morbis capita nonnulla.

Is codex Antonii Damilæ manu ſæculo decimo quinto exaratus eſt.

MMCCXLVI.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° Orneoſophium, ſive de re accipitraria tractatus. Deſideratur nomen auctoris; eſt autem is *Demetrius* Conſtantinopolitanus.

2.° Anonymi orneoſophium aliud, ſermone incondito & barbaro.

3.° Anonymi cynoſophium, ſive de cura canum.

4.° *Galeni* de febrium differentia libri duo.

5.° Ejuſdem de criſibus libri tres. Singulis præfixus capitum index.

6.° Ejuſdem de diebus decretoriis libri tres, quibus etiam ſingulis præfixus capitum index, præterquàm tertio.

7.° Ejuſdem introductio, ſive medicus. Deſiderantur folia decem.

Is codex diverſa manu ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCXLVII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continetur *Nicetæ* Medici collectio, sive rei chirurgicæ capita quingenta & octodecim, è veterum medicorum libris excerpta, hoc ordine:

1.° *Hippocratis* de Medici officina caput unum.

2.° Ejusdem de fracturis capita septem.

3.° Ejusdem de articulis capita triginta duo.

4.° Ejusdem de capitis vulneribus caput unum.

5.° Ejusdem, vectiarii caput unum.

6.° *Galeni* de fracturis capita quinque.

7.° Ejusdem, ut & *Oribasii*, de fracturis capita quinque.

8.° Ex Heliodoro, de capitis vulneribus capita tria.

9.° Ex eodem, de fracturis capita undecim.

10.° E Galeno, de capitis vulneribus caput unum.

11.° Ex Heliodoro, de carie in capitis osse caput unum.

12.° Ex Archigene capita quatuor περὶ ὑποδραμόντος αἵματος, περὶ μελανίας, περὶ ὑπερσαρκώσεως, & περὶ τῶν ῥαφῶν διαστάσεως.

13.° Ex Antyllo περὶ ὑδροκεφάλων caput unum.

14.° Ex Heliodoro capita duo περὶ ὀστώδους ἐπιφύσεως & περὶ ἀλωπεκίας.

15.° *Oribasii* è Galeno.

16.° *Asclepiadis* Bithyni caput unum ὅτι καὶ διὰ νόσον χρονίαν ἐξάρθρεοί τινες γίγνονται.

17.° *Archigenis* περὶ τῶν ἀφαιρεθησομένων μερῶν caput unum.

18.° *Heliodori* περὶ ἀκρωτηριασμοῦ caput unum.

19.° Ex Heliodoro, de digitis capita tria.

20.° *Oribasii* ἐκ τῶν Ἡρακλᾶ· πῶς πλέκονται οἱ βρόχοι capita octodecim.

21.° E Galeno, de fasciis caput unum.

22.° Ex Heliodoro capita ejusdem argumenti quadraginta novem.

23.° *Oribasii* ex Heliodoro περὶ διαφόρων καταρτισμῶν capita quinque.

24.° De machinamentis excerpta è Galeni, Heliodori, Nilei, Apellidis, Rufi & Hippocratis operibus.

25.° *Apollonii* Citiei, de articulis capita triginta septem. Accesserunt tabellæ viginti octo elegantes, atramento Sinensi diluto adumbratæ.

26.° Sorani περὶ σημείων καταγμάτων ἐπὶ κρανίου capita viginti tria.

27.° Ejusdem de fasciis capita sexaginta & unum. Figuræ quinquaginta octo, eodem, quo suprà, atramento, adumbratæ.

28.° *Pauli Æginetæ* de fracturis capita viginti sex.

29.° Ejusdem περὶ ἐξαρθρημάτων capita quatuordecim.

30.° *Galeni* de ossibus capita viginti sex.

31.° *Rufi* Ephesii nomenclatio partium corporis humani, caput unum.

32.° Ejusdem de ossibus caput unum.

33.° *Galeni* de fasciis capita centum & octo; intermixta nonnulla è Dioclis, Glaucii, Perigenis, Amyntæ, Monceratis, Hippocratis, Sostrati, Apollonii junioris, & Apollonii τοῦ θηρὸς scriptis.

34.° *Palladii* scholia in Hippocratis librum de fracturis.

35.° *Galeni* commentariorum in librum Hippocratis de articulis, libri quatuor.

Præfixus index Græcus omnium & singulorum capitum. Indici subjuncta poëmata tria de collectione & auctore collectionis; item *Joannis Lascaris* epigramma in laudem Joannis Santurinei, Rhodii.

Is codex manu Christophori Auveri descriptus è codice Nicolai Rodulphi Cardinalis, qui hoc apographum Francisco I. donum misit.

MMCCXLVIII.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continetur *Nicetæ* collectio, sive rei chirurgicæ capita quingenta & octodecim, è veterum medicorum libris excerpta. Præmittuntur:

1.° Versus elegiaci triginta octo, de utilitate & de auctore collectionis.

2.° Index copiosissimus omnium & singulorum capitum.

3.° Poëmatia tria iambica ejusdem argumenti, cujus elegiaci versus de quibus suprà. Eumdem puto & elegorum & iamborum auctorem *Janum Lascarim*.

4.° Collectionem sequuntur figuræ laqueorum, fasciarum & operationum chirurgicarum manu rudi delineatæ. Illas expressit

Joannes Santurineus, Rhodius; atque huc pertinet epigramma Jani Lascaris.

Is codex è veteri codice membranaceo Rodulphi Cardinalis, manu Balsamonis cujusdam descriptus dicitur, atque ex Italia in Galliam cum cæteris Rodulphi codicibus per Petrum Strozium advectus.

MMCCXLIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Zosimus,* de virtute & compositione aquarum.

2.° Idem, de aqua divina.

3.° Idem, de auri conficiendi ratione.

4.° Quomodo grando sphærica fieri possit. Opusculi illius auctor dicitur *Salmana* Arabs.

5.° *Cosmas* Hieromonachus, de auri conficiendi ratione.

6.° *Heliodorus* Philosophus, de arte sacra chymicorum, ad Theodosium Imperatorem.

7.° *Theophrastus* Philosophus, de sacra & divina arte.

8.° *Hierothei, Archelai, Pelagii* & *Ostanis,* Philosophorum, opuscula de eodem argumento.

9.° *Olympiodori,* Philosophi Alexandrini, in Zosimum, Mercurium, aliosque Philosophos expositio.

10.° *Zosimus,* de instrumentis chymicis & fornacibus.

11.° Anonymus, de lapide philosophico.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCL.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Olympiodori,* Philosophi Alexandrini, de divina & sacra arte lapidis philosophici tractatus.

2.° Anonymus, de aquæ divinæ dealbatione.

3.° Anonymus, de auri faciendi ratione.

4.° *Isidis,* Ægypti Reginæ, de sacra arte liber ad filium suum Horum.

5.° *Joannis* Damasceni, vel potiùs *Philippi* Solitarii versus politici è dioptra.

6.° Iambi è mystica chymia.

7.° Quænam fossilia planetæ cuique attribuantur.

8.° Nomina auctorum artis sacræ; sunt autem illi Plato, Aristoteles, Mercurius, Joannes Pontifex τῆς ἐν Εὐαγίᾳ τῇ θείᾳ, Democritus, Zosimus, Olympiodorus magnus, Stephanus Philosophus, Sophar Persa, Synesius, Dioscorus, Sacerdos magni Serapidis Alexandriæ, Hostanes Ægyptius, Comarius Ægyptius, Maria, Cleopatra, Porphyrius, Pebechius, Pelagius, Agathodæmon, Heraclius Imperator, Theophrastus, Archelaüs, Petasius, Claudianus, Petosiris, Sergius, Memnon Philosophus. Addit auctor divinam illam artem in Ægypto, Thracia, Cypro, in urbe Alexandria, & templo Memphitico potissimùm excoli.

9.° Lexicon alphabeticum metallorum ac fossilium, quorum in hocce libro mentio fit.

10.° Notarum & characterum artis sacræ explicatio alphabetica. Desiderantur notæ & characteres.

Is codex manu perquàm recente exaratus est.

MMCCLI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur *Christiani* Alchymistæ tractatus περὶ τῆς εὐσταθείας τοῦ χρυσοῦ, quem Latinus interpres sic convertendum esse duxit, de bona auri constitutione. Constat hic liber capitibus quinquaginta tribus, quorum trigesimum quintum inscribitur, *Zosimi* Panopolitæ opus sincerum, de auri & argenti faciendi sacra & divina arte, in epitomen contractum; trigesimum quartum, περὶ τῶν ὑποστατῶν τεσσάρων σωμάτων, juxta Democriti mentem; quinquagesimum secundum verò, sapientissimæ *Mariæ* de lapide philosophico præscripta. Accessit Latina interpretatio ad caput primum, & ad capitis secundi paginas duas primas. Notæ etiam in marginibus numero paucæ, & circà initium libri.

Is codex manu rudi & perquàm recente exaratus est.

MMCCLII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Anonymi expositio in librum Comarii Philosophi & Pontificis, qui Cleopatram docuit sacram & divinam artem lapidis philosophici.

2.° *Pelagii* Philosophi de sacra & divina arte liber.

3.° Ejusdem argumenti tractatus, auctore *Joanne* Pontifice τοῦ ἐν Εὐαγίᾳ.

4.° Anonymi opusculum de lapide philosophico.

5.° Ovum Philosophorum.

6.° Anonymus, de fuliginibus, vel scintillis.

7.° Anonymus, de dealbatione.

8.° *Zosimi* Panopolitæ, genuinæ commentationes de aqua divina.

9.° Anonymi institutio illorum qui ad sacram artem tractandam accedunt.

10.° Anonymus, de aqua divina.

11.° *Zosimi* capita ad Theodorum.

12.° Ejusdem de virtute & compositione aquarum actiones tres.

13.° Anonymi commentarius in librum Zosimi Panopolitæ, de virtute & interpretatione.

14.° Anonymus, de lapide philosophico.

15.° Anonymi, ejusdem argumenti fusior explicatio.

16.° Anonymus, de divina arte Philosophorum.

17.° Auri faciendi ratio ex præscripto Mariæ.

Is codex manu rudi & perquàm recente exaratus est. Paginæ alternæ vacant, ac Latinæ interpretationi locum præbent.

MEDICI.

In-quarto.

MMCCLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Hippocratis* prænotiones.

2.° Idem, de alimento.

3.° Idem, de ptisana. Conjecta ad marginem scholia quædam Latina.

4.° Idem, de humoribus.

5.° Idem, de humidorum usu.

6.° *Thessali* oratio ad Athenienses.

7.° *Hippocrates*, de arte, sive quòd medicina sit ars.

8.° Idem, de natura hominis.

9.° Idem, de flatibus.

10.° Idem, de locis in homine, sive de corporis humani partibus.

11.° Idem, de vetere medicina.

12.° Idem, de morbis popularibus; verùm multa reperias in editis quæ in hoc nostro codice non occurrunt.

13.° *Galeni* de usu partium liber decimus, decimus quartus & decimus quintus, cujus una tantùm pagina superest.

Is codex Michaëlis cujusdam calligraphi manu, sæculo, ut videtur, undecimo, exaratus est.

MMCCLIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hippocratis* liber de victu ac diæta in morbis acutis servanda.

2.° Idem, de ptisana.

3.° Ejusdem vectiarius, sive de luxatorum ossium repositione.

4.° Idem, de ossium natura.

5.° Idem, de fracturis.

6.° Idem, de fœtus exsectione.

7.° Ejusdem de morbis mulierum libri duo.

8.° Idem, de sterilibus.

9.° Idem, de superfœtatione.

10.° Idem, de septimestri partu.

11.° Idem, de partu octimestri.

12.° Idem, de natura muliebri.

13.° Idem, de infantis exsectione.

14.° Ejusdem prædictorum libri duo Nonnumquam inter lineas glossæ: conjecta ad marginem scholia quædam.

15.° Idem, de morbo sacro, sive de epilepsia.

16.° Idem, de fistulis.

17.° Idem, de hæmorroïdibus.

18.° Ejusdem coacæ prænotiones.

19.° Ejusdem de morbis popularibus libri septem.

20.° Ejusdem epistolæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCLV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hippocratis* jusjurandum. Præmittuntur index rerum magis memoratu dignarum, de quibus in eo volumine differitur, decretum Atheniensium in Hippocratis gratiam, *Galeni* lexicon, & Hippocratis vita, *Sorano* auctore.

2.° Ejusdem lex illis præscribenda, qui medicinam facere instituunt.

3.° Idem, de arte, sive quòd medicina sit ars.

4.° Ejusdem præcepta medica.

5.° Idem, de Medici decoro.

6.° Idem, de natura humana.

7.° Idem, de genitura.

8.° Idem, de natura pueri in partu, & gravidarum puerperarumque conditione.

9.° Idem, de articulis.

10.° Idem, de humoribus.

11.° Idem, de alimento.

12.° Idem, de ulceribus.

13.° Idem, de sacro morbo, sive de epilepsia.

14.° Ejusdem de morbis libri quatuor.

15.° Idem, de affectionibus.

16.° Idem, de internis affectionibus.

17.° Ejusdem de diæta libri tres.

18.° Idem, de insomniis.

19.° Idem, de visu.

20.° Idem, de diebus criticis, sive decretoriis.

21.° Idem, de Medico, sive Medici officiis.

22.° Idem, de principiis aut carnibus.

23.° Idem, de dentitione.

24.° Idem, de anatomia corporis humani.

25.° Idem, de corde.

26.° Idem, de glandulis.

27.° Idem, de locis in homine, sive partibus corporis humani.

28.° Idem, de aëribus, aquis & locis.

29.° Idem, de humidorum usu.

30.° Idem, de crisibus.

31.° Ejusdem aphorismi.

32.° Ejusdem prænotiones.

33.° Idem, de capitis vulneribus.

34.° Idem, de annorum prænotione.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCLVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hippocratis* aphorismi. Præmittuntur versus iambici, ut & humani corporis figura.

2.° Ejusdem prognosticon.

3.° *Aëtii* Amideni, Comitis obsequii, synopsis simplicium Galeni medicamentorum. Constat libris duobus, quorum secundo præfixus index capitum.

4.° *Actuarii*, Zachariæ filii, de urinis libri duo. Utrique præfixus index capitum.

5.° Ejusdem de urinis libri septem. Singulis præmittitur capitum index.

6.° Ejusdem de actione & affectibus spiritus animalis, ejusque victu ac nutritione, ad Josephum Racendytam.

7.° Ejusdem de medendi methodo libri quinque, quibus præfixa est epistola ad Apocauchum. Ad calcem occurrunt quædam de mensuris.

8.° Antidotorum & trochiscorum compositiones variæ.

9.° Confectiones emplastrorum. Præfixus index capitum; sunt quinque & octoginta.

10.° Viri sapientissimi, *Hale* ab Indis, *Abitziani* ab Italis appellati, tractatus de urinis.

11.° *Galeni* liber de cruditate.

12.° *Neophyti* Monachi Prodromeni, tractatus de plantis, aliisque rebus ad curandos morbos idoneis; opus ineditum, & ordine alphabetico dispositum ἀμαραντὸν καὶ λευκανθημόν.

13.° Aliud ejusdem argumenti opus, ordine item alphabetico, ex Aëtii scriptis ab anonymo excerptum.

14.° Anonymi liber de remediis quæ ex animalibus peti possunt. Incipit Ἀετὸς μέγιστον ἐστὶν ὀρνέων.

15.° *Hermetis Trismegisti* liber ad Asclepium, de plantis quæ planetis subjacent.

16.° Aliud opusculum ejusdem argumenti.

17.° *Hermetis Trismegisti* liber de decanis, ad Asclepium.

18.° Ejusdem ad eumdem liber de plantis quæ duodecim zodiaci signis subjacent.

19.° Epistola *Pythagoræ* ad Telangem, de laterculis magicis.

20.° Anonymi orneosophion breve.

21.° *Michaëlis Attaliatæ* promptuarium juris.

Is codex elegante Demetrii Pepagomeni manu exaratus est.

MMCCLVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hippocratis* aphorismi. Passim inter lineas glossæ; subjectus autem singulis aphorismis anonymi commentarius.

2.° *Galeni*

2.° *Galeni* in Hippocratis prognostica, commentariorum libri tres.

3.° Anonymi decastichon iambicum de balnei utilitate. Sequitur ænigma quoddam.

4.° *Gregorius* Thaumaturgus, de anima. Incipit τὸν περὶ τῆς ψυχῆς λόγον.

5.° *Meletii* Monachi tractatus de natura hominis, ex ecclesiasticorum auctorum & profanorum scriptis collectus.

6.° *Aristoteles,* de mundo, ad Alexandrum.

7.° *Theophili* tractatus de urinis.

8.° Anonymi liber de pulsibus. Initium τῶν ἀρτηρειῶν ἡ κίνησις.

9.° *Theophili* protospatharii & jatrosophistæ tractatus de pulsibus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLVIII.

Codex chartaceus, quo continentur *Hippocratis* aphorismi.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLIX.

Codex chartaceus, quo continentur *Hippocratis* aphorismi.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLX.

Codex chartaceus, ab Antonio Eparcho Francisco I. oblatus. Ibi continentur:

1.° *Hippocratis* aphorismi, adjunctis anonymi commentariis.

2.° *Magni* tractatus de urinis, è Philothei dictantis ore exceptus. Incipit τὸν περὶ τὸ τῶν οὔρων διαφορᾶς πραγματείαν. In aliis codicibus Theophilo tribuitur.

3.° Anonymus, de urinis. Initium τῶν οὔρων πολλά.

4.° *Avicenna* de urinis, ex Arabica lingua in Græcam conversus.

5.° Excerpta è Galeno, de urinis.

6.° *Actuarius,* de urinis.

7.° *Galenus* ad Teuthram, de urinis.

8.° Idem, de febrium differentiis.

9.° *Avicenna,* de urinis.

10.° Idem, de somno.

11.° *Stephani* Philosophi in Magni librum de urinis commentarius. Initium περὶ οὔρων προθέμενος γράψαι.

12.° *Galenus,* de remediis simplicibus.

13.° *Symeonis Magistri,* Philosophi Seth, tractatus de alimentorum facultate.

14.° *Dioscorides,* de plantis. Pars major desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCLXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Rufi* Ephesii de appellationibus partium corporis humani libri tres.

2.° *Oribasii* collectiones medicæ, eædem omninò cum editis. Præfixus index capitum.

3.° Anonymi solutiones quæstionum nonnullarum quæ ad medicinam & ad physicam pertinent. Initium διὰ τί φησιν ὁ Ἱπποκράτης.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXII.

Codex chartaceus, olim Nicolai Toinardi. Ibi continentur:

1.° *Rufus* Ephesius, de appellationibus partium corporis humani. Annotavit ad marginem vir doctus aliquis, quibus in rebus noster hic codex à libris editis discrepet.

2.° *Oribasii* collectiones, adjectis similibus viri docti notis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Rufi* Ephesii de appellationibus partium corporis humani tractatus.

2.° *Oribasii* collectiones medicæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Rufus* Ephesius, de partibus corporis humani. Ad marginem leguntur vocum quarumdam Græcarum Latinæ explicationes.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Galeni* ars medica. Conjectæ ad marginem notulæ quædam.

2.° Ejuſdem de morbis curandis libri duo ad Glauconem.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCCLXVI.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Galeni* in Hippocratis prognoſtica, commentariorum libri ſex.

2.° Ejuſdem commentarius in Hippocratis aphoriſmos.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCLXVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* de febrium differentiis libri duo. Conjecta ad marginem ſcholia quædam.

2.° *Stephani* tractatus ejuſdem argumenti, cum ſimilibus ſcholiis.

3.° *Galenus*, de ptiſana, & illius conficiendæ ratione. Ibi quoque ſcholia nonnulla.

4.° Ejuſdem de temperamentis libri tres. Præfixus capitum index.

5.° Ejuſdem de facultatibus naturalibus libri tres.

6.° Idem, de temperamentis juxta Hippocratis placita.

Is codex ſub finem ſæculi decimi quarti exaratus videtur.

MMCCLXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur *Galeni* commentarius in Hippocratis aphoriſmos.

Is codex ſub finem ſæculi decimi quarti exaratus videtur.

MMCCLXIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* de morbis curandis ad Glauconem libri duo.

2.° *Hippocratis* prognoſticorum libri tres.

3.° *Palladii* brevis commentarius de febribus.

4.° Excerpta ex Hippocrate aliiſque celebrioribus medicis. Ibi de urinis diſſeritur.

5.° *Galeni* præſagium experientia confirmatum.

6.° Anonymi excerpta è Galeno aliiſque medicis, de venæ ſectione.

7.° Anonymi excerpta ex Hippocrate, de eodem argumento.

8.° *Galenus*, de præſagitione ex urinis. Præfixus capitum index.

9.° Idem, de paroxyſmorum temporibus.

10.° Idem, de febri ſemi-tertiana.

11.° Idem, de vulvæ ſectione.

12.° Idem, de præſagitione ex inſomniis.

13.° Idem, de morbi totius temporibus.

14.° Ejuſdem conſilium puero qui morbo comitiali laborabat.

15.° Idem, de atra bile.

16.° Idem, de tremore, palpitatione, rigore & convulſione.

17.° Idem, de hirudinibus, revulſione, cucurbitula & conciſione cutis.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCLXX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* introductio, ſive medicus. Initio deſiderantur folia aliquot.

2.° Ejuſdem de paroxyſmorum temporibus liber.

3.° Idem, de morbi totius temporibus.

4.° Idem, de uteri diſſectione.

5.° Ejuſdem conſilium puero qui morbo comitiali laborabat.

6.° Idem, de atra bile.

7.° Idem, de palpitationibus.

8.° Idem, de arte medica.

9.° Idem, de morbis mulierum.

10.° Anonymi de utero opuſculum.

11.° *Joannis Actuarii*, Zachariæ filii, de urinis libri ſeptem.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCLXXI.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur:

1.° *Galeni* ars medica.

2.° Ejuſdem introductio, ſive medicus. Præfixus capitum index.

3.° Ejuſdem de paroxyſmorum temporibus liber.

4.° Idem, de morbis oculorum. Præmittitur capitum index.

5.° Idem, de palpitatione, tremore & rigore.

6.° Idem, de vulvæ ſectione.

7.° Idem, de melancholia.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCLXXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* de febrium differentiis libri duo. Ad marginem conjecta ſcholia quædam.

2.° Ejuſdem de criſibus libri tres, cum ſimilibus ſcholiis.

3.° Ejuſdem de diebus decretoriis libri tres, cum ſimilibus ſcholiis.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCLXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Galeni* ars parva. Conjectæ ad marginem notæ & emendationes nonnullæ.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCLXXIV.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur *Galeni* de methodo in morbis curandis adhibenda, libri quatuordecim.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCLXXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Cleopatræ* de menſuris & ponderibus opuſculum, quod inter Galeni tractatus editum eſt. Vide tom. 4.

2.° Explicatio notarum quæ in chymicorum ſcriptis occurrunt.

3.° Anonymi lexicon, quo exponuntur voces à chymicis uſurpari ſolitæ. Incipit ἀφαίρεμά ἐστι.

4.° *Democriti* ſcriptum, cujus titulus φυσικὴ καὶ μυστική, ubi de rebus ad chymiam ſpectantibus diſſeritur.

5.° *Syneſii* ad Dioſcorum commentarius in librum Democriti, de quo ſupra.

6.° *Stephani,* Philoſophi œcumenici, de divina & ſacra arte auri conficiendi lectiones novem, ad Imperatorem Heraclium.

7.° *Zoſimi* Panopolitæ commentarius, ubi de rebus chymicis.

8.° *Chriſtiani* ſcriptoris opuſculum de aqua divina.

9.° Ejuſdem tractatus de rebus chymicis.

10.° *Zoſimus* Panopolita, de ſacra arte.

11.° Anonymus, de unionibus & lapidibus pretioſis conficiendis.

12.° Anonymus, de tinctura auri à Perſis inventi temporibus Philippi Macedonis.

13.° Anonymus, de tinctura ferri, plumbi, &c.

14.° *Coſmæ* Preſbyteri opuſculum, quo explicatur auri conficiendi ratio.

Is codex Manuëlis Roſati manu anno Chriſti 1467. exaratus eſt.

MMCCLXXVI.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur:

1.° *Galeni* in librum Hippocratis de diæta commentarius.

2.° Epigrammata quædam ſelecta è libro primo anthologiæ.

3.° *Galeni* de febrium differentia libri duo.

4.° *Stephani* tractatus ejuſdem argumenti.

5.° *Galeni* liber de dignotione ex inſomniis.

6.° Ejuſdem ad Teuthram epiſtola de pulſibus.

7.° *Georgii Sanginaticii,* Comitis Palatini Lateranenſis, verſus politici de partibus corporis, ad Nicolaum V. ſummum Pontificem.

8.° Remedium adversùs calculum.

9.° *Plutarchi* de placitis Philoſophorum tractatus fragmentum, ubi de divinatione.

10.° Anonymus, de infante in utero.

11.° *Archigenes* & *Philagrius,* de renum calculis.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCLXXVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* ars parva.

2.° *Theophraſti* opuſculum de piſcibus in ſicco degentibus.

3.° Idem, de ventis.

4.° Idem, de odoribus.

5.° *Ariſtotelis* tractatus de Xenophonte, Zenone & Gorgia.

6.° *Theophrastus,* de igne.

7.° Ejusdem metaphysicorum fragmentum.

8.° Idem, de lapidibus.

9.° Idem, de sudoribus.

10.° Idem, de vertigine.

11.° Idem, de lassitudinibus.

12.° *Galeni* de Hippocratis & Platonis dogmatibus liber.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* in Hippocratis aphorismos commentarius. Desideratur initium.

2.° Idem, de musculorum motu.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXXIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* de simplicium medicamentorum facultate libri duo. Singulis præfixus capitum index.

2.° Ejusdem de semine libri duo.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXXX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* de morbis curandis libri quatuordecim. Libris singulis præfixus capitum index.

2.° Ejusdem introductio, sive medicus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXXXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* de usu partium corporis humani libri septemdecim. Libris singulis præfixus capitum index.

2.° *Aristotelis* de partibus animalium libri quatuor.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXXXII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* introductio, sive medicus. Præfixus capitum index.

2.° Ejusdem definitiones medicæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXXXIII.

Codex chartaceus, quo continentur excerpta è variis Galeni tractatibus, quorum index præmittitur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXXXIV.

Codex chartaceus, quo continentur *Galeni* de symptomatum causis libri tres.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXXXV.

Codex chartaceus, quo continetur *Galeni* ars parva.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Excerpta è Dioscoridis, Galeni & Cratevæ scriptis, quibus plantarum nomina, illarumque vires, servato ordine alphabetico, exponuntur. Ad marginem conjectæ notæ satis uberes, neque illæ contemnendæ.

2.° Excerpta ex Olymnio Alexandrino, de diebus criticis, aliisque compluribus ad rem medicam pertinentibus. Non pauca ibi reperias insulsa & superstitiosa; conjectæ quoque ad margines notæ.

3.° Excerpta è Symeone Setho, ubi de animalium cùm terrestrium, tùm aquatilium, in re medica proprietatibus, unà cum scholiis.

4.° Anonymi lexicon botanicum, cum scholiis marginalibus.

5.° Remedia ad sedandos dentium dolores, ex Asclepiade, Archigene, Timocrate, Diocle, Galeno, aliisque collecta.

6.° Excerpta è Maximo Planude, de facienda ex urinis conjectura.

7.° Remedia quædam è Galeno petita, cum scholiis nonnullis.

8.° *Neophyti* Monachi collectanea ad rem medicam pertinentia, ordine alphabetico disposita; conjecta quoque ad marginem scholia.

9.° *Zoroastres,* de ortu caniculæ, illiusque significationibus.

10.° Ejusdem brontologium.

11.° *Esdras* Propheta, de septem hebdomadis diebus.

12.° Tabulæ ad inveniendum diem Paschatis accommodatæ.

13.° *Joannis*, Prisdianorum Episcopi, tractatus ineditus de urinis, ex antiquiorum Medicorum scriptis collectus. Initium τῶν περὶ τὸ τῶν οὔρων διαφορῶν.

14.° Ejusdem de intestinis collectanea, ex Archelai, Palladii, Stephani Alexandrini, veterumque Medicorum scriptis; opus ineditum. Incipit τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα.

15.° Ejusdem collectanea de excrementis. Initium οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν.

16.° Lexicon medicum. Initio folia non pauca desiderantur.

Is codex, in quo foliorum ordo perturbatus, ineunte sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Joannis Francisci Asulani, quo continentur:

1.° *Dioscorides*, de plantis. Finis desideratur; initio autem præfixus index.

2.° Lexicon in Hippocratem, cujus auctor *Galenus* fertur.

3.° Lexicon botanicum, quo explicantur vocabula ab Arabibus invecta.

4.° *Hippocratis* liber de ulceribus.

5.° Opuscula quædam Græco-barbara; ubi de variis remediorum generibus ad morborum curationem idoneis.

6.° Anonymus, de alimentis, urinis, pulsibus, &c.

7.° Viaticum peregrinantium, ex Arabica lingua in Latinam à *Constantino Rhegino* conversum.

8.° *Joannis* Damasceni, *Mesue* nempè, liber de remediis purgantibus, ex Arabica lingua Græcè conversus.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aretæi* Cappadocis, de acutorum ac diuturnorum morborum causis & signis, libri quatuor.

2.° Ejusdem de acutorum ac diuturnorum morborum curatione, libri tres. Sub finem quædam desiderantur.

3.° Ejusdem de vesicæ renumque morbis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCLXXXIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aretæi* Cappadocis, de acutorum & diuturnorum morborum causis & signis, libri quatuor. Præfixus capitum index.

2.° Ejusdem de acutorum & diuturnorum morborum curatione libri duo.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCXC.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur:

1.° *Xenocratis* de alimento quod ex aquatilibus existit, liber, editus primùm à *Joanne Alberto Fabricio*, biblioth. Græcæ tomo 9. pag. 454.

2.° Monumentum Ptolemæo Evergetæ in Adule Æthiopiæ oppido positum. Adjungitur Patriarchæ judicium de Cosmæ Indico pleustæ topographia christiana.

3.° *Albini* introductio in Platonis dialogos. Illam publici juris fecit *Joannes Albertus Fabricius*, biblioth. Græcæ tomo 2. pag. 44.

4.° *Theodori Meliteniotæ* procemium in astronomiam, editum ab *Ismaële Bullialdo* ad calcem tractatus Ptolemæi de judicandi facultate, & animi principatu.

5.° Plotini Philosophi vita, auctore *Porphyrio*.

6.° *Dionysii* Thracis ars grammatica, edita primùm à *Joanne Alberto Fabricio*, biblioth. Græcæ tomo 7. pag. 26.

Is codex è vetusto exemplari quod in illustrissimi Valachiæ Principis bibliotheca asservatur, descriptus est.

MMCCXCI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Xenocratis* tractatus de alimento quod ex aquatilibus existit.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCXCII.

Codex bombycinus, quo continentur *Pauli Æginetæ* opera, eadem omninò cum editis.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCCXCIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur *Pauli Æginetæ* de re medica libri tres priores, Græcè & Arabicè. Primi initium desideratur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCXCIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Fragmentum è capite tertio libri septimi, quem *Paulus Æгineta* de re medica conscripsit.

2.° Anonymi lexicon botanicum locupletissimum, & ordine alphabetico dispositum.

3.° Anonymus, de ponderibus & mensuris.

4.° Anonymi tractatus de urinis, è Galeni, Magni, & Theophili protospatharii scriptis collectus. Ad marginem conjecta scholia quædam, ut & icones rudi & imperita manu delineatæ.

5.° Remedia è libro Pauli Æginetæ selecta.

6.° Anonymus, de variis lapidum generibus, & remediis quæ ex iis peti possunt.

7.° Excerpta è Dioscoride, de animalibus & plantis; illarum icones ad marginem conspiciuntur.

8.° Excerpta è Paulo Ægineta.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCXCV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur *Palladii* commentarius in librum sextum Hippocratis, de morbis popularibus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCXCVI.

Codex chartaceus, olim Francisci Asulani. Ibi continetur *Theophili* Philosophi commentarius in aphorismos Hippocratis.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCXCVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur *Theophili* de humani corporis fabrica libri quinque. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCXCVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Stephani Magnetis* empirica, ubi de variis morborum generibus, illorumque curandorum ratione, differitur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCXCIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Meletii* Monachi tractatus de natura hominis, ex ecclesiasticis & profanis Scriptoribus collectus. Præfixus capitum index.

2.° Ejusdem liber de anima. Incipit ἐπειδὴ δὲ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος; præfixus quoque capitum index.

3.° Ejusdem de quatuor elementis opusculum ineditum. Initium τὸ περὶ στοιχείων.

4.° *Michael Psellus*, quomodo partus concipiatur. Incipit ἡ σύλληψις τῶν ζώων.

5.° Remedia ad certos quosdam morbos curandos accommodata.

6.° *Nemesii*, Episcopi Emeseni, tractatus de natura hominis. Conjecta ad marginem scholia quædam inedita.

7.° Sancti *Basilii* de hominis generatione libri tres. Singulis capitum index præmittitur.

8.° *Anastasii*, Patriarchæ Antiocheni, narratio de Christianorum Præsulum disceptatione cum Ethnicis & Judæis, judice Aphrodisæo, Regis Persarum archimagiro. Incipit βασιλεύοντος Ἀρκαδίου.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCC.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Meletii* Monachi tractatus de natura hominis, è Scriptorum cùm ecclesiasticorum, tùm profanorum scriptis collectus.

Is codex manu elegante Antonii Episcopuli, Cydoniæ protopsaltæ, anno Christi 1569. Venetiis exaratus est.

MMCCCI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Symeonis Sethi* tractatus de alimentorum facultatibus. Præfixus capitum index.

2.° *Hippocratis* epistola ad Ptolemæum Regem. Initium τῆς ὑγιείας.

3.° Vita & conversatio sanctæ Euphrosynes, cognomine Smaragdi. Initium ἐγένετό τις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Finis desideratur.

Hujusce codicis partes primæ duæ sæculo duodecimo, tertia, decimo quarto exarata videtur.

MMCCCII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Symeonis Sethi* de alimentorum facultatibus, ad Constantinum Porphyrogenitum liber, ordine alphabetico dispositus.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCCIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Symeonis Sethi* tractatus de alimentorum facultatibus.

2.° Anonymus, de venæ sectione, venarumque numero. Incipit ὁ ἄνθρωπος ἔχει.

3.° *Nicephori Blemmydæ* poëma ineditum, de urinis. Incipit τῶν ἀδυνάτων ὕελια μάθε.

4.° Anonymi tractatus de alimentis, jussu Constantini Porphyrogeneti scriptus. Incipit καὶ τοῦτο τῆς ἔργον.

5.° Anonymi tractatus ad eumdem, de variis morborum generibus, illorumque curandorum ratione. Præfixus index capitum. Initium τὰς προσταχθείσας.

6.° Anonymi remediorum variorum collectio.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Joannis Actuarii,* Zachariæ filii, de urinis libri septem.

2.° Ejusdem de actione & affectibus spiritus animalis, ejusque victu ac nutritione libri duo.

3.° Ejusdem de medendi methodo libri sex, ad Apocauchum.

4.° *Galeni* de morbis curandis, ad Glauconem libri duo.

5.° Remedia quædam ad certos quosdam morbos curandos accommodata, recentiorique manu scripta.

Is codex sub finem sæculi decimi quarti videtur exaratus.

MMCCCV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Joannis,* Zachariæ filii, aliàs *Actuarii,* de urinis libri septem.

2.° Ejusdem de actionibus & affectibus spiritus animalis, ejusque victu ac nutritione, libri duo, ad Josephum quem φιλοσοφώτατον appellat. Conjectæ ad marginem notulæ quædam.

3.° Ejusdem de medendi methodo libri sex. Ibi non idem ordo qui in editis, servatur.

Is codex anno Christi 1421. exaratus est.

MMCCCVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Actuarii,* Zachariæ filii, de urinis libri septem; singulis autem libris præfixus capitum index.

2.° Ejusdem de actionibus & affectibus spiritus animalis, ejusque victu ac nutritione, libri duo ad Josephum Racendytam.

3.° *Theophili* tractatus de urinis.

4.° *Galeni* introductio ad artem medicam.

5.° Ejusdem ars medica.

6.° Remedia quædam ad certos quosdam morbos curandos accommodata, partim Græcè, partim Latinè scripta.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCVII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Actuarii,* Zachariæ filii, de urinis libri septem. Præfixus capitum index.

2.° Ejusdem de medendi methodo libri sex ad Apocauchum. Præfixus capitum index.

3.° Ejusdem de actione & affectibus spiritus animalis, ejusque victu ac nutritione libri duo ad Josephum Racendytam.

4.° *Theophili* tractatus de urinis.

5.° Ejusdem liber de excrementis.

6.° *Galeni* ad artem medicam introductio.

7.° Ejuſdem ars medica.

8.° Viri ſapientiſſimi, *Hale* ab Indis, *Abitziani* ab Italis appellati, tractatus de urinis hactenùs ineditus; illud autem opus in linguam Græcam à *Chriſtodulo* barbarè converſum dicitur, elegantiùs à *Joanne Actuario*, Zachariæ filio.

10.° *Marciſii* Monachi liber de pulſibus, ineditus. Incipit τὸ σῶμα ἀνθρώπου.

11.° Remedia ad certos quoſdam morbos curandos idonea.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCCVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Viri ſapientiſſimi, *Hale* ab Indis, *Abitziani* ab Italis appellati, tractatus de urinis.

2.° *Hippocrates* de urinis.

3.° *Galenus*, de eodem argumento.

4.° *Joannis Actuarii*, Zachariæ filii, de urinis libri ſeptem. Initio quædam deſiderantur.

5.° Ejuſdem de actione & affectibus ſpiritus animalis, ejuſque victu ac nutritione libri duo ad Joſephum Racendytam.

6.° Anonymi opuſculum de ſudoribus. Initium τὴν ἑβδόμην ἡμέραν.

7.° Anonymus, de facultatibus animæ. Initium τρεῖς εἰσιν ἐν ἡμῖν.

8.° *Galeni* fragmentum de inſomniis.

Hujuſce codicis pars major ſub finem ſæculi decimi quarti videtur exarata.

MMCCCIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Viri doctiſſimi, *Alli Empni Sina*, ſeu *Alli*, filii Sina, ab Indis, ab Italis *Avicennæ* appellati, tractatus de urinis. Titulum Græcum accuratè repræſentandum eſſe duximus.

2.° Synopſis accuratiſſima libri de urinis, è medicorum Perſarum ſcriptis in linguam Græcam converſa.

3.° Excerpta alia de urinis, è libro Syriacè conſcripto.

4.° Fragmentum de colore ſanguinis qui poſt venæ ſectionem erumpit.

5.° Excerpta de urinis, è Galeno & aliis.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCCX.

Codex chartaceus, quo continentur viatici peregrinantium libri ſeptem, à *Conſtantino Rhegino* Græcè converſi.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCCXI.

Codex bombycinus, Fonteblandenſis, quo continentur viatici peregrinantium libri ſeptem, à *Conſtantino Rhegino* Græcè converſi.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCCXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Tractatus de medicina inſcriptus, viaticum peregrinantium, & ex Arabica lingua à *Conſtantino Rhegino* in Græcam converſus.

2.° *Joannis* Damaſceni de remediis purgantibus liber.

3.° *Galeni* antiballomena. Sequitur rerum eo volumine comprehenſarum index accuratus.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCXIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymi collectio remediorum, quibus varii morbi curari poſſunt.

2.° Excerpta è Paulo Ægineta aliiſque medicis, ubi de variis morbis, & illorum remediis.

3.° Geoponicorum libri viginti; verùm in quibus foliorum ordo turbatus.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCCXIV.

Codex chartacêus, quo continentur:

1.° Tractatus initio mutilus, complectens remedia varia ad curandos morbos idonea.

2.° Anonymi lexicon, ubi quædam non contemnenda.

3.° *Demetrii* hymnus in ſanctum Chryſoſtomum.

4.° Excerpta ex Orphei & Cleopatræ libris, ubi de auri conficiendi ratione.

5.° Anonymi remedia quædam adversùs morbos.

6.° Anonymi lexicon botanicum.

7.° Commentarius

7.° Commentarius, initio mutilus, in duas Gregorii Nazianzeni orationes, quarum prior de baptismo, altera in Julianum Exæquatorem; textus additus, qui tamen plerumque desideratur.

8.° Anonymus, de cyclo solis & lunæ, inveniendoque Paschate.

9.° Anonymi collatio litterarum alphabeti Græci & Hebraïci, cum mysteriis & Christi Domini actionibus.

10.° Anonymus de urinis, versibus politicis.

11.° *Andreas*, Episcopus Cæsareæ, de loco in quem animæ post mortem abeunt. Incipit καθὼς φησιν ὁ μακάριος.

Is codex sæculo decimo quarto videtur exaratus.

MMCCCXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Callisti Mercurii* tractatus ineditus, de pulsibus. Initium τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου.

2.° *Meletii* de urinis opusculum, versibus politicis. Incipit τῶν ἀδήλων ὕελια.

3.° Emplastra, trochiscos, aliaque id genus conficiendi ratio.

4.° *Joannis* Antiocheni jatrosophium, varia complectens remedia, pleraque è Galeni scriptis excerpta.

5.° *Nicephorus Blemmydes*, de urinis.

6.° Brontologium duodecim mensium.

7.° *Hippocratis* ad Ptolemæum Regem epistola, de hominis fabrica.

8.° Anonymi versus iambici de alimentis quæ singulis mensibus adhibenda sunt.

9.° Anonymus, de urinis.

10.° Tetrasticha Persica, Græco-barbara, de rebus ad morum doctrinam pertinentibus.

11.° Sententiæ è Scriptura sacra & Patrum scriptis collectæ, illudque ordine alphabetico.

12.° Anonymi selenodromium, sive de lunæ cursu, & prognosticis inde ducendis.

13.° *Abgari* Regis ad Christum epistola, & Christi ad illum responsum.

14.° Anonymus, de Paschate, & diei, qua celebrari debeat, inveniendæ ratione. Initium εἰ θέλῃς.

15.° *Neophysi*, Grebeni Episcopi, hymni varii.

16.° Anonymus, de diei Paschatis inveniendæ ratione, adjunctis tabulis paschalibus. Incipit εἰ θέλεις εὑρεῖν.

17.° Interrogationes & responsiones de rebus theologicis, ex Athanasio potissimùm excerptæ.

18.° Symbolum quod sanctis *Basilio* & *Gregorio* tribuitur.

19.° Interrogationes & responsiones è sancti Maximi scriptis collectæ; item è sancto Augustino.

20.° Ethnicorum quorumdam sapientum de Christi incarnatione dicta.

21.° *Nicephori*, Patriarchæ Constantinopolitani, chronologiæ compendium.

22.° *Gregorii* Nazianzeni versus aliquot.

23.° *Joannes* Damascenus, de corpore & sanguine Christi.

24.° Remediorum collectio, quorum pars Italicè scripta.

25.° *Galenus*, de pulsibus.

Is codex Joannis Stophidæ manu anno Christi 1384. exaratus est.

MMCCCXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus medicus, cujus pars maxima desideratur.

2.° Anonymi opusculum Græco-barbarum, de capitis doloribus, aliisque morbis curandis.

3.° Anonymi commentarius in nonnullos Hippocratis aphorismos.

4.° Anonymi, in alio autem codice, *Joannis* Jatrosophistæ, de morbis, illorumque curationibus, tractatus. Incipit περὶ μὲν πρώτης καὶ κοινῆς.

5.° Anonymi tractatus, ubi inquiritur, quis & qualis medicus esse debeat. Incipit πρότερον μὲν περὶ τῶν χρὴ ἐλθεῖν.

6.° *Theophili*, protospatharii & regii archiatri, liber de urinis.

7.° Anonymi liber de pulsibus, qui è sancti Gregorii Nysseni dictantis ore exceptus dicitur. Initium ἡ μὲν φυσική.

8.° Interrogationes & responsiones de pulsibus Hippocratis. Initium τί διαφέρει ἀνάπνοή.

9.° *Alexandri* Medici de dignoscendis in ægroto pulsibus, opusculum; sequuntur illius aphorismi de urinis. Incipit τινὰ αἰωνίως εἰσὶ γεγραμμένα.

10.° *Galenus*, de morborum formis.

11.° Tractatus inscriptus, liber optimus de diæta ad Constantinum Imperatorem. καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἔργον προνοίας.

12.° Excerpta è Paulo Ægineta de choleræ morbo.

13.° *Michaëlis Pselli* syntagma de alimentorum facultate, utilitate & noxa, è medicis libris collectum, & ordine alphabetico dispositum, ad Imperatorem Monomachum. Incipit πολλῶν ὄντων λογίων ὦ μέγιστε.

14.° De ponderibus & mensuris.

15.° Anonymi variorum remediorum collectio.

16.° Phylacteria varia, quorum pleraque superstitiosa.

17.° Parabolarum quæ in evangelio leguntur explicatio. Initium εἶπεν ὁ Κύριος.

18.° Brontologium duodecim mensium, ubi de tonitruum significationibus superstitiosè differitur.

19.° Nomina horarum diei & noctis.

20.° Brontologium aliud.

21.° De umbris lunæ, & quid portendant.

22.° De iis quæ singulis mensis diebus vitanda sunt.

23.° Anonymus, de Paschatis inveniendi ratione.

24.° De lapidum quorumdam virtute, ex Hippocratis placitis.

25.° Anonymi jatrosophium.

26.° Anonymi explicatio dictorum quorumdam vulgarium & tritorum, quæ ad religionem pertinent. Initium καὶ κλέπτης.

27.° Anonymi observationes quædam in Danielem.

28.° Anonymus, de siderum significationibus; opus ex Arabica lingua in Græcam conversum. Præfixus index.

29.° Nomina Arabica planetarum.

30.° Observationes astrologicæ de nativitatibus.

31.° Chronicon à mundi creatione ad Manuëlem usque Comnenum.

32.° Brontologium.

33.° Anonymi oneirocriticon.

34.° De diebus ad phlebotomiam idoneis.

35.° *Galenus*, de iis quæ singulis mensibus servanda sunt.

36.° Brontologium.

37.° Diploma commentitium Cydonii Regis.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMCCCXVII.

Codex chartaceus olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi collectio remediorum, quibus varii morbi curari possunt.

2.° *Procli* sphæra.

3.° Excerpta de quatuor elementis è Galeno.

4.° Excerpta ex Hippocrate, de hominis natura.

5.° Excerpta è celebriorum Philosophorum scriptis, de hominis fabrica.

6.° Excerpta è Patribus, ad Trinitatem & Incarnationem spectantia.

7.° Collectio remediorum ad certos quosdam morbos curandos idoneorum.

Is codex manu Arsenii Monachi exaratus est.

MMCCCXVIII.

Codex chartaceus, olim Francisci Asulani. Ibi continentur:

1.° Anonymus, de ratione conficiendi trochiscos, emplastra, aliaque id genus.

2.° *Galeni* antemballomena.

3.° Anonymi lexicon botanicum, ordine alphabetico dispositum.

4.° Anonymus, de remediis simplicibus ad purgandum idoneis.

5.° Anonymus, de fabrica hominis instar mundi considerati. Initium ὁ κόσμος οὗτος συνέστηκε.

6.° Anonymi synopsis de remediis purgantibus, oleis, emplastris, trochiscis, &c. Incipit ὁ περὶ τῶν ἀντιδότων.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi commentarius in Hippocratis aphorismos.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymus, de vera quorumdam theorematum & propositionum ad medicinam pertinentium demonstratione, ex Hippocratis, Galeni, aliorumque Philosophorum scriptis, tam Græcorum quàm Latinorum.

2.° Anonymus, de urinis.

3.° *Joannes Tzetzes*, de eodem argumento.

4.° *Athenæi* accurata synopsis de urinis.

5.° Excerpta è Galeno de urinarum coloribus & differentia.

6.° Anonymus, de avibus, & remediis quæ ex illis peti possunt.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi descriptio partium corporis humani.

2.° *Oribasii* collectionum medicarum libri vigesimus quartus & vigesimus quintus. Utrique præfixus capitum index.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXXII.

Codex membranaceus, quo continetur *Apsyrti, Pelagonii*, aliorumque de medicina veterinaria Scriptorum collectio. Præfixus index capitum, cujus finis desideratur; sunt autem numero mille centum & sexaginta sex. Multa ibi reperias quæ ab editis non parùm discrepant.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MMCCCXXIII.

Codex chartaceus, olim Petri Gillii. Ibi continentur:

1.° *Demetrii* Constantinopolitani, de cura & medicina accipitrum, libri duo.

2.° Anonymi tractatus ejusdem argumenti, lingua Græco-barbara scriptus.

3.° Anonymus, de canum morbis, illorumque curandorum ratione.

Is codex Petri Gillii manu exaratus videtur.

MMCCCXXIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Jatrosophion ex Hippocratis, Galeni & Erasistrati scriptis collectum. Ibi de urinis differitur, & is tractatus idem est omninò cum illo quem alii codices *Magno*, alii *Theophilo* tribuunt. Præmittitur index capitum.

2.° *Symeonis Sethi* tractatus de alimentorum facultate.

3.° Anonymi tractatus de variis morbis, illorumque remediis. Constat capitibus ducentis & duodecim.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXXV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Explicatio notarum quas artis chymicæ Scriptores usurpare consueverunt.

2.° Anonymi lexicon, ordine alphabetico dispositum, quo exponuntur vocabula in chymicorum libris obvia.

3.° *Democriti* physica & mystica. Initium βαλὼν εἰ λίτραν μίαν.

4.° *Synesii* Philosophi ad Dioscorum, Serapidis sacerdotem, epistola, & cum eodem dialogus, ubi Democriti doctrina exponitur.

5.° *Stephani*, Alexandrini, Philosophi œcumenici, liber de sacra & divina auri conficiendi arte.

6.° Ejusdem epistola ad Theodorum.

7.° *Zosimi* Panopolitæ genuini commentarii, ad idem argumentum pertinentes.

8.° *Salmanæ* Arabis methodus, qua uniones, hyacinthi, aliaque id genus fieri possint.

Is codex sub finem sæculi decimi tertii exaratus videtur.

MMCCCXXVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Democriti* physica & mystica.

2.° *Synesii* Philosophi ad Dioscorum liber, quo Democriti physica explicantur.

3.° Interpretatio notarum quæ in chymicorum scriptis occurrunt.

4.° Vocum quarumdam, quibus rerum chymicarum Scriptores utuntur, expositio.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXXVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Michaëlis Pselli* ad Joannem Xiphilinum, Patriarcham Constantinopolitanum, de auri conficiendi ratione, epistola.

2.° Anonymus, quomodo è caseo, pellibus & sapone gluten fieri possit.

3.° *Zosimus*, de sulphuris, & crystallorum conficiendorum ratione.

4.° *Cleopatra*, de ponderibus & mensuris.

5.° Notarum quæ in chymicorum scriptis occurrunt, explicatio.

6.° Anonymi lexicon chymicum.

7.° Anonymus, de ovo chymico.

8.° *Democriti* physica & mystica.

9.° *Synesii* Philosophi ad Dioscorum commentarius in librum Democriti.

10.° *Stephanus*, Alexandrinus, œcumenicus Philosophus, de sacra arte.

11.° *Comarius*, Philosophus ac Pontifex, à quo Cleopatra Regina chymicas artes edocta est, de auri conficiendi ratione.

12.° *Zosimi* Panopolitani commentarii de sacra arte.

13.° Christiani Scriptoris chymica.

14.° *Cosmas* Hieromonachus, de auri conficiendi ratione.

15.° Excerpta è Zosimo scriptore antiquo, ubi de rebus chymicis.

16.° Anonymus Philosophus, de aqua dealbationis.

17.° Anonymus, de auri conficiendi ratione.

18.° *Zosimi* de virtute & interpretatione liber, quo de rebus chymicis.

19.° *Heliodori* Philosophi de mystica arte, versus iambici ad Imperatorem Theodosium.

20.° *Theophrasti* Philosophi de sacra arte, carmen iambicum.

21.° Anonymi versus iambici, de lapide philosophico.

22.° *Archelai* Philosophi carmen iambicum, de eodem argumento.

23.° Auctorum qui de rebus chymicis scripserunt, nomina.

24.° Draconis caudam devorantis mystica & chymica interpretatio.

25.° *Olympiodorus* Philosophus, ad Petasium, Armeniæ Regem, de sacra arte.

26.° Philosophorum conventus & colloquium.

27.° *Hermetis* & *Agathodæmonis* ænigma de lapide philosophico.

28.° *Joannes* Archiepiscopus, de sacra arte.

29.° *Zosimi* Thebani liber mysticus.

30.° *Isidis* ad Orum filium epistola.

31.° *Democriti* liber ad Leucippum.

32.° Sophi Ægypti genuinus liber.

33.° *Agathodæmonis* in quoddam Orphei oraculum, commentarius.

34.° Excerpta nonnulla de rebus chymicis & metallicis.

35.° *Renaldi de Novavilla* tractatus chymicus.

36.° Anonymus, de ponderibus & mensuris.

37.° *Joannis* Damasceni de sacra arte liber, versibus politicis.

38.° Jusjurandum Philosophi Chymici.

Is codex in insula Creta anno Christi 1486. exaratus est.

MMCCCXXVIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Michaëlis Pselli* ad Michaëlem Patriarcham, de auri conficiendi ratione, epistola.

2.° Græcorum manuscriptorum catalogus; verùm Bibliothecæ, ubi ii codices asservabantur, nomen omissum est.

3.° Excerpta ex Anatolio de rebus ad mathematicas disciplinas pertinentibus. Initium Ἀριστοτέλης συνεστάναι.

4.° *Gregorius* Thaumaturgus, de anima.

5.° *Theodosii* Imperatoris, lex adversùs Porphyrium & Nestorianos.

6.° Catalogus manuscriptorum Græcorum bibliothecæ Caraffæ, Cardinalis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Anonymi Philosophi animadversiones in Zosimi Panopolitæ, vel Thebani librum de virtute & interpretatione. Initium ὁ θεῖος Ζώσιμός φησιν.

2.° Anonymus Philosophus, de lapide philosophico. Initium τὸ θεῖον ὕδωρ.

3.° Anonymus, de ovo & aqua divina.

4.° Anonymus Christianus, de auri conficiendi ratione. Initium τῆς δευτέρας πραγματείας.

5.° Idem, de aqua divina. Incipit τοῦ θείου ὕδατος.

6.° Idem, de chymia. Incipit πολλάκις ἡμῶν.

7.° *Zosimi* Panopolitæ de sacra arte commentarius genuinus.

8.° *Maria*, de lapide philosophico. Initium ἡ Μαρία φησίν.

9.° *Stephanus*, Alexandrinus, Philosophus œcumenicus, de sacra arte.

10.° *Nicephorus Blemmydes*, de auri conficiendi ratione. Incipit λαβὼν τὸν λίθον.

11.° Anonymi lexicon chymicum.

12.° Anonymi interpretatio notarum quibus utuntur artis chymicæ Scriptores.

13.° Anonymus, de ovo philosophico.

14.° Anonymus, de sacra & divina arte Philosophorum.

15.° Anonymi versus iambici in sacram artem. Initium πῶς τῆς βίβλου.

16.° *Joannis* Damasceni versus politici de eodem argumento.

17.° Anonymus, de aqua divina.

18.° *Heliodori* Philosophi de mystica Philosophorum arte carmen iambicum ad Theodosium, Imperatorem.

19.° Anonymus, de lapide philosophico. Incipit περιβοήτος φιλόσοφος.

20.° *Theophrasti* Philosophi carmen iambicum de sacra arte. Initium οἱ τῶν σοφίστων.

21.° Anonymi versus iambici de eodem argumento. Initium ἀπάρξομαι.

22.° *Archelai* carmen iambicum de sacra arte.

23.° Vocabula chymica, illaque ordine alphabetico, sed nulla adjuncta interpretatione.

24.° Auctorum qui de rebus chymicis scripserunt, nomina.

25.° Anonymus, de auri conficiendi ratione.

26.° *Isis* ad Orum filium de sacra arte.

27.° Excerpta è Pelagio de sacra arte.

38.° *Cleopatra* Regina, de mensuris & ponderibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MEDICI.

In-octavo.

MMCCCXXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Hippocratis* aphorismi.

2.° Ejusdem prænotiones.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXXXI.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare, quo continetur *Rufi* Ephesii monobiblos, ubi ostenditur quinam purgandi sint, quomodo & quando.

Is codex, è veteri quodam exemplari descriptus, sæculo decimo septimo exaratus videtur.

MMCCCXXXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Galeni* de locis affectis libri sex.

2.° Ejusdem ars parva.

3.° Ejusdem liber de elementis, ex Hippocratis sententia.

4.° Ejusdem de temperamentis libri tres.

5.° Ejusdem de naturalibus libri tres.

6.° Ejusdem de morborum differentiis liber.

7.° Ejusdem de morborum causis liber.

8.° Ejusdem commentariorum in Hippocratis aphorismos libri septem.

9.° Ejusdem liber de pulsibus.

10.° Ejusdem liber de atra bile.

11.° Ejusdem liber de pulsibus.

12.° Ejusdem de crisibus opus.

13.° Ejusdem liber de diebus criticis.

14.° Ejusdem de victus ratione in morbis acutis, ex Hippocratis sententia, liber.

15.° Ejusdem de prognosticis liber.

16.° *Hippocrates*, de antiqua medicina.

17.° Idem, de generatione.

18.° Idem, de ulceribus.

19.° Idem, de affectionibus.

20.° Ejusdem prædicta.

21.° Excerpta ex eodem de morbis popularibus.

22.° Idem, de fistulis.

23.° *Aristotelis* problemata.

24.° Anonymus, de rebus ad medicinam pertinentibus.

25.° *Galeni* de febribus liber primus.

26.° Excerpta varia de medicina, nec illa magni momenti.

Is codex, pessimè scriptus, ad sæculum decimum quartum referendus videtur.

MMCCCXXXIII.

Codex chartaceus, olim domini de Gaignieres. Ibi continetur *Galeni* ars parva.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXXXIV.

Codex chartaceus, olim domini de Gaignieres. Ibi continentur:

1.° *Aretæi* Cappadocis de acutorum & chronicorum morborum causis & signis libri quatuor. Primi initium desideratur; conjectæ autem ad marginem emendationes quædam non contemnendæ.

2.° Ejusdem de acutorum & chronicorum morborum curatione, libri totidem. In duobus ultimis non pauca desunt.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXXXV.

Codex chartaceus, olim domini de Gaignieres. Ibi continentur *Oribasii* de medicamentis facilè parabilibus, expeditaque morbos vel vulnera curandi ratione, ad Eunapium libri quatuor. Sequitur index rerum quæ in illo opere majoris momenti visæ sunt.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXXXVI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur *Joannis Spensati* præcepta medica, ubi præcipuè de illis morborum generibus qui difficilè curantur. Ad calcem occurrit index satis accuratus.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

MMCCCXXXVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi collectio remediorum quæ ad certos quosdam morbos curandos magis idonea ipsi visa sunt.

2.° Excerpta è Paulo Ægineta, quibus fracturæ & illarum discrimina explicantur. Conjecta ad marginem scholia, numero pauca.

3.° Excerpta è libris Dioscoridis, ubi de remediis simplicibus. Opus in sectiones quadringentas & sexdecim dividitur. Præfixus index.

Is codex ineunte sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MATHEMATICI.

In-folio.

MMCCCXXXVIII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continetur *Georgii Pachymeris*; vel *Michaëlis Pselli* de quatuor mathematicis scientiis, arithmetica videlicet, musica, geometria & astronomia tractatus. Arithmeticæ initium desideratur.

Is codex, ab Angelo Vergetio recognitus, manu parùm elegante sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXXXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Georgii Pachymeræ* arithmeticæ, musicæ, geometricæ & astronomicæ institutiones. Initium desideratur.

Is codex Angeli Vergetii manu sæculo decimo sexto exaratus est.

MMCCCXL.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continetur de quatuor mathematicis scientiis arithmetica, musica, geometria & astronomia tractatus. De auctore non constat, quidam enim codices *Michaëli Psello*, quidam *Euthymio*, nec desunt qui *Georgio Pachymeræ* tribuant. In arithmetica nonnulla desiderantur.

Is codex Angeli Vergetii manu anno Christi 1559. exaratus est.

MMCCCXLI.

Codex chartaceus, olim Joannis Hautin, posteà Baluzianus, quo continentur:

1.° *Georgii Pachymeræ* arithmetica. Primum caput desideratur.

2.° Ejusdem geometria & stereometria.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXLII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Euclidis* elementa, cum marginalibus ſcholiis. Deſideratur initium.

2.° Ejuſdem data, cum ſimilibus ſcholiis. Præmittitur *Marini* præfatio.

3.° Ejuſdem optica.

4.° *Heliodori* Lariſſæi optica.

5.° *Euclidis* catoptrica.

6.° *Autolycus*, de ſphæra mota.

7.° *Euclidis* phænomena.

8.° *Theodoſius*, de habitationibus.

9.° Ejuſdem de noctibus & diebus libri duo.

10.° *Ariſtarchus*, de magnitudinibus & diſtantiis ſolis & lunæ.

11.° *Autolyci* de ortu & occaſu ſtellarum libri duo.

12.° *Apollonii* conicorum libri tres priores.

13.° *Serenus*, de ſectione coni.

14.° Idem, de ſectione cylindri.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCCXLIII.

Codex chartaceus, olim Memmianus, quo continentur *Euclidis* elementorum libri quindecim.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCCXLIV.

Codex membranaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur *Euclidis* elementorum libri tredecim priores. Conjecta ad marginem ſcholia.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

MMCCCXLV.

Codex membranaceus, quo continentur *Euclidis* elementorum libri tredecim priores, cum ſcholiis marginalibus. Præfixa ſunt prolegomena.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCCCXLVI.

Codex chartaceus, olim Franciſci Aſulani. Ibi continentur *Euclidis* elementorum libri tredecim priores.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCXLVII.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Euclidis* elementorum libri tredecim priores; ſextum inter & ſeptimum interpoſita ſunt ſcholia quæ ad decimum pertinent.

2.° Ejuſdem data.

3.° *Marini* Philoſophi commentarius in data.

4.° *Euclidæ* optica & catoptrica.

5.° *Hypſiclis* anaphoricus.

6.° *Euclidis* phænomena.

Is codex ſæculo decimo ſexto ineunte exaratus videtur.

MMCCCXLVIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Euclidis* data. Initio hæc legas: *Euclidis data huc uſque numquam Græcè impreſſa, de Vaticana Bibliotheca deprompta, & cum quinque Vaticanis exemplaribus, antiquiſſimis quidem Græcis manuſcriptis, ſumma fide & diligentia collata à Joſepho Auria Neapolitano, mathematicæ ſcientiæ ſtudioſo. His addita ſunt ſcholia antiqua, Græca, quæ in Vaticanis exemplaribus reperta ſunt.*

2.° *Hieronis* Alexandrini pneumaticorum, ſive ſpiritualium libri duo.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCCXLIX.

Codex chartaceus, olim Memmianus, quo continentur *Euclidis* data. Præmittitur *Marini* præfatio.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCCL.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Euclidis* catoptrica, phænomena, optica & data. Conjecta ad trium poſtremorum margines ſcholia quædam.

2.° Protheoria ad Euclidis data, è *Marini* Philoſophi ore excepta.

3.° *Theodori Prodromi* tractatus de magno & parvo, multo & pauco.

4.° Anonymi protheoria in librum quintum elementorum Euclidis.

5.° Excerpta è Proclo, quibus Euclidis elementa illuſtrantur.

6.° Numeri Indici, quibus scholium *Neophyti* Monachi accedit.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLI.

Codex chartaceus, olim Memmianus, quo continentur *Euclidis* phænomena, & illius optica. Conjecta ad marginem scholia quædam.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLII.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, quo continentur:

1.° *Procli Diadochi* commentariorum in Euclidis elementa libri quatuor.

2.° *Euclidis* catoptrica.

3.° Ejusdem phænomena.

4.° Ejusdem optica.

5.° Ejusdem data.

Is codex Joannis Rosi, Presbyteri, manu anno Christi 1488. exaratus est.

MMCCCLIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi in Euclidis elementorum librum duodecimum scholia.

2.° Protheoria in Euclidis data, è Marini Philosophi dictantis ore excepta.

3.° *Damiani,* Heliodori filii, capita opticarum hypotheseon.

4.° *Maximi Planudis,* Monachi, opusculum de proportionibus.

5.° *Theonis* Alexandrini scholia in magnam Ptolemæi syntaxim.

6.° Anonymus, de astrolabii conficiendi ratione, & illius usu.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLIV.

Codex chartaceus, olim Memmianus, quo continentur:

1.° *Apollonii* Pergæi de sectionibus conicis libri quatuor priores.

2.° *Syriani* commentarius in librum secundum metaphysicorum Aristotelis.

3.° Ejusdem disputationes, quibus ad examen revocantur tertii & quarti libri Aristotelis metaphysicorum loca, quæ circa mathemata & numeros versantur.

4.° Ejusdem rationes quædam ad astruendam providentiam imprimis accommodatæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Apollonii* Pergæi conicorum libri tres priores.

Is codex manu Nancelii anno Christi 1558. Parisiis exaratus est.

MMCCCLVI.

Codex chartaceus, olim Thuanæus, posteà Colbertinus, quo continentur *Apollonii* Pergæi conicorum libri quatuor priores; ad calcem verò viri docti observationes quædam rejectæ sunt.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLVII.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Apollonii* Pergæi conicorum libri quatuor priores, Græcè inediti.

2.° *Eutocii* Ascalonitæ in eosdem libros commentarius, Græcè ineditus.

3.° *Sereni* Antissensis de cylindri sectione libri duo, Græcè inediti.

Is codex Joannis Hydruntini manu sæculo decimo sexto exaratus est.

MMCCCLVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Eutocii* Ascalonitæ commentarius in quatuor libros priores conicorum Apollonii Pergæi.

2.° *Sereni* Antissæi liber de cylindri & coni sectione.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLIX.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Archimedis* de sphæra & cylindro libri duo.

2.° Idem, de circuli dimensione.

3.° Idem, de conoïdibus & sphæroïdibus.

4.° Idem, de lineis spiralibus.

5.° Ejusdem

5.° Ejusdem de planis æquiponderantibus libri duo.

6.° Ejusdem psammites, seu de numero arenæ.

7.° Ejusdem quadratura parabolæ.

8.° *Eutocius* Ascalonita, in Archimedis libros duos de sphæra.

9.° Idem, in circuli dimensionem.

10.° Idem, in libros duos de planis æquiponderantibus.

Is codex duorum librariorum manu diversa, sæculo decimo sexto exaratus videtur. Quædam & à tertio librario scripta sunt.

MMCCCLX.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur *Archimedis* & *Eutocii* tractatus supra memorati.

Is codex, è vetere quodam Alberti Pii, Carpensis, exemplari, quod penès Georgium Vallam antea fuerat, descriptus fertur. Nec abs re fuerit huc afferre quæ de eximio illo antiquitatis monumento memoriæ prodidit Gulielmus Philander, ad lib. 9. Vitruvii, cap. 3. *Hæc ego,* inquit, *scripseram, cùm beneficio Rodolphi Pii, Carporum Cardinalis, facta est mihi copia videndi conscribendique (curante id Mecenate meo) Archimedis de sphæra & cylindro, cum enarratione Eutocii; volumen ornamento futurum augustissimæ illi & instructissimæ bibliothecæ, quam tu, toto orbe terrarum maximis sumptibus, conquisitis omnium disciplinarum & linguarum libris, Francisce Regum potentissime, ad Fontembleccium, sive Fontem-bellum, aut Callirhoen dicere mavis, instituisti. Id volumen Georgii Vallæ fuerat, in quo, præter Linguæ Doricæ proprietatem, & omissionem spirituum atque accentuum, quæ in legendo nonnihil exhibuerunt difficultatis, occurrunt subinde syllabarum & dictionum notæ, quæ ne à Græcis quidem ipsis satis agnoscuntur.* E quibus verbis nostrum hunc codicem à *Philandro* exaratum non temerè conjicias.

MMCCCLXI.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo, præter *Archimedis* & *Eutocii* opera, de quibus supra, continentur *Heronis* liber de mensuris. In fine capita duo, unum de ponderibus, alterum de mensuris, quæ incertum est an & ipsa ad librum Heronis pertineant. Præfixus index Græcus, manu Constantini Palæocappæ; præfixus item index Latinus, manu Auveri. Ibidem folio verso descripti versus Claudiani, in Archimedis sphæram; ibidem, & manu quoque eadem, præfatio brevis *Georgii* Armeniaci.

Is codex manu Christophori Auveri, sumptibus verò Georgii Armeniaci, anno Christi 1544. exaratus est.

MMCCCLXII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur *Archimedis* & *Eutocii* opera, de quibus supra.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLXIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Theodosii* sphærica.

2.° *Autolycus,* de sphæra mota.

3.° *Euclidis* optica.

4.° Ejusdem phænomena.

5.° *Theodosius,* de habitationibus.

6.° Ejusdem de noctibus & diebus libri duo.

7.° *Aristarchus,* de magnitudinibus & distantiis solis & lunæ.

8.° *Autolyci* de ortu & occasu stellarum, libri duo.

9.° *Hypsiclis* anaphoricus, sive de ascensionibus liber.

10.° *Euclidis* data.

11.° *Sereni* Antissæi liber de cylindri sectione.

12.° *Ptolemæi* opusculum de judicandi facultate, & animi principatu.

13.° Ejusdem tetrabiblon, sive de apotelesmatibus & judiciis astrorum, libri quatuor.

14.° *Procli Diadochi* hypotyposis astronomicarum positionum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCLXIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Theodosii* sphærica.

2.° Idem, de habitationibus.

3.° Ejusdem de noctibus & diebus libri duo.

4.° *Autolycus,* de sphæra mota.

5.° Ejusdem de ortu & occasu stellarum, libri duo.

6.° *Aristarchus*, de magnitudinibus & distantiis solis & lunæ.

7.° *Hypsiclis* anaphoricus, sive de ascensionibus liber.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCCLXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Theodosii* sphæricorum libri tres. Conjecta ad marginem scholia nonnulla.

2.° Idem, de habitationibus, cum quibusdam scholiis.

3.° *Autolycus*, de sphæra mota, cum marginalibus scholiis.

4.° *Theodosii* de diebus ac noctibus libri duo, cum scholiis.

5.° *Autolyci* de vario ortu & occasu siderum inerrantium libri duo; adjuncta quoque sunt brevia scholia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLXVI.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Theodosii* sphæricorum libri tres.

2.° Ejusdem de habitationibus, id est, de vario situ habitantium orbem terrarum, liber Græcè ineditus.

3.° Ejusdem de diebus ac noctibus libri duo, Græcè inediti.

4.° *Autolyci* de motu sphæræ liber.

5.° Ejusdem de vario siderum inerrantium ortu & occasu, liber.

6.° Anonymi ad Euclidis optica, prævia introductio, inedita, ut puto.

7.° *Euclidis* phænomena.

8.° Ejusdem catoptrica.

9.° Ejusdem data.

10.° *Marini* Philosophi commentarius in Euclidis data.

11.° *Aristarchi* Samii de magnitudinibus & distantiis solis & lunæ, liber.

12.° Anonymi scholia in Euclidis elementorum libros primos decem.

13.° *Hypsiclis* anaphoricus, sive de ascensionibus liber.

Is codex manu Joannis Hydruntini, comptè & nitidè, ut omnes ejusdem librarii, sæculo decimo sexto exaratus est.

MMCCCLXVII.

Codex chartaceus, quo continetur *Sereni* Antissæi liber de cylindri sectione.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLXVIII.

Codex chartaceus, olim Memmianus, quo continentur *Pappi* Alexandrini collectionum mathematicarum libri octo. Primi initium desideratur.

Is codex manu Nicolai Nancelii, in gratiam Petri Rami, anno Christi 1562. exaratus est.

MMCCCLXIX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur *Pappi* Alexandrini mathematicarum collectionum liber tertius, cujus capita quinque ultima desiderantur.

Is codex manu Josephi Auriæ exaratus videtur.

MMCCCLXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Pappi* Alexandrini collectionis mathematicæ liber octavus, problemata mechanica complectens.

2.° *Anthimi* mechanica.

Is codex manu elegantissima Bernardi Brigallierii anno Christi 1646. exaratus est.

MMCCCLXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi tractatus de rebus geometricis. Incipit *καθὼς ἡμᾶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγος.*

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLXXII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Institutionum arithmeticæ libri duo, auctore *Nicomacho* Geraseno.

2.° Anonymi opusculum de arithmetica.

3.° Anonymi prolegomena in geometriam.

4.° *Aristoteles* de mundo, ad Alexandrum.

5.° Excerpta è Plutarchi opere de placitis Philosophorum.

6.° Physicorum synopsis, auctore *Symeone Sethi.*

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCLXXIII.

Codex bombycinus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Nicomachi* Geraseni arithmetices institutionum libri duo. Conjecta ad marginem brevia quædam scholia.

2.° *Euclidis* geometria, cum brevibus etiam scholiis.

3.° *Joannis Pediasimi* epitome de mensuratione, & partitione terræ.

4.° Excerpta è Maximi Planudæ libris de arithmetica.

5.° Anonymi scholia in quasdam Euclidis propositiones.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCCLXXIV.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur *Nicomachi* Geraseni arithmetices elementorum libri duo. Præfixa annotatio de Gerasis urbe, Nicomachi patria.

Is codex manu Joannis Hydruntini, sæculo decimo sexto ineunte, videtur exaratus.

MMCCCLXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Procli Diadochi* commentarius in Nicomachi Geraseni arithmeticæ institutiones.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLXXVI.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Asclepii,* Philosophi Tralliani, scholia in libros Nicomachi arithmetices elementorum. Opus ineditum.

2.° *Nicomachi Geraseni* arithmetices elementorum libri duo.

3.° *Cleomedis* de contemplatione orbium cœlestium, libri duo.

4.° *Tatiani* oratio adversùs Græcos.

5.° *Georgius* de anima, ad Tatianum.

6.° *Georgii Gemisti Plethonis* de virtutibus liber.

7.° Ejusdem antirrheticus, adversùs ea quæ Scholarius pro Aristotele scripserat. Opus in sectiones divisum.

8.° *Bessarionis* Cardinalis ad Georgium Gemistum Plethonem, quæstiones quatuor.

9.° *Plethonis* ad Bessarionem responsio duplex.

10.° Idem, de iis in quibus Aristoteles diversum sentit à Platone.

11.° Ejusdem Zoroastreorum & Platonicorum dogmatum summa.

12.° Ejusdem, Thessaliæ chorographia.

13.° Ejusdem è Polybio de Italiæ figura excerptum.

Is codex diversa trium librariorum manu sæculo decimo sexto exaratus est.

MMCCCLXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Joannis Philoponi* commentarius in Nicomachi Geraseni arithmeticæ institutiones. Conjecta ad marginem scholia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Diophanti* Alexandrini arithmeticorum libri quatuor. Accedunt scholia quædam.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCLXXIX.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Diophanti* Alexandrini arithmeticorum libri sex. Adjuncta sunt in libros primum & secundum scholia, quorum fortassè auctor *Maximus Planudes.*

2.° Ejusdem de numeris multangulis, liber singularis.

3.° Opusculum absque titulo, ejusdem, ut videtur, argumenti.

4.° *Aristoxeni* harmonicorum libri tres.

5.° *Hipparchi* in Arati & Eudoxi phænomena, commentariorum libri tres.

Is codex manu Joannis Hydruntini sæculo decimo sexto exaratus est.

MMCCCLXXX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Diophanti* Alexandrini arithmeticorum libri ſex, cum Latina interpretatione *Joſephi Auriæ*, qui Græca ſupplevit, & emendavit è codicibus Vaticanis: idem interpretationem ſuam cum vulgata Xylandri contulit. Ad calcem acceſſit tabula duplex, prima numerorum ab A. ad Θ. ſecunda numerorum Arabicorum ab 1. ad 20.

2.° Ejuſdem liber ſingularis, de numeris polygonis, id eſt, multangulis. Deſideratur interpretatio, & vacant paginæ alternæ.

3.° *Heronis* Alexandrini, de automatorum fabrica, libri duo, Latinè tantùm, *Joſepho Auria* interprete. Uterque liber nuncupatus Seraphino Olivario, Patriarchæ Alexandrino, Rotæ Romanæ Decano. Præfixa libro primo teſtimonia Heronis junioris; item annotationes quædam ad ea ipſa teſtimonia.

Is codex ſub finem ſæculi decimi ſexti, manu Italica è codicibus Vaticanis deſcriptus eſt. Titulus plura pollicetur quàm quæ codex ipſe exhibet; deſunt enim in codice tùm ſcholia in libros primos duos arithmeticorum, tùm Latina interpretatio libri ſingularis de polygonis numeris, quod utrumque continetur titulo hoc, codici præmiſſo: *Diophanti Alexandrini arithmeticorum libri ſex, cum ſcholiis incerti auctoris, ſeu Maximi Planudis, in duos tantùm libros: ejuſdem de numeris polygonis libellus, Joſepho Auria interprete: cum antiquiſſimis Vaticanis codicibus tribus Græcis manuſcriptis, diligentiſſimè collati opera & ſtudio Joſephi Auriæ, mathematicæ ſcientiæ ſtudioſi. Primus codex habet duos numeros 215. & 200. Alter codex ... ... Tertius verò ..... Omnia de Vaticana bibliotheca.*

MMCCCLXXXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Maximi Planudæ* calculatoria, ſecundùm Indos, magna appellata.

2.° *Barlaami* Monachi arithmeticæ ſubtiliùs demonſtratæ, libri quatuor.

3.° Ejuſdem in tria capita Ptolemæi harmonicorum, quæ ſibi explicanda propoſuerat, commentarius. Incipit ἐπειδὴ καὶ τὴν ἐπιγραφήν.

4.° *Gregorii*, Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, capita theologica centum & quinquaginta, adversùs Barlaamum.

5.° Anonymi interrogata & reſponſa de rebus ad theologiam ſpectantibus.

6.° *Cleomedis* de contemplatione orbium cœleſtium, libri duo. Accedunt ſcholia.

7.° *Empedoclis* verſus iambici de ſtellis inerrantibus.

8.° *Leontii* Mechanici de Arateæ ſphæræ conſtructione, tractatus.

9.° Procemium in Arati phænomena. Ibi annotatum reperias illius auctorem à quibuſdam *Eratoſthenem*, ab aliis *Hipparchum* ferri.

10.° Prognoſtica, aliaque partim ad aſtronomiam, partim ad aſtrologiam ſpectantia.

11.° Excerpta aſtronomica è Joanne Lydo, Demetrio, Triclinio, aliiſque.

12.° *Adamantius* Sophiſta, de ventis.

13.° *Joannes Pediaſimus*, de menſura & diviſione terræ.

14.° *Ariſtoteles*, de mundo.

15.° Idem, de virtutibus.

16.° *Alexandri Aphrodiſæi* problemata phyſica.

17.° *Antiſthenis* & *Polycratis* dialogus.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCLXXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Maximi Planudis* Monachi calculatoria, ſecundùm Indos, magna appellata.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCCLXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi ſcholium de numero.

2.° Fragmentum è commentariis ſancti Baſilii in primum ſteliteuticum.

3.° Bibliothecæ Photii fragmentum, ubi de Theophraſto. Finis deſideratur.

4.° *Galenus*, de faſciis.

5.° Anonymi fragmentum de rebus ad medicinam pertinentibus.

6.° *Hadriani Turnebi* epiſtolæ tres ad Petrum Daneſium.

7.° *Heliodori* Philoſophi de auri conficiendi ratione, verſus iambici, ad Theodoſium Imperatorem. Finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCCLXXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Barlaami* Monachi logiſtices, ſive arithmeticæ ſubtiliùs demonſtratæ, libri quatuor.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCCLXXXV.

Codex chartaceus, olim Trichetianus, quo continentur:

1.° *Gemini* elementa aſtronomiæ.

2.° *Joannis Pediaſimi* in quædam Cleomedis obſcuriora dicta, ſelectæ narrationes.

3.° Anonymus, de conſtructione, & de uſu inſtrumenti quod τετράγωνον & κύκλυ τεταρτημόριον, id eſt, quadrans circuli dicitur; item de aliis quibuſdam metiendi modis. Opus ineditum. Incipit ἡ γεωμετρία διαιρεῖται.

4.° *Heronis* onomaſticon geometriæ, Græcè ineditum. Dividitur in duas partes, quarum priori præfixus index capitum centum & triginta duorum, ſed indici cum libro non ſatis convenit. Ad primam partem acceſſerunt capita quatuor, quæ in Conradi Daſypodii editione Latina deſiderantur.

Is codex duorum librariorum manu ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCLXXXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Ariſtarchi* Samii liber de magnitudinibus & diſtantiis ſolis & lunæ.

2.° *Hipparchi* in Arati & Eudoxi phænomena, expoſitionum libri duo.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCCLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Autolycus,* de ſphæra mota.

2.° *Theodoſius,* de habitationibus. Hujuſce codicis initio reperitur *Joſephi Auriæ* præfatio ad Stephanum Olivarium Razzalium, Auditorem Rotæ, & utriuſque ſignaturæ Referendarium.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Autolyci* de ſphæra mobili liber.

2.° Ejuſdem de ortu & occaſu ſiderum, libri duo, unà cum ſcholiis.

3.° *Theodoſii* de habitationibus liber.

4.° Ejuſdem de noctibus & diebus libri duo, unà cum ſcholiis.

5.° *Euclidæ* phænomena, unà cum ſcholiis.

Hujuſce codicis, ſæculo decimo ſexto exarati, fronti præſcriptum: *Doctrina primi mobilis ex veteribus Græcis auctoribus, quorum auctorum nomina verſa pagella indicat; omnia de Vaticana Bibliotheca depromta, cum omnibus antiquiſſimis exemplaribus collata ſumma diligentia & fide, opera & ſtudio Joſephi Auriæ, mathematicæ ſcientiæ ſtudioſi. His ſcholia antiqua Græca adjecta ſunt.*

MMCCCLXXXIX.

Codex membranaceus, quo continentur *Claudii Ptolemæi* magnæ conſtructionis libri tredecim.

Is codex litteris uncialibus nono ſæculo exaratus videtur.

MMCCCXC.

Codex bombycinus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Claudii Ptolemæi* magnæ conſtructionis libri tredecim.

2.° Tractatus abſque titulo, quod tamen opus ineditum, ut opinor, videtur eſſe introductio in expeditos canones. Initium ἡ μὲ σύστασις, ὦ Σύρε. Conſtat capitibus viginti; præfixum eſt procemium, quod expeditorum canonum partitionem complectitur.

3.° Liber inſcriptus canonum expeditorum διάταξις καὶ ψηφοφορία. Initio proponitur æſtimanda illa ſolis eclipſis quæ anno 80. æræ Diocletiani contigit, quæ æſtimatio Ptolemæi eſſe nequit.

4.° *Ptolemæi* planiſphærium. Ad calcem acceſſerunt obſervationes quædam chronologicæ recentioris chronographi.

5.° *Ptolemæi* liber de apparentiis & ſignificationibus inerrantium.

6.° Appendix ad librum ſuperiorem, ſive ſtellarum primæ & ſecundæ magnitudinis nomina & apparentiæ.

7.° Ejusdem de judicandi facultate, & animi principatu, liber.

8.° *Theonis* Alexandrini in libros duos primos magnæ constructionis, commentariorum libri duo.

9.° *Theodosii* sphæricorum libri tres.

10.° *Autolycus,* de sphæra mobili.

11.° *Euclidis* optica. Præfixum auctoris anonymi procemium.

Is codex sæculo decimo tertio ineunte videtur exaratus; in scholiis autem quæ passim plurima & copiosa occurrunt, non eadem ubique scriptura.

MMCCCXCI.

Codex chartaceus, emptus anno Christi 1688. quo continentur *Claudii Ptolemæi* mathematicæ constructionis libri tredecim. Initio Græca quædam occurrunt de quadratura circuli; item fragmentum chymicum, Latinè scriptum. Folio verso paradigma astronomicum; ad libri verò calcem, aliud paradigma chronologicum, quod incipit ab anno mundi, juxta Græcos, 6631. & desinit in annum 7000. Christi 1492.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCCXCII.

Codex chartaceus, quo continentur :

1.° Mathematicæ constructionis libri tredecim, auctore *Ptolemæo.* Conjecta ad marginem anonymi scholia.

2.° *Procli Diadochi* hypotyposis astronomicarum positionum. Accedunt anonymi scholia, hactenùs inedita.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCCCXCIII.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur *Claudii Ptolemæi* mathematicæ constructionis libri tredecim. Præfixus libris singulis capitum index, si tamen primum, octavum & undecimum librum excipias. Desiderantur κανόνια, præterquàm in libris quatuor primis; ubi autem desunt, paginæ singulæ, binæ, ternæ, aut etiam plures vacant.

Is codex manu elegante Michaëlis Damasceni, in gratiam Jacobi Aragonidæ, Mantuæ anno 1518. exaratus est.

MMCCCXCIV.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur :

1.° *Ptolemæi* magnæ constructionis libri tredecim.

2.° Paraphrasis in quatuor Ptolemæi libros de siderum affectionibus. Auctoris nomen omissum est; verùm germanus illius auctor *Proclus Diadochus.*

3.° *Theonis* Alexandrini commentarius in expeditos Ptolemæi canones, adjunctis anonymi scholiis, quæ in nonnullis discrepant ab illis quæ alii codices exhibent. Reperitur præterea catalogus Regum Assyriorum, Persarum, Ægyptiorum & Romanorum, qui ad eversam usque Constantinopolim perducitur.

4.° *Joannis* Alexandrini, vulgò *Philoponi* tractatus de astrolabio.

Is codex descriptus est ex exemplari sæculo decimo tertio exarato, quod in illustrissimi Valachiæ Principis bibliotheca asservatur.

MMCCCXCV.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur *Claudii Ptolemæi* mathematicæ constructionis libri tredecim. Præfixus libris singulis capitum index, præterquàm octavo. Passim occurrunt paginæ vacuæ locum præbentes ad describenda κανόνια, quorum pars magna omissa est. Desideratur totius operis epilogus; nec abs re erit monere codicem hunc recognitum & castigatum in libris primis octo.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCCCXCVI.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur :

1.° Anonymi prolegomena commentariorum in Ptolemæi libros mathematicæ constructionis. Initium ὅτι τῶν ἰσοπεριμέτρων.

2.° *Theonis* Alexandrini commentarius in quatuor libros priores mathematicæ constructionis.

3.° Apparatus ad magnam constructionem & expeditos canones; auctor à Theone diversus. Incipit ῥητὸς ἀριθμός.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCCCXCVII.

Codex chartaceus, olim Trichetianus, quo continentur :

1.° Anonymi introductio ad Ptolemæi lectionem. Ibi præfixi illius operibus tituli ab auctore explicantur.

2.° De usu astrolabii. Ad opusculi calcem *Nicephori Gregoræ* nomen comparet.

3.° Quomodo aranea in astrolabio constituenda sit, eodem, ut videtur, *Nicephoro* auctore.

4.° *Ptolemæi* expediti canones ad Syrum, opus nondum editum. Conjecta ad marginem scholia.

5.° Anonymus, de usu astrolabii.

6.° *Joannis Philoponi* liber de astrolabio.

7.° Quemadmodum quis vel in mari, vel in desertis deprehensus, clima in quo versatur cognoscere potest.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCXCVIII.

Codex membranaceus, olim Boistallerianus, quo continetur *Theonis* Alexandrini commentarius in magnam Ptolemæi syntaxim.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCCCXCIX.

Codex bombycinus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Theonis* Alexandrini commentarius in expeditos Ptolemæi canones, adjunctis anonymi scholiis.

2.° *Ptolemæi* tabulæ longitudinis & latitudinis urbium insigniorum. Ibi sunt nonnulla quæ in editis non comparent.

3.° Anonymi tabula, qua horarum inæqualitas explicatur.

4.° Canon chronicus Regum Assyriorum, Persarum, Ægyptiorum & Imperatorum Romanorum ad Manuëlem usque Palæologum, qui sub finem decimi quarti sæculi imperare cœpit. Hinc non immeritò conjicias illis temporibus nostrum hunc codicem exaratum esse.

5.° Canones astronomici, quibus notæ nonnullæ subjiciuntur.

MMCD.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Theonis* Alexandrini in Ptolemæi canones expeditos commentarius, capitibus constans viginti quinque. Interseruntur scholia.

2.° *Isaaci Argyri* tabulæ novæ astronomicæ, initio anni ab orbe condito 6876. Christi 1468. confectæ. Hujusce operis sunt duæ quodammodò partes; in priore adjunguntur tabulis prolegomena & scholia, partim Isaaci Argyri propria, partim è Ptolemæo & aliunde excerpta; pars altera tota tabulis constat.

Is codex trium librariorum manu, Nicolai Sophiani nempè, Angeli Vergetii & Constantini Palæocappæ, sæculo decimo sexto exaratus est.

MMCDI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Georgii Chrysococcæ*, Medici, expositio in constructionem astronomicam Persarum. Præmittitur præfatio ad Joannem Charsianitam, in cujus gratiam auctor ad hocce opus scribendum animum adjecisse se testatur, anno Christi 1409. nondum editum est. Illius autem initium πάλαι μὲ καὶ αὐτός.

2.° Ejusdem tabulæ complures astronomicæ, quas inter una tabula longitudinis & latitudinis insigniorum urbium, quæ *Ismaëlis Bullialdi* studio publicam lucem aspexit.

Is codex sæculo decimo quinto exeunte, vel ineunte decimo sexto exaratus videtur.

MMCDII.

Codex chartaceus, à Cosma Mauritio Palæologo, Vicario generali beatissimi patris & Patriarchæ Alexandrini, Missionario apostolico sanctæ Romanæ Ecclesiæ, domino Colberto oblatus. Ibi continentur:

1.° *Georgii Chrysococcæ* expositio in constructionem astronomicam Persarum, ad fratrem suum Joannem Charsianitam.

2.° Sancti *Maximi* Confessoris ad Petrum Patritium, brevis enarratio Christiani Paschatis, qua descripti laterculi ratio declaratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCDIII.

Codex bombycinus, olim Boistallerianus, quo continentur:

1.° *Cleomedis* de orbium cœlestium contemplatione libri duo. Auctoris nomen omissum est.

2.° Fragmentum breve, ubi de variis pedum geometricorum generibus.

3.° *Joannis Tzetzæ* verſus iambici de variis poëſeos & poëmatum generibus.

4.° *Arati* phænomena. Accedunt *Theonis* ſcholia.

5.° *Procli Diadochi* hypotypoſis aſtronomicarum poſitionum.

6.° *Lycophronis* Caſſandra. Paſſim inter lineas gloſſæ miniatæ; conjecta verò ad marginem *Iſaaci Tzetzæ* ſcholia.

7.° *Nicandri* theriaca & alexipharmaca. Accedunt ſcholia, eadem omninò cum editis; alexipharmacorum autem pars major deſideratur.

8.° *Pindari* olympia, pythia, nemea, iſthmia. Nonnumquam inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, quæ ab editis non diſcrepant.

9.° Fragmenta quædam, ubi de conciliis, & de vino.

10.° *Homeri* odyſſea. Adjuncta ſunt ſcholia in libros priores, ab editis diverſa, ſed quorum pars major in ſcrutandis allegoriis tota eſt.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCDIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Cleomedis* de orbium cœleſtium contemplatione, libri duo.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Joannis Pediaſimi,* in quædam Cleomedis obſcuriora dicta, enarrationes ineditæ. Opus in capita viginti novem dividitur.

2.° Anonymi ſcholia in duos Cleomedis libros, è duobus antiquis bibliothecæ Vaticanæ codicibus deſcripta.

Is codex Joſephi Auriæ manu ſæculo decimo ſexto exaratus eſt.

MMCDVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Joannis Pediaſimi,* Diaconi, Chartophylacis primæ Juſtinianæ, & totius Bulgariæ, commentarius in libros duos Cleomedis, de orbium cœleſtium contemplatione.

2.° *Theon* Alexandrinus, in expeditos Ptolemæi canones.

3.° Paſchalion, cujus ſanctus Joannes Damaſcenus auctor dicitur.

4.° Opuſculum quod inſcribitur εὐαγγελιστήριον τῆς λεγομένης ψάμμου. Ibi de rebus ad geomantiam pertinentibus.

5.° Cœlum Pythagoricum.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Sapientiſſimi Bulgariæ Chartophylacis *Joannis Pediaſimi* tractatus de menſuratione & partitione terræ. Sequitur hujuſce libri interpretatio Latina.

2.° *Heliodori* Philoſophi carmen iambicum, ad Theodoſium Imperatorem, de auri conficiendi ratione.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDVIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Inveniendi Paſchatis variæ methodi.

2.° *Antigenis* ſcholium in hymnum lucernalem.

3.° Anonymi lexicon è ſcriptoribus ſacris & profanis collectum. Verùm ibi veterum pauci memorantur.

3.° *Nicetæ,* Serrarum Epiſcopi, hymnorum quorumdam eccleſiaſticorum explicatio grammatica & philologica.

5.° *Michaëlis Pſelli* grammatica, verſibus politicis, ad Conſtantinum Monomachum, Imperatorem.

6.° Explicatio vocum quarumdam difficiliorum, quæ in Græegorii Nazianzeni carminibus occurrunt.

7.° Vocum nonnullarum in Heſiodo obviarum, expoſitio.

8.° *Pſelli* breve fragmentum, ubi de vocibus nonnullis difficilioribus.

9.° *Joannis* Geometræ hymni heroïcoelegiaci in Deiparam.

10.° Hymnus alius in Dei Filium, à *Friderico Morello* editus.

11.° Sancti *Baſilii* epiſtola, inter editas prima.

12.° *Marcelli Sidetæ* medicina è piſcibus, verſibus heroïcis.

13.° *Nicetæ,* Serrarum Epiſcopi, verſus iambici

iambici de rebus ad grammaticam pertinentibus.

14.° Ejuſdem obſervationes grammaticæ, oratione ſoluta.

15.° Anonymus, de verſu heroïco.

16.° Anonymi regulæ grammaticæ de nominibus poſſeſſivis.

17.° *Æſopi* fabulæ quædam verſibus iambicis.

18.° Anonymus, de verſu iambico.

19.° De beatæ Virginis forma, ex Aphrodiſiani hiſtoria.

20.° De beata Anna & ejus liberis, excerpta ex Hippolyti Thebani, ut videtur, chronico.

21.° Symbolum Græcum, partim Latinè, partim Italicè, partim Gallicè converſum; interpres in Latinos invehitur, ob addita hæc verba: *Filioque*.

22.° Oratio dominica, eodem modo reddita.

23.° *Joſephi* teſtimonium de Jeſu Chriſto, ex Euthymii Zigabeni Panoplia deſcriptum.

24.° Anthimi Martyris colloquium cum Juliano Apoſtata, de Apolline Delphico, coram Oribaſio. Adjunctæ ſunt gloſſæ interlineares.

25.° Colloquium ſanctæ Catharinæ Martyris cum Maxentio Imperatore, ſive potiùs cum illius rhetoribus.

26.° Novem muſarum nomina, quibus artibus præſint, & qui artium illarum inventores.

27.° De dialectis, & à quibus ſcriptoribus unaquæque uſurpata.

28.° Decem Rhetorum nomina, & quot illorum orationes.

29.° Plantarum nomina magis obvia, è *Theophraſto*.

30.° De menſium computatione apud Romanos.

31.° De affectionibus dictionum.

32.° Verſus in Gregorium Nazianzenum.

33.° Excerpta è Górontico, ſanctis Ephræmo, Chryſoſtomo, Baſilio & Joanne Climaco.

34.° *Anaſtaſii* Sinaïtæ quæſtio una.

35.° De λαχάνε & χρυσαλοιφῆς conficiendorum ratione.

36.° Imperatores Conſtantinopolitani

chriſtiani & hæretici ſeptuaginta tres; illorum hæreſes, & quot annis ſinguli imperarint.

37.° De metris iambicis, heroïcis & elegiacis.

38.° Remedia quædam ad purgandum caput & oculos idonea, & quæ nullo negotio parari poſſunt.

Is codex manu Athanaſii Hamartoli circa annum Chriſti 1270. exaratus eſt.

MMCDIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Joannis Philoponi* tractatus de uſu aſtrolabii, ab aliquo viro docto ad manuſcriptos codices collatus.

2.° Anonymi tractatus, de eodem argumento.

3.° *Nicephorus Gregoras*, de aſtrolabii conficiendi ratione.

4.° *Joannis Camateri*, Canicleo Præfecti, ad Manuëlem Comnenum, Imperatorem, verſus iambici de zodiaco, & aliis, qui in cœlo ſunt, circulis.

5.° *Domni*, Lariſſæi Philoſophi, introductio ad arithmeticam.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Nicephori Gregoræ* liber de aſtrolabii conficiendi ratione.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDXI.

Codex chartaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur:

1.° Anonymi commentarius in Ptolemæi tetrabiblon.

2.° Anonymi commentarius alius in eumdem librum.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCDXII.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur:

1.° Anonymi commentarius in Ptolemæi tetrabiblon. Incipit τὰ προοίμια ποιεῖται.

2.° *Porphyrii* introductio ad Ptolemæi apoteleſmaticam.

Is codex manu Alexii, sacerdotis Corcyræi, in gratiam Joannis Gadii, cameræ apostolicæ Decani, anno Christi 1540. Romæ exaratus est.

MMCDXIII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° Anonymi commentarius in Ptolemæi tetrabiblon, de judiciis astrologicis.

2.° *Porphyrii* introductio in Ptolemæi tetrabiblon.

Is codex anno Christi 1498. exaratus est.

MMCDXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur commentarius in Ptolemæi tetrabiblon. Hujusce operis *Porphyrius* & *Demophilus* auctores feruntur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Hephæstionis*, Thebani Philosophi, de astrologia, quam judiciariam vocant, tractatus ad unum ex amicis, Athanasium nomine.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Rhetorii* liber de duodecim zodiaci signis, aliisque rebus ad astrologiam, quam judiciariam vocant, pertinentibus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Theophili* ad Deucalionem filium prognostica astrologica; opus ineditum. Variis in locis folia quædam desiderantur.

2.° *Hephæstionis* Thebani apotelesmata.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCDXVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Pauli* Alexandrini introductio in doctrinam de viribus & effectibus astrorum.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

MMCDXIX.

Codex chartaceus, olim Medicæus, astrologica, magica, chymica & apotelesmatica præcipuè complectens, & ita disposita:

1.° Figura seu tabella quæ singulas corporis humani partes exhibet, prout singulis zodiaci signis subjacent.

2.° Astrologiæ judiciariæ, magicarumque artium libri quatuor, à recentiore aliquo Græculo consarcinati, & è variis excerptis conflati. Singulis libris præfixus est index capitum, si primum tamen excipias, cujus sunt capita sexaginta duo. Hæc autem auctoris nomen inscriptum habent: capite decimo octavo, legitur, *Valens* de ascensionibus planetarum; capite vigesimo secundo, *Petosiris* Mathematicus ad Regem Nechepsonem; capite vigesimo tertio, *Pythagoræ* Mathematici prognostica supputatio; capite vigesimo quinto, *Claudii Ptolemæi* carpus; capite vigesimo sexto, excerpta ex Apomazaris opere. Libro secundo continentur capita quadraginta duo, quorum sexto, *Hermæ Trismegisti* methodus mystica εἰς πᾶσαν καταρχήν; capite vigesimo, excerpta è Serapione περὶ καταρχῶν; capite vigesimo septimo, *Serapionis* Alexandrini apotelesmaticæ observationes ad Timotheum grammaticum, ejus discipulum; capite trigesimo secundo, excerpta è Theophilo; capite trigesimo quarto, excerpta è Nechepsone. Liber tertius complectitur capita nonaginta duo, quorum quarto *Antigoni* Nicæni θεμάτιον de genesi, seu nativitate; capite decimo quinto, *Joannes Camaterus*, de infantis genesi. Liber quartus constat capitibus centum & viginti, quorum decimo quinto, excerpta è Zoroastre; capite septuagesimo tertio, excerpta ex Heliodoro; capite nonagesimo octavo, *Bothrus*, Persarum Rex, de vulture; capite centesimo primo, *Petosiridis* organum de vita & morte, ad Nechepsonem Regem; capite centesimo decimo nono, Doctoris *Georgii Midiatæ* canonia, sive tabulæ astronomicæ. Post folium 144. occurrunt folia octo transposita, ut patet è capitum & quaternionum numeris; quatuor postrema alba sunt. In prioribus quatuor reperias quædam chymico-magica, ubi de pæoniæ herbæ seu radicis miris virtutibus, & de hegemonico pharmaco, juxta Aristotelem.

3.° Tabula constellationum hemisphærii borealis, ex almagesto Ptolemæi lib. 7. cap. 5.

4.° Tabula constellationum australium, ex ejusdem operis capite octavo.

5.° Capita varia astronomica, è Ptolemæi almagesto.

6.° *Georgius* geometres, de terræ divisione.

7.° *Isaaci Argyri* geometrica aliquot problemata.

8.° Magica, hydromantica & cosmographica.

9.° *Cleomedis* de meteoris & de sphæra libri duo.

10.° Superstitiosa quædam & magica, *Salomoni* adscripta.

11.° Anonymus, de cognatione regionum cum triangulis & stellis.

12.° *Rhamplius*, de Persica arte.

13.° Alia ejusdem è libro *Gennadii* Patriarchæ exscripta.

14.° *Apollonii* Mathematici apotelesmata.

15.° *Cœronis* liber de naturalibus virtutibus, sympathiis & antipathiis. Accessere excerpta ex iis quæ Harpocration Alexandrinus ad filium scripsit, insulsa planè & ridicula.

16.° Apotelesmata, prognostica, arcanæ morborum curationes, & alia quædam.

17.° *Hermes Trismegistus*, de herbis duodecim signorum zodiaci.

18.° Testamentum Salomonis, cum nominibus mysticis quæ Ezechias conservavit.

29.° Miscellanea chymica, magica, hydromantica, astrologica & chronologica. Ibi de vitri secandi ratione, tabella magica; de aqua quæ aurum & argentum expurgat, cætera autem metalla in pulverem redigit; de litteris invisibilibus, & nonnullis confectionibus chymicis. Ibi præterea occurrunt excerpta è Manassæ chronico de annis ab orbe condito ad Christum usque natum; chronologica quædam de annis & mensibus; paschalion ab anno Christi 1462. ad annum 1492. magicæ preces, aliaque superstitiosa; observationes de obeundis ministeriis, pro diverso lunæ ac duodecim zodiaci signorum aspectu; nomina Arabica duodecim zodiaci signorum, & ratio inveniendi anni alicujus horoscopi, sive signi dominantis.

20.° Via recta ad artem alchymiæ, auctore *Petro Theoctonico*, qui ad libri calcem vocatur Αμπερζος; est autem is *Albertus Teutonicus* auctor libri de mirabilibus, diversus ab Alberto Magno.

21.° Somniorum interpretandorum ratio, auctoribus *Syrim* & *Manuële Palæologo*.

22.° Lexicon ubi explicantur voces per totum volumen sparsæ.

23.° Ineptiæ & superstitiones magicæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur, illudque manu cujusdam Georgii Midiatæ, ut constat è subscriptione qua Alberti Teutonici liber clauditur, cujus subscriptionis formula hæc est: *Explicit via pura fratris Alberti Teutonici, magni Alchymistæ, scripta per me Georgium Magistrum Midiatem; Georgius* verò iste, quanquam se διδάσκαλον nominat, vir fuit minimè doctus, quantùm ex iis quæ scripsit, apparet. Ibi nulla orthographia; omnia corrupta & barbarismis fœda; tamen auctorem se profitetur canoniorum seu tabularum astronomicarum quæ incipiunt fol. 160. Ibidem pollicetur νοήματα & ποιήματα quæ tabulis illis fortasse subjuncta erant; hodiè autem non extant, ideò nempè quòd folia multa desiderantur.

MMCDXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Leonis* Philosophi tractatus astrologicus de regno, quomodo cognosci possit quot annos quis imperare debeat, & quæ, illo imperante, eventura sint. Opus ineditum, cujus, ut annotatum est ad marginem, *Theophilus* auctor creditur.

2.° Anonymus, de horoscopo & locis horoscopi.

3.° Anonymus, de inerrantium stellarum potestate.

4.° Anonymi tractatus, quo rem omnem astrologicam auctor fusè persequitur; is autem tractatus, è Theophilo, Dorotheo, aliisque rerum astrologicarum scriptoribus collectus est.

5.° Excerpta è Ptolemæi carpo.

6.° Theoria planetarum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Astrampsychi* astrologia Persica ad Regem Ptolemæum, opus ineditum.

2.° Ejusdem siderum theoria inedita.

3.° Ejusdem cœlum Pythagoreum ineditum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur :

1.° *Astrampsychi* astrologia Persica ad Regem Ptolemæum.

2.° Ejusdem cœlum Pythagoreum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXXIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus de astrologia, quam judiciariam vocant.

2.° *Joannis Philoponi*, Alexandrini, de astrolabio liber.

3.° *Plutarchus*, de Philosophorum placitis.

4.° *Procli Diadochi* institutiones theologicæ.

5.° *Menander*, de divisione causarum in genere demonstrativo.

6.° *Procli* hypotyposis astronomicarum positionum.

7.° *Corinthus*, de dialectis.

8.° *Ptolemæi* rerum geographicarum libri duo.

9.° *Joannis Philoponi* tractatus de astrolabio.

10.° *Theonis* in expeditos Ptolemæi canones commentarius.

11.° Anonymi de rebus astronomicis libri duo.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCDXXIV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Anonymi liber, ubi de rebus ad astrologiam judiciariam pertinentibus fusè differitur.

2.° *Leonis* Philosophi de regno & principibus liber, cujus ope cognosci potest quot annos quisque imperare debeat.

3.° *Astrampsychus*, de astrologia Persica.

4.° Anonymus, de duodecim zodiaci signis, cometis & lapidibus.

5.° *Joannis Camateri*, Canicleo Præfecti, versus iambici ad Manuëlem Imperatorem, de zodiaco, & aliis, qui in cœlo sunt, circulis.

6.° Anonymi theoria siderum, & de illorum inflexibus.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCDXXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi observatio de singulis humani corporis partibus, in quas zodiaci signa aliquod imperium exercent.

2.° *Ptolemæi* tetrabiblon, sive de judiciis astrologicis libri quatuor. Præfixus capitum index.

3.° Astrologiæ totius principia & fundamenta, ex Antiochi thesauris collecta. Auctoris nomen non comparet.

4.° Anonymi tractatus, quo variæ astrologiæ, quam judiciariam vocant, partes explicantur.

5.° Excerpta è Juliano Laodicensi, de electionibus, sive initiis astrologicè deligendis.

6.° Methodus calculandi juxta varias astronomorum hypotheses. Verùm auctor anonymus in exponendis astrologiæ judiciariæ placitis totus versatur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCDXXVI.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, quo continentur :

1.° Anonymus, de rebus ad astrologiam judiciariam pertinentibus.

2.° *Petosiridis* organum astronomicum, de ratione morborum eventus prædicendi.

3.° *Hipparchus*, de duodecim signis zodiaci.

4.° Anonymi methodus, cujus ope futura divinari possunt.

5.° Anonymi brontoscopia, ubi de tonitruum certis mensis diebus significatione.

6.° *Pythagoræ* methodus, cujus ope dubii rerum humanarum eventus cognosci possunt.

7.° Excerpta è Petosiridis & Mercurii jatromathematicis. Ibi de morborum eventu; excerptorum autem illorum auctor dicitur *Protagoras*. Rectiùs fortasse legeretur *Pythagoras*.

8.° Anonymus, de horoscopo.

9.° Excerpta è Strabone, auctore *Georgio Gemisto Plethone*.

10.° Excerpta de prosodia, ex Herodiani & Theodosii grammaticorum scriptis.

Operis initio hæc legas: *Recognoverunt Zacharias Scordili & Nicolaus Turrianus, Cretenses.* Ad calcem ab eodem Zacharia observatum, librum de quo nunc, *Heliodoro* potiùs quàm *Herodiano* esse tribuendum.

11.° Sancti *Epiphanii* physiologus, de natura ferarum & volucrum. Ad illius calcem hæc annotata reperias: *Liber transcriptus è vetusto quodam exemplari, recognitus à Zacharia Græco anno 1562.*

MMCDXXVII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continetur *Apomasaris* oneirocriticon, sive tractatus de somniorum juxta Ægyptiorum, Persarum & Indorum decreta, significatione; hoc autem opus ab illo non discrepat quod sub Achmetis nomine prodiit. Initium desideratur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXXVIII.

Codex chartaceus, olim Trichetianus, quo continentur:

1.° *Heronis* Alexandrini pneumatica sive spiritalia, cum figuris.

2.° Idem, de automatorum fabrica.

3.° *Theonis* Smyrnæi eorum quæ in mathematicis ad Platonis lectionem utilia sunt, expositio.

4.° *Adamantionis,* sive potiùs *Nemesii,* de natura hominis tractatus.

5.° *Manuëlis Moschopuli* de inveniendis numeris quadratis libellus ineditus; ad illum autem scribendum animum adpulisse dicitur *Moschopulus,* rogatu Nicolai Smyrnæi, Artabasdi, cognomento Rhabdæ.

6.° *Maximi Planudæ* & *Nicolai* Smyrnæi, *Artabasdi Rhabdæ,* opusculum commune arithmeticum, de ratione numerandi apud Indos usurpata, sive de numerorum Arabicorum usu. Opus ineditum.

7.° Arithmeticæ compendium, auctore eodem *Nicolao* Smyrnæo, qui illud scripsit, rogatus à Georgio Chatzyc, libellorum supplicum magistro.

8.° Tabulæ arithmeticæ, quarum prima *Palamedis* inventum esse dicitur.

9.° Singularia quædam, de componendis sive addendis numeris. Pleraque *Isaacum Argyrum* auctorem habent.

10.° *Heronis* geometria, imò epitome, eaque imperfecta.

11.° *Isaaci Argyri* Monachi epistola ad Colybam, de geodæsia, sive de agrimensorum arte. Opus ineditum.

12.° Ejusdem geometria ἐπίπεδος, sive de planis metiendis. Opus ineditum, & maximam partem ex Herone collectum.

13.° Stereometria, sive de solidis metiendis, eodem *Isaaco,* ut videtur, auctore.

14.° *Nicolai Artabasdi Rhabdæ* quæstiones arithmeticæ, ineditæ, ad Tzabuchem Clazomenium.

15.° *Isaaci Argyri* scholium ineditum in primam tabularum Ptolemæi geographicarum; eum quippe puto sensum esse horum verborum, σχόλιον εἰς τὸ πρῶτον σχῆμα τοῦ ἐν ἐπιπέδῳ καταγραφῆς τῆς οἰκήσεως, quæ & sic verti possunt: scholium in primam figuram descriptæ in plano habitationis; nam de Ptolemæi tabulis sermonem fieri constat ex ipso scholio.

16.° Anonymi de duodecim ventis versus politici.

17.° Anonymus, de eodem argumento, soluta oratione.

18.° Orbis habitabilis extrema quatuor, septem climata, aliaque ad geographiam pertinentia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCDXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur *Heronis* Alexandrini pneumaticorum sive spiritalium, libri duo.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXXX.

Codex chartaceus, nuper emptus, quo continentur:

1.° *Heronis* Alexandrini spiritalium libri duo.

2.° Ejusdem belopœëca.

3.° Ejusdem dioptrica, opus hactenus ineditum.

4.° Ejusdem de automatorum fabrica, libri duo.

5.° *Manuëlis Bryennii* harmonicorum libri tres.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXXXI.

Codex chartaceus, quo continentur

Heronis pneumaticorum sive spiritalium libri duo. Ibi figuræ complures, eleganter delineatæ.

Is codex Angeli Vergetii manu, imperante Francisco I. Lutetiæ Parisiorum exaratus est.

MMCDXXXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Heronis* Alexandrini pneumaticorum libri duo.

2.° Ejusdem de automatorum fabrica; libri duo. In utroque opere icones nullæ, quæ complures esse debuerant.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Heronis* Alexandrini spiritalium libri duo.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Heronis* Alexandrini spiritalia.

2.° Idem, de automatorum fabrica.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXXXV.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, quo continentur :

1.° *Athenæus,* de machinis.

2.° *Biton,* de constructione machinarum bellicarum, & catapultarum.

3.° *Heronis* libri duo de constructione & symmetria chirobalistræ.

4.° Ex Apollodoro poliorcetica.

5.° E Philonis belopœëcis libri duo.

6.° *Asclepiodoti* Philosophi tactica. Præfixus index capitum duodecim.

7.° *Æliani,* sive ut paginæ ultimæ subscriptum, *Æneæ,* commentarius tacticus, de obsidione toleranda.

8.° Anonymi ejusdem argumenti tractatus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur. Passim in marginibus supplementa & emendationes.

MMCDXXXVI.

Codex chartaceus olim Mazarinæus, quo continentur :

1.° *Athenæi* de machinis procemium, nec illud quidem integrum.

2.° *Biton,* de constructione machinarum bellicarum, & catapultarum. Primum caput, ut & penultimum desiderantur.

3.° *Heronis* de constructione & symmetria chirobalistræ, libri duo.

4.° Ex Apollodoro poliorcetica. Pars fermè dimidia desideratur.

Adjunctæ figuræ complures.

Is codex, situ corruptus, Joannis Hydruntini manu exaratus est.

MMCDXXXVII.

Codex chartaceus, nuper emptus, quo continentur:

1.° *Athenæus,* de machinis.

2.° *Bitonis* constructiones machinarum bellicarum, & catapultarum.

3.° *Hero* Alexandrinus, de constructione & mensura manubalistæ.

4.° *Julii* Africani cesti. Conjectæ ad marginem viri docti emendationes nonnullæ.

5.° Anonymus, de obsidione toleranda. Hujusce operis auctorem decimo quinto sæculo vixisse crediderim; Thessalonicæ enim à Turcis expugnatæ meminit; conjectæ etiam ad marginem viri docti emendationes & notæ quædam.

6.° Anonymus, qualis esse debeat Imperator. Sequuntur præcepta quæ egregius Imperator semper ob oculos habere debeat. Nonnullæ emendationes ad marginem conjectæ sunt.

7.° *Leonis* Imperatoris constitutionum militarium breviarium.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur :

1.° *Athenæus,* de machinis.

2.° *Biton,* de constructione machinarum bellicarum, & catapultarum.

3.° *Heronis* de constructione & symmetria chirobalistræ, libri duo.

4.° Ex Apollodoro poliorcetica.

5.° E Philonis belopœëcis libri duo. Primi desideratur initium.

6.° *Heronis* γεωπόνικον βιβλίον, imò excerpta è libro primo vocabulorum geometricorum.

7.° Ejusdem εἰσαγωγαὶ τῶν γεωμετρουμένων. Ibi varii metiendorum agrorum, vinearum, putei, navigii, modi explicantur. Incipit καθὼς ἡμᾶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγος.

8.° *Euclidis* εὐθυμετρικά. Hic libellus, cui nomen Euclidis parùm rectè adscriptum, præmissis variarum mensurarum nominibus, continet problemata embadometrica, & varios modos metiendi quamlibet figuram.

9.° *Georgii Pachymerii* arithmeticæ quater inchoata descriptio, duorum librariorum manu diversa.

10.° Ejusdem harmonicæ inchoata descriptio.

Is codex manu Joannis à sancta Maura, è Vaticano codice, anno Christi 1594. mense septembri descriptus est.

MMCDXXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Julii* Africani cesti. Præmittitur capitum index.

2.° *Hero,* de constructione & mensura manubalistæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXL.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Anthemii* de admirabilibus machinis fragmentum, ubi de speculis ustoriis.

2.° *Pappi* Alexandrini collectionum mathematicarum libri octo. Primus totus desideratur; secundus verò capitibus primis quatuordecim mutilus. Opus Græcè ineditum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCDXLI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Excerpta ex Apollodori poliorceticis, ad Hadrianum Imperatorem.

2.° De instruendis aciebus parecbolæ, quarum *Hero* à Meursio in glossis auctor dicitur, à Rigaltio autem notis in Onosandrum *Julius* Africanus.

3.° *Athenæus,* de machinis bellicis.

4.° *Julii* Africani cesti. Præmittitur capitum index.

5.° Anonymi de obsidione toleranda & repellenda liber, editus Parisiis anno 1639. In quibusdam exemplaribus *Heroni* tribuitur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXLII.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Æliani* tactica. Adjuncta sunt scholia, manu partim antiqua, partim recentiore. Initio, ut & in medio contextu, diversæ militarium agminum descriptiones, & tacticæ tabulæ.

2.° *Onosandri* strategicus. Conjecta ad margines scholia quædam.

3.° *Mauricii* strategici libri duo priores. Accessit index capitum libri tertii, eique indici subjuncta explicatio notarum tacticarum.

4.° *Athenæus,* de machinis.

5.° *Biton,* de constructione machinarum bellicarum, & catapultarum.

6.° *Heronis* libri duo de constructione & symmetria chirobalistræ. Secundi finis desideratur.

7.° Ex Apollodoro poliorcetica. Mota suo loco decem folia.

8.° E Philonis belopœëcis libri duo. In secundo desiderantur quædam.

Hujusce codicis pars major sæculo decimo exarata videtur.

MMCDXLIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Æliani* tactica.

2.° *Onosandri* strategicus.

3.° *Æneæ* tractatus tacticus & obsidionalis.

Is codex manu elegantissima Angeli Vergetii exaratus est.

MMCDXLIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur paralipomena, ex Æliani libris de instruendis aciebus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXLV.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Onosandri* strategicus, sive de imperio militari.

2.° *Mauricii* opus ejusdem argumenti, constans libris undecim; undecimi verò capita duo ultima desiderantur.

3.° De acie pedestri tractatus ineditus. Excidit nomen auctoris, & maxima, nî fallor, pars procemii. Præfixus index capitum viginti quatuor.

4.° *Urbicii* commentum, quod castrum mobile appellatur.

5.° *Athenæus*, de machinis.

6.° *Biton*, de constructione machinarum bellicarum, & catapultarum.

7.° *Heronis* libri duo, quorum prior de constructione & symmetria chirobalistræ, alter inscribitur βελοποιϊκά.

8.° Ex Apollodoro poliorcetica.

9.° E Philonis belopœëcis libri duo.

10.° *Julii* Africani κεστοί. Præfixus index capitum septuaginta; ex his autem in hoc codice desiderantur quinquaginta duo, à duodecimo nempè ad sexagesimum quartum.

11.° Anonymi liber de obsidione toleranda, è Polybio, Arriano & Flavio Josepho maximam partem excerptus.

12.° *Leonis* tactica, quorum pars major desideratur.

13.° Anonymi de castrorum metatione ineditus liber, constans capitibus viginti quatuor. Laudatur à Cangio in glossario Græco ad vocem μίνσωρ.

14.° Operis ejusdem argumenti, à *Nicephoro* Imperatore conscripti, capita decem.

Neque omittendum est ad Urbicii, Athenæi, Bitonis, Heronis & Apollodori libros figuras quasdam conspici rudi manu delineatas.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCDXLVI.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° *Leonis* Imperatoris tactica.

2.° *Arriani* tactica.

3.° *Onosandri* strategicus.

4.° *Æliani* tactica.

5.° *Urbicii* tactica.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

MMCDXLVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi de instruendis aciebus opusculum.

2.° Anonymi liber de rebus ad chymiam pertinentibus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXLVIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi ad musicam introductio, nudas tantùm definitiones complectens. Opus ineditum.

2.° Anonymi tractatus de sphæra, ineditus, quem auctor à se editum anno Christi 1008. testatum reliquit.

3.° *Archimedis* supposititia ad Eratosthenem epistola, sive problema, Alexandrinis versibus scriptum, de bobus Soli sacris.

4.° *Euclidis* data.

5.° Ejusdem catoptrica.

6.° *Autolycus*, de sphæra mota.

7.° *Theodosii* sphærica.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCDXLIX.

Codex chartaceus, olim domini Mentelii. Ibi continentur *Aristoxeni* elementorum harmonicorum libri tres.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDL.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Claudii Ptolemæi* harmonicorum libri tres. Conjecta ad marginem & inter lineas scholia.

2.° *Nicomachi* Geraseni arithmetices elementorum libri duo, cum scholiis ad oram libri & inter lineas.

14.° *Theonis* Alexandrini in Ptolemæi mathematicam

mathematicam constructionem commentariorum libri quatuor. Passim in marginibus scholia.

4.° *Theonis* Smyrnæi, Platonici, eorum quæ in mathematicis ad Platonis lectionem utilia sunt, expositio.

Is codex sub finem sæculi decimi quarti exaratus videtur.

MMCDLI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Ptolemæi* harmonicorum libri tres. Singulis præfixus capitum index.

2.° *Porphyrii* commentarius in harmonica Ptolemæi.

3.° *Plutarchi* tractatus de musica.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCDLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Ptolemæi* harmonicorum libri tres. Præfixus capitum index.

2.° *Michaëlis Bryennii* harmonica.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDLIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Ptolemæi* harmonicorum libri tres. Libro primo præfixus capitum index; conjecta etiam ad marginem scholia quædam.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDLIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Porphyrii* commentarius in harmonica Ptolemæi.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDLV.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, quo continentur:

1.° *Aristidæ Quintiliani* de re musica libri tres.

2.° *Manuëlis Bryennii* harmonicorum libri tres. Libri singuli in tmemata divisi; primus novem complectitur, secundus quindecim, tertius undecim.

Is codex Camilli Veneti manu, ex antiquo bibliothecæ divi Marci exemplari, impensa septem aureorum descriptus est.

MMCDLVI.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Aristidæ Quintiliani* de re musica libri tres.

2.° *Manuëlis Bryennii* harmonicorum libri tres.

3.° *Plutarchus*, de musica.

4.° *Euclidis* isagoge harmonica, cui adjuncta est sectio canonis musici.

5.° *Aristoxeni* elementorum harmonicorum libri tres.

6.° *Alypii* introductio musica.

7.° *Gaudentii* Philosophi introductio harmonica.

8.° *Nicomachi* Geraseni harmonices enchiridion in duos libros divisum. Primo libro præfixus index, non item secundo, qui mutilus est. Hunc defectum supplent excerpta ex eodem Nicomacho.

9.° *Claudii Ptolemæi* harmonicorum libri tres.

10.° *Porphyrii* in Ptolemæi harmonica commentarius. Desinit in capite septimo libri secundi.

11.° *Bacchii* senioris musices elementa.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDLVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Aristidæ Quintiliani* de re musica libri tres.

2.° *Manuëlis Bryennii* harmonicorum libri tres.

3.° *Plutarchus*, de musica.

4.° *Euclidis* isagoge harmonica.

5.° *Aristoxeni* elementorum harmonicorum libri tres.

6.° *Alypii* introductio musica.

7.° *Nicomachi* Geraseni harmonices enchiridion.

8.° *Claudii Ptolemæi* harmonicorum libri tres.

9.° *Porphyrii* in Ptolemæi harmonica commentarius.

Is codex manu Angeli Vergetii anno Christi 1537. exaratus est.

MMCDLVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Aristidis Quintiliani* libri tres de musica.

2.° Anonymus, de rythmo.

3.° *Bacchii* senioris ad musicam introductio. Sequuntur *Dionysii* hymni, editi Oxonii in notis ad Aratum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDLIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Aristidis Quintiliani* de musica libri tres.

2.° *Ptolemæi* harmonicorum libri tres. Capita libri tertii nonnulla desiderantur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDLX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Alypii* introductio musica.

2.° *Gaudentii* Philosophi introductio harmonica.

3.° Anonymi ejusdem argumenti liber ineditus. Incipit ῥυθμὸς συνέστηκεν.

4.° *Bacchii* senioris musices elementa.

5.° Anonymi ejusdem argumenti libellus ineditus. Incipit τῇ μουσικῇ τέχνῃ.

6.° *Euclidis* isagoge harmonica, quam sequitur sectio canonis musici.

7.° *Theonis* Smyrnæi summa & conspectus totius musicæ.

8.° Excerpta è Pappi scriptis ad rem musicam pertinentia.

9.° *Nicomachi* Geraseni, Pythagorici, harmonices enchiridion.

10.° *Aristidis Quintiliani* de re musica libri tres.

11.° *Manuëlis Bryennii* harmonicorum libri duo priores.

Ad calcem accesserunt chartæ minoris moduli assutæ, quibus continentur animadversiones viri in musicis docti; manus Latina & recens. Earum animadversionum prima pars inscribitur, restitutio figurarum libri secundi apud Manuëlem Bryennium; alteri parti inscriptum, notata quædam ad Manuëlem Bryennium.

Is codex sæculo decimo sexto ineunte exaratus videtur.

MMCDLXI.

Codex partim bombycinus, partim chartaceus, quo continentur:

1.° *Manuëlis Bryennii* harmonicorum libri tres.

2.° *Ptolemæi* harmonicorum libri totidem. Desiderantur capita duo.

3.° *Georgii Chrysococcæ*, Medici, commentarius ineditus, in Persarum syntaxim. Sequuntur complures tabulæ astronomicæ, quarum postremæ desiderantur.

Hujusce codicis pars prior sæculo decimo quarto, altera decimo quinto videtur exarata.

MMCDLXII.

Codex chartaceus, quo continentur *Manuëlis Bryennii* harmonica.

Is codex manu Nicolai Nancelii anno 1557. exaratus est.

MMCDLXIII.

Codex chartaceus, olim Thuanæus, posteà Colbertinus, quo continentur:

1.° *Manuëlis Bryennii* harmonicorum libri tres.

2.° Excerpta de legationibus, ab *Hoeschelio* edita. Superest tantùm initium.

3.° *Eusebii* Pamphili commentarius in primam Isaïæ visionem; cætera enim desiderantur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCDLXIV.

Codex chartaceus, olim Thuanæus, posteà Colbertinus, quo continentur *Manuëlis Bryennii* harmonicorum libri tres.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MATHEMATICI.

In-quarto.

MMCDLXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Euthymii*, sive *Michaëlis Pselli* tractatus de quatuor mathematicis disciplinis,

arithmetica ſcilicet, geometria, muſica & aſtronomia.

2.° Anonymi declamatio, quid anima pro ſe adversùs corpus coram judicibus dictura ſit. Initium τοῦ μὲν λογικοῦ μέρους.

3.° Ejuſdem apologia corporis adversùs animam. Incipit ὅσην μὲν ὕβριν.

4.° *Synesii* encomium calvitiei.

5.° Ejuſdem epiſtolæ.

6.° Ejuſdem oratio de regno, ad Arcadium Imperatorem.

7.° Ejuſdem Dion.

8.° Idem, de inſomniis.

9.° Ejuſdem homilia.

10.° *Pindari* Olympia, & Pythiorum ode prima. Paſſim inter lineas gloſſæ miniatæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, quæ in multis ab editis diverſa ſunt.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCDLXVI.

Codex membranaceus, quo continentur *Euclidis* elementorum libri tredecim.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

MMCDLXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Euclidis* data. Præmittitur *Marini* Philoſophi præfatio.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Euclidis* optica.

2.° Ejuſdem catoptrica.

3.° Ejuſdem phænomena.

Is codex elegantiſſima Angeli Vergetii manu exaratus eſt.

MMCDLXIX.

Codex chartaceus, quo continentur *Procli* in primum Euclidis librum commentariorum libri quatuor.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur anonymi in elementorum Euclidis libros decem priores commentarii. Initio non pauca deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXXI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur *Apollonii* Pergæi conicorum libri quatuor priores.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Theodoſii* ſphæricorum libri tres, cum quibuſdam ſcholiis.

2.° *Autolycus,* de ſphæra mota.

3.° *Euclidis* optica. Conjecta ad marginem ſcholia.

4.° Ejuſdem phænomena, cum ſimilibus ſcholiis.

5.° *Theodoſii* de diebus & noctibus libri duo. Deſideratur initium: conjecta ad marginem ſcholia.

6.° *Ariſtarchus,* de magnitudinibus & diſtantiis ſolis & lunæ.

7.° *Autolyci* de vario ortu & occaſu ſiderum inerrantium libri duo.

8.° *Hipſiclis* anaphoricus, ſive de aſcenſionibus liber.

9.° *Euclidis* data, cum ſcholiis. Sub finem nonnulla deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCDLXXIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Theodoſius* de habitationibus, Græcè ineditus. Accedunt ſcholia quædam.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXXIV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Heronis* geoponicon, ſive potiùs introductio ad geometriam. Finis deſideratur; opus ineditum. Incipit τῶν ὁ σχημάτων.

2.° Patericon, ubi dicta & facta ad Aſcetarum mores inſtituendos magis idonea colliguntur.

Hujuſce codicis pars prior ſæculo decimo

ſexto, pars altera decimo quarto videtur exarata.

MMCDLXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Hero* de vocabulis geometricis & ſtereometricis.

2.° *Didymus* Alexandrinus, de marmoribus & lignis omnium generum. Opus ineditum. Incipit τὸ τῶν μαρμάρων.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXXVI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continetur *Heliodori* Lariſſæi optica. Sequitur Latina hujuſce operis interpretatio. Præmittitur capitum index.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi introductio ad opticam.

Is codex elegantiſſima Angeli Vergetii manu exaratus eſt.

MMCDLXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur anonymi tractatus de geometria. Deſideratur initium.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXXIX.

Codex membranaceus, quo continentur *Nicomachi* Geraſeni arithmetices inſtitutionum libri duo. Conjecta ad marginem ſcholia.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCDLXXX.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus. Ibi continentur *Nicomachi* Geraſeni inſtitutionum arithmetices libri duo; adjunctis ineditis hactenùs *Joannis Philoponi* commentariis, quibus multa Pythagoreæ doctrinæ veſtigia occurrunt.

Is codex è vetuſto quodam exemplari, quod in illuſtriſſimi Valachiæ Principis bibliotheca aſſervatur, deſcriptus eſt.

MMCDLXXXI.

Codex chartaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur:

1.° *Nicomachi* Geraſeni, Pythagorici, arithmeticæ inſtitutionis libri duo.

2.° *Euclidis* elementorum libri decem.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCDLXXXII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Iamblichi* ad Nicomachi arithmeticam introductio.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continetur *Joannis Philoponi* commentarius ineditus, in Nicomachi Geraſeni arithmeticam.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCDLXXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur anonymi prolegomena in caput primum libri ſecundi arithmeticorum Nicomachi Geraſeni: hæc autem è codicibus regiis deſcripta dicuntur.

Is codex elegantiſſima Angeli Vergetii manu exaratus eſt.

MMCDLXXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Diophanti* Alexandrini arithmeticorum libri ſex.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Barlaami* Monachi de arithmetica tractatus.

2.° Ejuſdem eclipſeos ſolaris deprehendendæ methodus, illudque juxta regulas à Ptolemæo in magna ſyntaxi ſtabilitas. Opuſculum ineditum. Incipit αἱ μὲν αἰτίαι.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCDLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Barlaami* Monachi tractatus de arithmetica.

2.° Ejusdem eclipseos solaris investigandæ methodus inedita.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDLXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Aristarchi* Samii liber de magnitudinibus & distantiis solis & lunæ, cum scholiis satis uberibus, & quæ, ut opinor, nondum edita sunt.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur plurima opuscula simul compacta, hoc ordine:

1.° *Ptolemæus,* de parallelis.

2.° *Procopius* rhetor, de ædificiis Justiniani.

3.° Anonymi scholia inedita, nec contemnenda, in Platonis Euthyphronem, Socratis apologiam, Critonem, Phædonem, Cratylum, Theætetum. Ibi nonnunquam laudantur Aristophanes, Aristoxenus, Cratinus, Demosthenes, Didymus, Diodorus Siculus, Duris, Epicharmus, Eupolis, Hellanicus, Istrus, Menander, Nicocles, Pherecydes, Sophocles & Stasinus.

4.° *Proclus,* de sphæra.

5.° *Libanii* characteres epistolici.

6.° Descriptio terræ motus qui in Cephalenia insula contigit anno Christi 1637. die trigesima septembris, auctore *Hierotheo,* Archimandrita Cephaleniensi, quod opusculum ipsius manu scriptum est.

7.° *Lysiæ* oratio funebris.

8.° *Nilus,* Thessalonicensis Archiepiscopus, de syllogismo.

9.° *Demosthenis* epistolæ, manu Angeli Vergetii.

10.° *Luciani* cataplus, sive tyrannus.

11.° Ejusdem Jupiter confutatus.

Hujusce voluminis pars maxima sæculo decimo sexto videtur exarata.

MMCDXC.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi excerpta quædam è magna Ptolemæi syntaxi.

2.° *Joannis Philoponi* liber de usu astrolabii. Conjecta ad marginem pauca quædam scholia.

3.° Anonymi de eodem argumento opusculum ineditum.

4.° *Nicephorus Gregoras,* de astrolabii constructione.

5.° Anonymi in Ptolemæi tetrabiblon commentarius.

6.° *Porphyrii* isagoge in tetrabiblon.

7.° *Demophili* opusculum de rebus ad astrologiam judiciariam pertinentibus.

8.° *Paulus* Alexandrinus, de genituræ domino.

Is codex Suliardi manu exaratus est.

MMCDXCI.

Codex bombycinus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Theonis* Alexandrini commentarius in Ptolemæi expeditos canonas, cum scholiis quibusdam marginalibus. Ibi reperiuntur insigniorum Europæ, Asiæ & Africæ urbium nomina; initio autem codicis præfixæ tabulæ nonnullæ astronomicæ & circuli, quorum ope variæ anni tempestates prædici possunt. Occurrunt præterea epochæ, quibus Regum & Imperatorum quorumdam initia statuuntur. Laudatur Panodorus.

2.° *Joannis Philoponi* tractatus de usu astrolabii.

3.° Anonymi de eodem argumento opusculum ineditum. Incipit εἰ θέλει γιγνώσκειν. Ad calcem legitur explicatio undecim tabularum geographicarum.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MMCDXCII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Theonis* Alexandrini commentarius in expeditos Ptolemæi canonas. In laterculo omissis Assyriæ & Persarum Regibus, initium ducitur à Philippo Macedone; ultimus Romanorum Imperator, cujus fit mentio, est Michael Paphlago; ibi quoque occurrunt insigniorum Europæ, Asiæ & Africæ urbium nomina. Conjecta ad marginem quædam scholia.

2.° *Heraclii* Imperatoris commentarius in expeditos Ptolemæi canonas.

3.° *Joannis Philoponi* tractatus de usu astrolabii.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCDXCIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Theon* Alexandrinus, in expeditos Ptolemæi canonas, cum quibusdam scholiis & compluribus tabulis astronomicis.

2.° Tabula longitudinis & latitudinis celebriorum urbium.

3.° *Joannis Philoponi* tractatus de usu astrolabii.

4.° Anonymus, de eodem argumento.

5.° *Nicephorus Gregoras,* de eodem argumento.

6.° Tabula qua ortus & occasus siderum in duodecim zodiaci signis ostenduntur.

Is codex elegantissima Angeli Vergetii manu exaratus est.

MMCDXCIV.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Cleomedis* de contemplatione orbium cœlestium libri duo. Nonnunquam inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, hactenùs inedita.

2.° Anonymi geomantica quædam, sive ope psalmorum & evangeliorum futura divinandi superstitiosa methodus.

3.° Anonymus, de cœli & terræ creatione, de duodecim præcipuis terræ montibus, de quatuor maribus, de siderum ortu & occasu; item de insignioribus quibusdam epochis ad annum usque 1442. Ibi multa insulsa & inepta.

4.° *Aristoteles,* de mundo.

5.° *Euthymii,* vel *Michaëlis Pselli* astronomiæ synopsis. Incipit σφαῖρά ἐστιν.

6.° Anonymus, de ratione ejiciendi dæmones. Incipit ὀφείλεις προσκαλέσασθαι.

7.° Anonymus, de Paschatis inveniendi ratione.

8.° *Æsopi* fabulæ.

9.° Anonymi progymnasmata rhetorices. Initium προγυμνάσματα.

10.° Anonymus, de Paschate inveniendo. Ibi tabula Paschalis à *Nicephoro Gregora* emendata. Sequuntur alia multa ad astronomiam & physicam pertinentia, quæ recensere velle & operosum & supervacaneum foret.

11.° *Michaëlis Pselli* tractatus ineditus de tempore, sole & luna, utriusque defectibus, & Paschatis inveniendi ratione. Incipit περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων.

12.° *Nicephori,* Patriarchæ Constantinopolitani, oneirocriticon.

13.° Annorum quibus Constantinus Magnus imperavit, & rerum quarumdam ab illo gestarum chronologica series.

14.° Almanachium, sive kalendarium, ubi illa omnia quæ singulis mensibus evenire debent, è certis quibusdam notis colliguntur. Auctor sub finem monet nihil à se dictum, quod non è Persarum monumentis hauserit; opus ineditum. Incipit μὴν ὀκτώβριος.

15.° Excerpta è libris Andreæ τοῦ διὰ Χριστὸν σαλοῦ. Ibi de iis quæ sub mundi finem evenire debent; finguntur autem inter se colloquentes Andreas ille & sanctus Epiphanius.

16.° Anonymi lexicon botanicum, ordine alphabetico.

17.° Superstitiosa quædam. Ibi traditur ars ea divinandi quæ cuique eventura sunt.

18.° Anonymi tractatus de hominis fabrica.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCDXCV.

Codex chartaceus, olim Joannis Hautin, postea Baluzianus, quo continentur:

1.° *Joannis Pediasimi* scholia in Cleomedis libros duos de orbium cœlestium contemplatione.

2.° *Georgii Chœrobosci* de tropis poëticis opusculum.

Is codex elegantissima Angeli Vergetii manu exaratus est.

MMCDXCVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Joannis Pediasimi* Chartophylacis liber de mensura terræ.

2.° Anonymus, de decalogo, & de sacrorum Bibliorum libris.

3.° *Athanasius,* contra Græcos.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXCVII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Joannis Philoponi* tractatus de usu astrolabii.

2.° Opusculum, cujus initium & titulus desiderantur. Ibi de luna, illiusque parallaxibus, de astrolabii usu & constructione; item de eo quod Mathematici vocant ex proportione. In indice Procli θεωρία inscribitur. Verùm est pars operis illius auctoris, quod editum est eo titulo insignitum: *hypotyposis astronomicarum positionum.*

3.° *Theonis* Alexandrini commentarius in expeditos Ptolemæi canonas. Ibi reperiuntur. 1.° Catalogus Regum Assyriorum, Persarum, Ægyptiorum & Imperatorum Romanorum ad Phocam usque. 2.° Nomina Consulum nonnullorum, qui post Antonium fasces susceperunt. 3.° Laterculus alius Imperatorum ab Heraclio ad Alexandrum usque, qui cum Constantino rerum potitus est. 4.° Insigniorum Europæ, Asiæ & Africæ urbium nomina, certas in tabulas digesta.

Is codex, quo usus vir præstantissimus Dion. Petavius, ut constat ex ejus rationario temporum, sæculo duodecimo exaratus videtur.

MMCDXCVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Joannis Philoponi* tractatus de usu astrolabii.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCDXCIX.

Codex chartaceus, olim Trichetianus, quo continetur *Nicolai Sophiani* de constructione & usu astrolabii tractatus, Paulo III. summo Pontifici nuncupatus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMD.

Codex chartaceus, olim Trichetianus, quo continentur:

1.° *Nicephori Blemmydæ* methodus investigandi Paschatis, hactenùs inedita. Incipit κύκλος τοῦ ἡλίου.

2.° *Chrysostomus,* de eodem argumento. Initium ὅταν θέλεις.

3.° *Theodori Prodromi* opusculum grammaticum de spiritibus, ineditum. Incipit ἰστέον ὅτι τὸ α.

4.° Psalmi Davidis, ad quorum calcem conjecta scholia; illorum fortassè auctor *Theodorus Prodromus,* qui commentarios Theodoreti in epitomen contraxit.

5.° Preces variæ, & hymni ad usum Ecclesiæ Græcæ.

6.° Sancti *Maximi* Confessoris, tractatus asceticus.

7.° *Joannis Nesteutæ,* Patriarchæ Constantinopolitani, quædam de sacra liturgia. Initium χρὴ μὲ τοῦτο γινώσκειν ὑμᾶς.

8.° *Chrysostomi* quædam de iis qui monasteria deserunt. Initium ὁ τὸ μοναχικὸν σχῆμα.

9.° Excerpta varia ad mores informandos accommodata.

10.° *Joannis Plusiadeni* de charitate, epistola inedita. Incipit ὁ ἀγαπότης ἡμῶν.

11.° *Nili* epistola.

12.° *Marci,* Alexandrini Patriarchæ, quæstio de nuptiis, Theodoro Balsamoni proposita.

13.° *Gregorii,* Methonensis Episcopi, de sacro baptismate epistola. Incipit τιμιώτατε.

14.° Sancti *Athanasii* quæstiones & responsiones.

15.° Excerpta è variis Patrum scriptis.

16.° *Nicolai,* Patriarchæ Hierosolymitani, typicon de jejuniis Græcorum, versibus politicis.

17.° Excerpta è typico montis Athos, ubi annotatur quibus diebus monachus ab opere cessare, & jejunium solvere debeat.

18.° Anonymus, de Paschatis inveniendi ratione.

19.° Cantica varia in liturgia Græcorum usurpari solita, & alia ad officium ecclesiasticum pertinentia.

20.° *Sophronii,* Patriarchæ Constantinopolitani, oratio de Maria Ægyptia.

21.° *Theophylacti,* Bulgariæ Archiepiscopi, explicatio parabolarum quæ in sanctorum Matthæi & Lucæ evangeliis occurrunt.

22.° Explicatio psalmi *Quare fremuerunt gentes,* eodem auctore.

23.° Excerpta è variis Patribus.

24.° Sancti *Basilii* expositio sacræ liturgiæ.

25.° *Antiochi* capita ascetica triginta tria, quorum primum de fide.

26.° Excerpta è variis sancti Chrysostomi operibus.

27.° *Barsanuphii* monachi responsiones ineditæ ad quasdam quæstiones asceticas.

28.° Excerpta è Theodoreto.

29.° Excerpta è Cassiano.

Is codex Georgii Agapeti manu sæculo decimo quinto exaratus est.

MMDI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Institutio ad expeditos astronomiæ Persicæ canonas. Opus hactenùs ineditum, quod incipit τῶν Περσικῶν κανόνων, ejusdem argumenti tractatus, *Georgio Chrysococcæ* tributus, in variis Europæ bibliothecis asservatur. Utriusque, etsi diversa sint exordia, eumdem auctorem esse crediderim; prodiit enim nostra hæc institutio an. Christi 1408. at tum temporis vivebat Georgius Crysococcas, ut constat è regio quodam codice, illius manu exarato.

2.° *Isaaci Argyri* computum ecclesiasticum, sive de Paschatis inveniendi ratione.

3.° Excerpta ex Hæphæstione Thebano, & veteribus aliis id genus scriptoribus, de rebus ad astrologiam, quam judiciariam vocant, pertinentibus.

4.° *Constantini Harmenopuli*, Judicis Thessalonicensis, lexicon, quo nonnullos veteres scriptores laudatos reperias.

Is codex sæculo decimo quinto ineunte exaratus videtur.

MMDII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° *Hermetis Trismegisti* opus medicum ad Asclepium illius discipulum, de herbarum viribus, & siderum in illas potestate.

2.° Idem, de Decanis ad Asclepium.

3.° Idem, de animalium proprietatibus, & remediis quæ ex illis peti possunt. Subjectæ singulis sectionibus animalium icones.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Oracula magica, quorum auctores dicuntur Zoroastris discipuli. Sequitur commentarius in eadem oracula.

2.° Fragmentum paraphraseos librorum Aristotelis de anima, auctore *Themistio*.

3.° *Joannis Canabutzæ*, in locum libri primi antiquitatum Dionysii Halicarnassæi de insula Samothrace, ad illius insulæ dominum commentarius. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Porphyrii* isagoge in apotelesmata Ptolemæi.

2.° *Apomasaris* veteris scriptoris commentarius in Ptolemæi tetrabiblon.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Alexandri* Alexandrini liber inscriptus περὶ φυσέων, id est, de naturis; in eo autem opusculo de rebus ad astrologiam, quam judiciariam vocant, pertinentibus disseritur.

2.° Anonymi observatio de diebus, quibus singulæ evangeliorum sectiones in Ecclesia Græca leguntur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDVI.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus locupletissimus, quo totius astrologiæ, quam judiciariam vocant, commenta explicantur. Ibi sæpenumero laudatos reperias Critodemum, Dorotheum, Demetrium, Theodosium, Paulum, Ptolemæum & Valentem, qui Constantino magno imperante floruisse dicitur. Anonymus itaque noster recentior fuerit oportet; hujusce autem tractatus initium desideratur.

2.° *Joannis Camateri*, Canicleo Præfecti, de rebus astrologicis poëma ineditum, versibus iambicis, ad Manuëlem Comnenum, Imperatorem.

3.° Anonymus, de astrologia. Incipit εἰ θέλεις γινώσκειν.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Anonymi

1.° Anonymi apotelesmatica ex Heliodoro, Hephæstione, & aliis rerum astrologicarum scriptoribus collecta.

2.° *Aristotelis* mechanica.

3.° Anonymi in Ptolemæi tetrabiblon commentarius ineditus. Incipit τὰ προοίμια ποιεῖται.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi opusculum astrologicum, ubi explicatur qui futuri sint illorum mores, qui sub hoc vel illo signo nascuntur.

2.° *Manuëlis Moschopuli* voces Atticæ, è Philostrati imaginibus, & Poëtarum scriptis collectæ.

3.° *Thomæ* Magistri dictionum Atticarum collectio.

4.° Demosthenis vita, ab editis diversa. Incipit ὁ περὶ Δημοσθένους βίος.

5.° *Demosthenis* olynthiaca prima, cum scholiis marginalibus, quæ in multis ab editis discrepant.

6.° Ejusdem oratio de pace, cum similibus scholiis.

7.° Ejusdem olynthiaca secunda & tertia, cum scholiis brevioribus.

8.° Ejusdem orationes duæ priores adversùs Philippum, adjunctis interdum scholiis.

9.° Ejusdem oratio de Halonesо, cum similibus scholiis.

10.° Ejusdem oratio tertia & quarta adversùs Philippum, cum similibus scholiis.

11.° Ejusdem oratio adversùs Philippi epistolam, cum similibus scholiis.

12.° Ejusdem oratio de republica ordinanda, cum similibus scholiis.

13.° Ejusdem oratio de classibus.

14.° Ejusdem oratio de ope Rhodiis ferenda.

15.° Ejusdem oratio de ope Megalopolitanis ferenda.

16.° Ejusdem oratio de corona.

17.° Epistola qua aliquis objurgatur. Ibi neque ejus qui scribit, neque illius ad quem scribitur, nomina comparent. Initium τὸ μηδὲν ἡμᾶς.

18.° Anonymi fragmentum, ubi de vocum quarumdam significatione, ut & illarum apud Atticos scriptores usu. Laudantur Aristides, Aristophanes, Demosthenes, Euripides, Lucianus, Plato & Sophocles. Initium γράφειν τὸ συγγράφειν.

19.° *Maximi Planudis* ars grammatica de syntaxi. Opus ineditum. Incipit τῶν ῥημάτων τὰ μὲν.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymus, de finibus quos singuli planetæ in singulis signis obtinent.

2.° Anonymi opusculum ad invenienda jejunia & Paschatis diem accommodatum. Incipit χρὴ γινώσκειν.

3.° *Ptolemæi* tetrabiblus.

4.° Ejusdem carpus.

5.° Anonymi tractatus astrologicus, ubi de diebus ad aliquid agendum idoneis, aut contra. Incipit σκεύεσι ἢ ἱματίοις.

6.° *Maximi Planudis* calculatoria juxta Indorum doctrinam, magna appellata. Opus ineditum. Incipit οἱ τῶν ἀστρονόμων.

7.° *Heronis* geodæsia.

8.° Anonymi tractatus de rebus ad astrologiam judiciariam pertinentibus. Initium σταθεὶς ἐν ὁμαλῷ τόπῳ. Præfixus index capitum.

9.° *Nicephori Blemmydæ* tractatus ineditus, de auri conficiendi ratione. Incipit λαβὼν σὺν θεῷ. Conjecta ad marginem scholia quædam.

10.° *Isaaci Argyri* opusculum ineditum, de lunaribus & solaribus cyclis ad Andronicum Imperatorem. Initium ἐπειδὴ τοῖς ἄλλοις.

11.° Variæ notariorum formulæ.

12.° Anonymus, de mensibus, illorumque nominibus.

13.° Ecclesiastes.

14.° Canticum canticorum.

15.° *Epiphanius* de duodecim gemmis in veste Aaronis.

16.° Ejusdem physiologus.

17.° Sancti *Jacobi* Apostoli liturgia.

18.° Sancti *Joannis Chrysostomi* liturgia.

19.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni liturgia.

20.° *Cleomedis* de contemplatione orbium cœlestium libri duo.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymus, de inveniendo die lunæ, de epactis, de luna quatenùs duodecim zodiaci signa percurrit, de diebus faustis & infaustis.

2.° Anonymus, de duodecim mensibus, quatenùs fausti sunt vel infausti.

3.° Anonymus, de singulis hebdomadæ diebus, & de singulis planetis quaque die dominantibus.

4.° Singulorum hebdomadæ dierum, sive singulorum planetarum in iis dominantium apotelesmata.

5.° De antidotis.

6.° Remedia splenica aliaque.

7.° De diebus toto anno observandis.

8.° Remedia varia, manu recentiore ac rudi.

9.° Remedia varia, quæ inter nonnulla superstitiosa.

10.° Antidoti, pilulæ, trochisci & aliæ confectiones.

11.° De tussis causis, variisque illius remediis.

12.° De variis olei generibus, aliisque ejusmodi confectionibus.

13.° Varia remedia, quæ inter Galeni ἱερά.

14.° Lexicon iatricum ordine alphabetico dispositum. Adjecta ad calcem botanicarum aliquot vocum explicatio.

15.° Duo alia lexica.

16.° Lexicon, quo voces difficiliores libri Job exponuntur.

17.° Lexicon in epistolas sancti Pauli.

18.° Alia duo lexica.

19.° *Galeni* antemballomena. Ad calcem adjecta nota de variis mensurarum generibus.

20.° Lexicon ex alio majore excerptum.

21.° Opusculum de virtutibus plantarum & aliarum quarumdam rerum, veluti gari, lactis, butyri & aceti.

22.° Vocabula botanica sermone barbaro explicata; voces Latinæ & Gallicæ Græcis characteribus exaratæ.

23.° Plagarum remedia, & alia quædam.

24.° Excerpta è Dioscoride, Hippocrate & Galeno, ubi de animalibus marinis & terrestribus, quæ ad morbos curandos idonea sunt.

25.° Varia remedia, atque in iis nonnulla superstitiosa.

26.° *Michaëlis Pselli* tractatus de alimentis.

27.° De sanguinis humani virtute.

28.° De emplastris.

29.° Sortium appellatio; ad calcem adjectæ sunt tabellæ ad eas sortes accommodatæ.

30.° Unguenta, aliaque remedia.

31.° Horologium, seu tabella exhibens variam duodecim horarum mensuram in singulis anni mensibus.

32.° Tabellæ astronomicæ, de horis singularum hebdomadæ dierum quatenùs ad septem planetas pertinent.

33.° Quo pacto cognosci possit, victurusne an moriturus ægrotus.

34.° De variis morbis, variisque illorum remediis.

35.° Antidotus sancti Pauli.

36.° Excerpta è Gallo, Hera & Galeno.

37.° *Galenus*, de remediis compositis.

38.° De pane, aliisque alimentis, quatenùs salubria vel noxia sunt.

39.° Remedia è sancto Luca, Manethone, Oribasio, Massaliota, Æsculapio & Democrito. Tria capita desiderantur.

40.° Duodecim lapides artis medicæ.

41.° De phlebotomia.

42.° Varia remedia, & quorum pars desideratur.

43.° De emplastris & unguentis capita tredecim, non eadem manu scripta.

Is codex manu Joannis Staphidæ anno 1384. exaratus est.

MMDXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Achmetis*, filii Sirim, oneirocriticon, verùm cujus pars longè maxima desideratur.

2.° *Nicephori*, Patriarchæ Constantinopolitani, oneirocriticon, versibus iambicis.

3.° Anonymi oneirocriticon breve, cujus auctor res futuras è lunæ cursu divinari posse contendit.

4.° Anonymi oneirocriticon ordine alphabetico digestum.

5.° Declamatio qua divitem pauper adulterii accusat. Auctoris nomen non comparet; is autem est *Libanius*.

6.° Anonymus, de ecclesiæ sacerdotibus, & sacra liturgia. Auctor in exponendo vocum sensu mystico totus versatur.

7.° Excerpta quædam è Patrum scriptis.

8.° Philosophorum & aliorum quorumdam virorum illustrium apophthegmata.

9.° *Phalaridis* epistolæ quædam.

10.° *Palladii* epigramma in Grammaticum.

11.° Sapientum apophthegmata.

12.° *Moschi* amor fugitivus.

13.° Epigrammata quædam.

14.° Excerpta ad mores, geographiam & medicinam spectantia.

15.° Excerpta è Synesii epistolis.

16.° Anonymi versus iambici in laudem Andronici Imperatoris.

17.° *Isaaci Argyri* Monachi computum ad Œnæotem.

18.° Deuteronomium.

19.° *Salomonis* proverbia.

20.° Canticum canticorum. Præmittitur anonymi in illum librum præfatio.

21.° Ecclesiastes.

22.° Metaphrasis in Ecclesiasten. Auctoris nomen non comparet; *Gregorio* Thaumaturgo vulgò tribuitur.

23.° *Porphyrii* isagoge. Conjecta ad marginem scholia nonnulla.

24.° *Aristotelis* categoriæ, cum scholiis quibusdam marginalibus. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDXII.

Codex chartaceus, nuper emptus, quo continentur *Heronis* Alexandrini spiritalium libri duo. Ibi conspiciuntur complures picturæ, egregiè delineatæ.

Is codex manu elegantissima Angeli Vergetii exaratus est.

MMDXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Heronis* Alexandrini spiritalium libri duo. Accedunt figuræ peritè delineatæ.

Is codex elegantissima Angeli Vergetii manu exaratus est.

MMDXIV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur *Heronis* Alexandrini spiritalia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXV.

Codex chartaceus, quo continentur *Heronis* Alexandrini spiritalia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXVI.

Codex chartaceus, quo continentur *Heronis* Alexandrini spiritalia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Heronis* Alexandrini spiritalium libri duo.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXVIII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Heronis* Alexandrini spiritalia.

2.° *Hermetis Trismegisti* Pœmander.

3.° *Ocellus Lucanus*, de universo.

Is codex Angeli Vergetii manu Venetiis exaratus est.

MMDXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur *Heronis* Alexandrini de automatorum fabrica libri duo.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Heronis* Alexandrini de automatorum fabrica libri duo. Secundi paginæ non paucæ desiderantur.

Is codex elegantissima Angeli Vergetii manu exaratus est.

MMDXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Athenæus*, de machinis. Accedunt figuræ.

2.° *Biton*, de constructione machinarum bellicarum, & catapultarum.

3.° *Heron* Alexandrinus, de constructione & mensura manubalistæ.

4.° *Heronis* Ctesibii belopœëca, id est, teli factiva.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Æneæ* de toleranda obsidione commentarius.

2.° Præcepta quædam ad rem militarem pertinentia, è variis scriptoribus collecta.

3.° *Asclepiodoti* Philosophi capita tactica duodecim, quorum index præmittitur.

4.° Anonymi orationes variæ, quas Imperator ad milites habere potest, ut strenuè adversùs hostem se gerant.

5.° Instructio aciei adversùs Alanos, auctore *Arriano*.

6.° *Onosandri* strategicus.

7.° Excerpta è Polyæni stratagematibus.

8.° Anonymus, de urbibus condendis, & adversùs hostes muniendis.

9.° Anonymi tactica.

10.° Anonymus, de belli administrandi ratione.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDXXIII.

Codex chartaceus, nuper in bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Æliani* tactica, variis picturis, illisque elegantissimis ornata.

2.° *Onosandri* strategica.

Is codex, longè pulcherrimus, Angeli Vergetii manu Parisiis anno Christi 1564. exaratus est.

MMDXXIV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Æliani* tactica.

2.° *Leonis* Imperatoris, cognomento *Sapientis*, de re militari liber.

3.° *Gregorii* Cyprii, Patriarchæ Constantinopolitani proverbia, ordine alphabetico disposita.

Hujusce codicis pars ultima manu elegante Joannis Rosi, Cretensis, anno Christi 1557. Romæ exarata est.

MMDXXV.

Codex chartaceus, nuper emptus, quo continentur:

1.° *Æliani* tactica, in quibus variæ aciei instruendæ rationes, summa arte depictæ, repræsentantur.

2.° Selecta ex Arriani libris de Alexandri expeditione loca, quæ ad aciei instruendæ rationem imprimis pertinent.

3.° Excerpta è Leonis Imperatoris tacticis.

Is codex elegantissima Angeli Vergetii manu exaratus est.

MMDXXVI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continentur:

1.° *Æliani* tactica. Conjectæ ad marginem emendationes quædam.

2.° *Manuel Phile* de animalium proprietate, versibus iambicis, ad Michaëlem Palæologum, Imperatorem.

Is codex manu elegantissima Angeli Vergetii exaratus est.

MMDXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Æliani* tactica; verùm pars illorum major desideratur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXXVIII.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur *Asclepiodoti* Philosophi tactica.

Is codex è veteri aliquo exemplari, manu Claudii Salmasii descriptus est.

MMDXXIX.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur *Urbicii* tactica & strategica. Præmittitur capitum index.

Is codex è vetusto aliquo exemplari, Claudii Salmasii manu descriptus est.

MMDXXX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Constantini* Imperatoris tactica, de navalis piraticique belli stratagematibus. Vide Leonis Imperatoris tactic. cap. 19. cujus titulus περὶ ναυμαχίας, & cum hisce tacticis confer, liquidò constabit nihil aliud egisse

Conſtantinum hunc, niſi ut Leonis ſermonem paulò elegantiorem ad uſum vulgi rudis, gregariique militis accommodaret.

2.° Ejuſdem præcepta & monita Imperatori ſervanda, ex antiquis collecta, & capitibus ducentis ac viginti diſtincta. Vide ejuſdem Leonis tactic. cap. 20.

3.° Idem, de terreſtrium copiarum ductu, & militum cura.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDXXXI.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur:

1.° Muſices manualis libri duo, auctore *Nicomacho* Geraſeno.

2.° *Domnini* Lariſſæi arithmetices introductio, inedita. Initium μοναϛ ἐϛι.

3.° *Nicomachi* Geraſeni arithmeticæ inſtitutionis libri duo. Accedunt anonymi ſcholia.

4.° *Euclidis* elementorum libri tredecim, cum paucis quibuſdam ſcholiis.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDXXXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Ariſtidis Quintiliani* tractatus de muſica.

2.° Anonymus, de muſica. Incipit ῥυθμὸς συνέϛηκεν.

3.° *Bacchii* ſenioris introductio ad artem muſicam.

4.° Hymni in Calliopen, Apollinem & Nemeſim, editi Oxonii ad calcem Arati, ubi *Dionyſio* cuidam tribuuntur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDXXXIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Excerpta ex Ariſtidis Quintiliani libris de muſica.

2.° Diverſæ lectiones in arithmetices theologoumena, ex antiquo quodam exemplari notatæ, in margine codicis illuſtr. viri *Joan. Vinc. Pinelli*.

3.° Animadverſiones in Mauricii tactica, in margine codicis ejuſdem *Vinc. Pinelli*.

4.° Animadverſiones in Baſilii Patricii Cubicularii fragmentum de arte navali.

5.° Animadverſiones in Leonis Imperatoris librum de bellico apparatu.

6.° Animadverſiones in anonymi cujuſdam de re militari fragmentum manuſcriptum, quod in Vincentii Pinelli bibliotheca aſſervatur.

7.° Animadverſiones in anonymi de re militari fragmenta, ibidem aſſervata.

8.° Animadverſiones in Xenophontis librum primum de Cyri minoris expeditione.

9.° Emendationes in varios ſcriptores, tam Græcos quàm Latinos.

10.° Variæ lectiones in Simplicii commentarios ad Epictetum, è duobus antiquis Vaticanæ bibliothecæ codicibus.

11.° Emendationes in Simplicii commentarios phyſicorum Ariſtotelis.

12.° *Antonii Ricoboni* cum Joanne Mario, Brixiano, diſſenſio de quibuſdam locis Quintiliani, in quibus probat rhetoricam ad Herennium eſſe Cornificii ad illuſtrem Coſmum Concinium, Patricium Florentinum.

13.° *Jani Dalechampii* diſputatio de ſummo bono.

Hujuſce codicis pars maxima ſub finem ſæculi decimi ſexti exarata eſt.

MMDXXXIV.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur eruditi cujuſdam Itali notæ & emendationes in Ariſtidis Quintiliani, Manuëlis Bryennii & Gaudentii harmonica.

Is codex manu recentiore exaratus eſt.

MMDXXXV.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continentur:

1.° *Cleonidæ* iſagoge harmonica. Hoc autem opus idem eſt omninò cum introductione muſica, cujus *Euclides* auctor fertur.

2.° Problematum mechanicorum collectio, auctore *Pappo* Alexandrino.

3.° Operis arithmetici, cujus auctor *Nicolaus Artabaſdas*, folium primum.

4.° Anonymi grammatica, quam auctor in gratiam unius ex amicis, nomine Lazari, conſcriptam à ſe eſſe teſtatur. Incipit περὶ τῆς συντάξεως τοῦ λόγου.

5.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in illud : *Cùm vos persecuti fuerint homines.*

6.° Fragmenta Olympiodori in Platonis dialogos, Philebum & Phædonem.

7.° *Libanii* oratio, Demosthenis nomine, adversùs Æschinem, qui ab Atheniensibus missus ad concilium Amphictyonicum, solus Philippo non contradixit. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXXXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur tractatus de musica, è veterum & recentiorum scriptis, à *Georgio Pachymera,* in illorum gratiam qui rei musicæ operam dant, collectus. Opus ineditum, quod incipit δευτέραν ἔχει τάξιν.

Is codex elegantissima Angeli Vergetii manu exaratus est.

MATHEMATICI.

In-octavo.

MMDXXXVII.

Codex bombycinus, quo continetur *Cyrani,* aliàs *Cærani,* Persarum Regis, opus physico-magicum de naturalibus virtutibus, sympathiis & antipathiis. Dividitur in libros quatuor, qui Cæranides appellantur. In illarum prima differitur de viginti quatuor plantis, viginti quatuor avibus, viginti quatuor lapidibus, totidemque piscibus, illudque ordine alphabetico. Præfixa sunt procemia duo, quorum unum *Cyrani,* alterum *Harpocrationis* Alexandrini ad filiam, utrumque insulsum & absurdum. In Cæranide secunda, de quadrupedibus; in tertia, de avibus; in quarta, de piscibus ordine alphabetico disputatur. Liber primus ex Cyrani & Harpocrationis scriptis conflatus dicitur. Reliqui tres uni *Cyrano* adscripti. Præter Cæranidas, ibi occurrunt magici characteres, chymicæ confectiones, præcepta medica de rebus quarum usus certis anni temporibus salubris est, & alia quædam parvi momenti.

Is codex manu Joannis Presbeini, in castro quod vocatur Gangra, anno Christi 1272. exaratus est.

MMDXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur *Achmetis,* filii Sirim, oneirocriticon. Præfixus capitum index.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDXXXIX.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur :

1.° *Arriani* tactica.

2.° *Lesbonax,* de figuris.

Is codex è veteri codice Florentino, ad usum Claudii Salmasii descriptus videtur.

MMDXL.

Codex chartaceus, quo continentur :

1.° *Æliani* tactica.

2.° Excerpta ex Imperatoris *Leonis* tacticis.

3.° *Bessarionis* Monachi oratio funebris, inedita, in mortem Cleopes, uxoris Theodori Palæologi, filii Manuëlis Imperatoris. Initium ὦ τοῦ ἀτάκτου τοῦ χρόνου φορᾶς.

4.° Anonymi monodia in eamdem. Incipit ἐμοὶ δὲ ἄρα θρήνους.

5.° *Georgii Gemisti Plethonis* oratio ejusdem argumenti. Initium Σόλων μὲν ὁ σοφός.

6.° *Alexandri Aphrodisæi* tractatus de mixtione & temperatione corporum. In hoc nostro codice inscribitur περὶ κράσεως καὶ αὐξήσεως ; sed idem est omninò cum illo qui Venetiis prodiit, ad finem commentariorum illius auctoris in Aristotelis meteorologica, & cujus titulus est περὶ μίξεως.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXLI.

Codex chartaceus, olim Gallandianus, quo continetur anonymi tractatus, ubi explicantur signa quæ in musica Græca adhiberi solent.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

GRAMMATICI.

In-folio.

MMDXLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur :

1.° Vita Dionysii Thracis, ubi de illius scriptis.

2.° Anonymus, de inclinatis dictionibus.

3.° *Maximi* Rhetoris liber de objectionibus quæ solvi non possunt.

4.° *Porphyrii* opusculum de grammatica.

5.° Idem, de spiritibus.

6.° *Stephanus*, de punctuatione.

7.° *Diomedes*, in Dionysii Thracis artem grammaticam.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXLIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Herodiani* ἐπιμερισμοὶ in duas partes divisi, idque servato alphabetico ordine. Verùm in operis contextu complura occurrunt, è quibus jure ac meritò concludas, aut huncce tractatum interpolatum fuisse, aut illius auctorem diversum omninò esse ab Herodiano, magni nominis Grammatico.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXLIV.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, quo continentur:

1.° *Aristarchi* junioris canones, sive regulæ grammaticæ. Præmittitur tetrastichum, quo hujusce operis utilitas commendatur.

2.° Excerptum ex Alexandri Aphrodisæi libro primo problematum ethicorum, ubi de fato, & de eo quod est in nostra potestate.

3.° *Michaëlis Pselli* de anima syllogistica demonstratio.

4.° *Severi* Alexandrini, ethopœiæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDXLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Theodori Gazæ* grammaticæ libri quatuor.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

GRAMMATICI.

In-quarto.

MMDXLVI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus. Ibi continentur:

1.° *Dionysii* Thracis erotemata grammatica; verùm illud opus in aliis codicibus *Manuëli Moschopulo* tribuitur.

2.° *Manuëlis Moschopuli* schedographia. Finis desideratur.

3.° Anonymi verborum conjugationes.

4.° Anonymi fragmentum, quo juxta Joannis Damasceni sententiam, explicatur cur Filius dicatur primogenitus & Verbum Dei.

5.° Vitæ Symeonis Presbyteri compendium.

6.° Anonymi lexicon, ubi exponuntur vocabula quæ in dierum festorum hymnis occurrunt.

7.° Excerpta è conciliis, Amphilochio, Basilio & Chrysostomo, ubi de iis quæ ad clericos pertinent.

8.° Quædam de nominum declinationibus, sed imperfecta.

Hujusce codicis pars prior sæculo decimo quarto, altera decimo quinto videtur exarata.

MMDXLVII.

Codex chartaceus, quo continentur *Apollonii* Alexandrini de orationis constructione libri quatuor; libri autem quarti capita duo ultima desiderantur. Præfixæ auctoris vitæ duæ, altera anonymi, altera ex Suida.

Is codex Joachimi Hieromonachi manu anno Christi 1497. exaratus est, illudque Constantini Lascaris rogatu.

MMDXLVIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Apollonii* Alexandrini de orationis constructione libri quatuor. Conjecta ad marginem brevia quædam scholia.

2.° Ejusdem liber de conjunctionibus, hactenùs ineditus.

3.° Ejusdem liber ineditus, de adverbiis.

4.° Ejusdem liber ineditus, de pronominibus; digni autem tres illi tractatus qui lucem aspiciant, cùm propter auctoris summam doctrinam, tùm propter veterum quorumdam scriptorum fragmenta, quæ ibi leguntur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MMDXLIX.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Apollonii* de orationis constructione libri quatuor.

2.° *Manuëlis Bryennii* harmonica.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDL.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la

Mare. Ibi continentur excerpta varia, Claudii Salmasii manu scripta, hoc ordine:

1.° Excerpta ex Apollonii grammatici libris, adhuc in bibliothecis latitantibus, & in quibus non pauca veterum scriptorum loca citata reperiuntur.

2.° Selecta quædam è Constantini Porphyrogenetæ excerptis, de virtutibus & vitiis.

3.° *Theophili* quædam.

4.° Excerpta è Joanne Damasceno.

5.° Miscellanea variis de rebus.

6.° Excerpta è geodæsia *Joannis Pediasimi,* Bulgariæ Chartophylacis.

7.° Excerpta ad arithmeticam pertinentia.

8.° Iambici versus de studiis Constantini Porphyrogenetæ.

9.° Miscellanea.

MMDLI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Herodiani* de orationis figuris opusculum. Incipit σχῆμά ἐστιν ἐξάλλαξις.

2.° Regulæ quædam grammaticæ de verbis. Initium ἐὰν τὸ ῥῆμα βαρυνέται.

3.° Ex Actis Apostolorum caput trigesimum sextum.

4.° Antirrheticων *Gregorii,* Patriarchæ Hierosolymitani, caput trigesimum sextum adversùs Beccum.

5.° *Georgii Scholarii* ad Amaram epistolæ de fide.

6.° Epigrammata duo, quorum unum problema geometricum exhibet, alterum est Palladæ in uxorem Andromachem.

7.° *Tryphonis* Grammatici fragmentum de vocum passionibus sive figuris.

8.° Anonymus, de colis, strophis & antistrophis Olympiorum Pindari.

9.° *Phurnuti* de natura deorum liber.

10.° *Dionysii* Halicarnassæi de verborum compositione liber.

11.° *Aristotelis* poëtica. Foliorum turbatus ordo.

12.° Anonymus, de figuris rhetoricis. Initium ἀντίθετόν ἐστι σχῆμα.

13.° Ejusdem argumenti opusculum. Incipit στρογγύλον ἐστὶ σχῆμα.

14.° *Aristotelis* œconomica.

15.° *Anacharsidis* epistolæ.

16.° *Aristotelis* ad Philippum, Alexandrum, Olympiadem & Theophrastum epistolæ.

17.° Excerpta è Palæphato de incredibilibus historiis.

18.° *Philostratus,* de epistolari charactere.

19.° *Proclus,* de eodem argumento.

20.° *Michaëlis Pselli* grammatica, versibus politicis.

21.° Explicatio vocum difficiliorum quæ in sancti Pauli epistolis occurrunt. Initium ἀπαύγασμα.

22.° Quarumdam Hesiodi vocum expositio.

23.° Anonymi lexicon, A. litteram solùm complectens.

24.° *Hesiodi* scutum Herculis. Subjunctum *Moschi* de Bionis morte idyllium.

25.° Septem Sapientum apophthegmata.

26.° Sibyllæ Erythreæ versus illi qui apud Eusebium leguntur.

27.° Anonymus, de iambico metro, versibus iambicis. Incipit εἰ γοῦν θελήσῃς.

28.° Theocriti vita, cum *Artemidori* in illum epigrammate; item de Bucolicis nonnulla.

29.° *Theognidis* sententiæ.

30.° *Hesiodi* theogonia.

31.° *Pythagoræ* versus aurei.

32.° *Phocylidis* versus.

33.° *Nonni* explicatio historiarum quæ occurrunt apud Gregorium Nazianzenum, in oratione illius funebri in sanctum Basilium.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Polybius,* vel potiùs *Herodianus,* de barbarismo & solœcismo.

2.° Anonymi opusculum de eodem argumento, à priore diversum.

3.° *Herodiani* Phyletærus; ibi præcipuè de vocibus, quibus optimi scriptores uti consueverunt, sermo fit. Laudantur Aristophanes, Antimachus, Æschines, Cratinus, Eupolis, Sophocles, Xenophon & alii.

4.° *Georgius Pardus,* Corinthi Metropolita, de dialectis.

5.° *Harpocrationis*

5.° *Harpocrationis* lexicon in epitomen contractum.

6.° Origenis vita.

Is codex Hilarionis Monachi manu sæculo decimo sexto exaratus est.

MMDLIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Theodosii* grammaticæ institutiones ineditæ. Initium ἡ τῶν παρ' Ἕλλησι.

2.° Idem, de octo orationis partibus, ineditus. Initium καθάπερ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα.

3.° Anonymi schedographia parva. Incipit ἀρχὴ σοφίας.

4.° *Agapeti* Diaconi admonitiones ad Imperatorem Justinianum, cum anonymi explicatione grammatica. Subjecta est anonymi alterius interpretatio Latina.

5.° *Hesiodi* opera & dies. Passim inter lineas glossæ miniatæ; ad marginem verò conjecta locorum quorumdam versio Latina.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDLIV.

Codex chartaceus, olim Francisci Asulani. Ibi continentur:

1.° *Theodosii* Alexandrini canones isagogici, sive regulæ in rebus grammaticis servandæ. Opus ineditum, cujus initium τὰ εἰς α καθαρὰ ὀνόματα.

2.° *Gregorii Chœrobosci*, Byzantini Grammatici, & œcumenici Magistri, tractatus de orthographia. Incipit ἀκτὶς διὰ τοῦ ι.

3.° *Agathemeri*, Orthonis filii, geographiæ compendium.

4.° Fragmentum Dionysii Byzantini, ex anaplo Bosphori Thracii.

5.° *Agathemeri* geographiæ compendium repetitum, verùm minùs accuratè.

Hunc codicem Bernardinus ὁ Σαρδὸς, Cremonensis, in ædibus Andreæ Asulani scripsisse dicitur.

MMDLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Theodosii* grammatica, hactenùs inedita.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDLVI.

Codex bombycinus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Michaëlis*, Presbyteri & Syncelli Hierosolymitani, tractatus de orationis constructione, in oppido Mesopotamiæ Edessa scriptus, rogatu Lazari Diaconi, Philosophi & Logothetæ. Opus ineditum, cujus initium περὶ τῆς τοῦ λόγου συντάξεως.

2.° Anonymi explicationes allegoricæ historiarum quæ apud Homerum occurrunt. Desinunt ad librum duodecimum. Opus, nî fallor, ineditum. Incipit Ὅμηρος ὁ ποιητής.

3.° *Nicetæ Eugeniani* de Jona & Ninivitarum pœnitentia, versus iambici, inediti. Initium ἐν καιρῷ.

4.° Anonymi carmen de beata Virgine templo oblata. Incipit μικρόν σοι δὲ ναῷ.

5.° Monodia de ruina ædis sanctæ Sophiæ.

6.° Carmen in sanctum Joannem Chrysostomum, & alia id genus.

Is codex sæculo decimo quarto videtur exaratus.

MMDLVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Michaëlis* Presbyteri, Ecclesiæ Hierosolymitanæ Syncelli, de orationis constructione tractatus ineditus.

2.° *Isocrates*, ad Demonicum.

3.° *Palæphatus*, de incredibilibus historiis.

4.° Anonymus, de tropis, sive figuris poëticis. Incipit φράσις ἐστί.

5.° Grammaticæ institutionis liber primus, auctore *Theodoro Gaza*.

6.° Alphabetum Græcum, juxta veterem Atticorum scribendi rationem.

7.° Anonymi grammatica Græca, ubi de verbis, & illorum conjugationibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDLVIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Michaëlis* Presbyteri, & sedis Hierosolymitanæ Syncelli, de orationis constructione tractatus. Conjecta ad marginem scholia quædam.

2.° *Joannis Characis* de encliticis libellus ineditus. Incipit ἰστέον ὅτι τὰ ἐγκλιτικά.

3.° Selenodromium.

4.° *Niphonis* de litteris & octo orationis partibus, tractatus ineditus. Incipit γράμματά εἰσι κδ'.

5.° *Nicetæ,* Heracleensis Metropolitæ, epitheta Jovis, Bacchi, &c.

6.° Ejusdem versus iambici de antistichis.

7.° Idem, de orationis constructione, versibus iambicis.

8.° *Georgii Chœrobosci* canonismata, sive de investigandis verborum difficiliorum thematibus.

9.° Anonymus, de variis metrorum generibus, ineditus. Initium πόδες εἰσὶν ἁπλοῖ.

10.° *Michaëlis* Presbyteri de constructione orationis, idem tractatus qui supra.

11.° Anonymi sententiæ ad mores informandos accommodatæ, versibus hexametris.

12.° Aurea *Pythagoræ* carmina.

13.° *Phocylidæ* versus quidam.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDLIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Michaëlis Syncelli* de orationis constructione ad Lazarum Diaconum tractatus ineditus; testatur verò auctor se Apollonii Dyscoli, Herodiani, Apollonii junioris, Arcadii, & Dionysii Byzantini vestigiis insistere.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDLX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Christoduli,* sive *Thomæ* Magistri de syntaxi tractatus ineditus, & ordine alphabetico dispositus.

2.° *Maximi Planudis* tractatus ineditus, de syntaxi. Ibi auctor Harmenopulum ducem sequi se profitetur. Incipit τῶν ῥημάτων τὰ μὲν.

3.° Anonymus, de syntaxi. Initium τὸ ῥῆμα τὸ τὴν σύνταξιν.

4.° Anonymus, de verbis eamdem significationem habentibus.

5.° *Constantini Lascaris* liber de verborum constructione.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDLXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Theodori Prodromi* grammatica inedita, ad Sebastocratissam, sive Augustam. Initium καθάπερ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα.

2.° *Michaëlis* Presbyteri, sedis Hierosolymitanæ Syncelli, de orationis constructione tractatus.

3.° Anonymus, de versu iambico, heroïco, elegiaco & anacreontico. Incipit τὸ ἰαμβικὸν μέτρον.

4.° Anonymus, de stellis fixis & errantibus. Desideratur initium.

5.° *Michaëlis Pselli* solutiones astrologicæ. Initium περὶ τί ὁ ἅπας χρόνος.

6.° *Georgii* Trapezuntii ad Nicolaum epistolæ duæ, ubi de rebus ad theologiam pertinentibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDLXII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Joannis Glycis,* Patriarchæ Constantinopolitani, de orationis constructione opus ineditum. Incipit ἡ τοῦ λόγου χρῆσις.

2.° Ejusdem pro Andronico Imperatore precatio.

3.° Ejusdem Patriarchica dignitate se abdicantis oratiuncula.

4.° Ejusdem oratiuncula alia commonitoria ad Imperatorem.

5.° *Maximi Planudis* observationes quædam grammaticæ, ineditæ. Initium τῶν ῥημάτων τὰ μὲν.

6.° *Philostrati* icones.

7.° Fragmenta nonnulla ad grammaticam pertinentia.

8.° *Pauli Silentiarii* thermæ Pythiæ, unà cum scholiis.

9.° *Cratetis* & *Posidippi* epigrammata.

10.° *Moschi* amor fugitivus.

11.° *Maximi Planudis* dialogus de grammatica.

12.° *Aristidis* monodia in Smyrnam.

13.° *Thomæ* Magistri vocum Atticarum collectio.

14.° Anonymi lexicon ineditum, quo de vocabulorum discrimine, quæ affinem significationem habent. Initium ἀροτὴρ, ὁ ἀροτελῶν. Litteræ T. pars major & reliquæ omnes desiderantur.

15.° Lexici fragmentum, ubi variæ corporis humani partes explicantur.

16.° Anonymi lexicon, quo germana quarumdam vocum significatio indagatur;

opus ineditum. Incipit ἀγαθὸν μόνον λεγόμενον.

17.° *Dionysii* Halicarnassæi, imò Alexandrini, orbis descriptio, cum brevibus quibusdam scholiis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDLXIII.

Codex chartaceus, quo continetur *Joannis Glycis*, Patriarchæ Constantinopolitani, de orationis constructione tractatus ineditus. Incipit. ἡ τοῦ λόγου χρῆσις.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDLXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Joannis Glycis*, Patriarchæ Constantinopolitani, tractatus de grammatica.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDLXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Manuëlis Calecæ* tractatus de pronominibus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDLXVI.

3.° *Leonis,* Philoſophi & Medici, medicæ artis compendium libris ſeptem. Quod opus nondum publicam lucem aſpexit. Initium οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις. Conjectæ ad marginem notæ nonnullæ; Leonem autem illum à Leone Imperatore, Sapiente dicto, eſſe diſtinguendum, Medici cognomen, quod operis initio legitur, videtur arguere.

4.° Anonymi Lexicon, quo voces quædam Latinæ ad jus pertinentes, Græcè exponuntur.

5.° Remedia ad certos quoſdam morbos curandos accommodata, illudque manu recentiore.

6.° *Nicephori Blemmydæ* opus inſcriptum περὶ οὔρων. Incipit τῶν ἀνθινῶν ὕελα μάθε. Nondum publicam lucem aſpexit.

7.° Anonymi regulæ & præcepta, ubi de ſcribendarum litterarum ratione diſſeritur.

8.° *Libanii* epiſtolæ duæ conſolatoriæ.

9.° *Photii* epiſtola ad Euſebiam Monacham.

10.° Ejuſdem epiſtola ad Taraſium fratrem, qui filiam amiſerat.

11.° *Cydonis* epiſtola ad Theodoritum Monachum; Cydon autem ille idem fortaſsè cum *Demetrio Cydonio.*

12.° Ejuſdem alia epiſtola. Verùm nomen illius ad quem ſcribit non comparet.

13.° Epiſtola qua Nicolaus quidam diaconus commendatur. Deſiderantur initium & nomen auctoris.

14.° *Dionyſii,* Patriarchæ Conſtantinopolitani, epiſtola ad Epiſcopum, cujus nomen non extat.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCLXXII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Cyrilli* lexicon, ubi folia quædam manu recentiore ſcripta.

2.° Anonymi lexicon in Proverbia, Ezechiëlem, Acta Apoſtolorum, & ſancti Pauli epiſtolas.

3.° Canones ſive hymni, verſibus iambicis, in Chriſti Nativitatem, Pentecoſten & Theophania. Hymni litteris miniatis; illorum autem interpretatio è regione atramento ſcripta eſt.

Is codex ineunte ſæculo decimo quarto videtur exaratus.

MMDCLXXIII.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Anonymi lexicon, in quo nudæ vocabulorum explicationes, nullis adductis veterum testimoniis, occurrunt; opus tamen minimè contemnendum. Initio aliquot folia desiderantur.

2.° Anonymi lexicon, quo voces quædam difficiliores Veteris Testamenti explicantur.

3.° Anonymi lexicon in quatuor libros Regum.

4.° Anonymi lexicon in Psalmos.

5.° Anonymi lexicon in Cantica sacræ Scripturæ.

6.° Anonymi lexicon in Jobum.

7.° Anonymi lexicon in Jonam & Ezechiëlem.

8.° Anonymi lexicon in quatuor Evangelistas.

9.° Anonymi lexicon in Acta Apostolorum.

10.° Anonymi lexicon in epistolas Pauli.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

POETÆ.

In-folio.

MMDCLXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Hephæstionis* Alexandrini enchiridion. Accedit *Philippi Abucaræ* commentarius, ubi nihil occurrit quod ab editis discrepet.

2.° *Philoxeni* Alexandrini diagrammata, sive tabulæ varia carminum genera exhibentes.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCLXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Dracontis* Stratonici de metris poëticis tractatus ineditus, ad Posidonium filium; ibi non pauca veterum Poëtarum fragmenta reperias. Hujusce scriptoris meminit Suidas; verùm quibus temporibus floruerit, incertum est.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCLXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Maximi Planudis* tractatus de metris, hactenùs ineditus.

2.° *Hephæstionis* enchiridion de metris, unà cum scholiis quæ ab editis discrepant.

3.° *Joannis Tzetzæ* de metris opusculum, versibus politicis. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCLXXVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Anonymi de syllabarum quantitate opusculum.

2.° Anonymi tractatus de metris, è variis Scriptoribus collectus. Illius auctor ad extrema imperii Constantinopolitani tempora referendus est, ut pote qui Planudem laudet.

3.° *Hephæstio* de metris & poëmate. Accedunt scholia quæ in nonnullis ab editis discrepant.

4.° *Joannes Tzetzes,* de metris, versibus politicis.

5.° Scholia quæ ad Hephæstionis calcem excudi solent; ibi autem nonnulla reperias ab editis diversa.

6.° Anonymi, *Longini* fortassè, epitome de metris.

7.° Excerpta, ubi de Eudemo Rhetore, Helladio Grammatico, Eugenio, Zosimo, Cecilio, Longino, Luperco Grammatico, Justino Sophista, Pacato Minucio, Pamphilo Grammatico, & Hésychio Milesio; nihil autem quod in Suida non legatur.

8.° Anonymus, de comœdia. Initium *κωμῳδίαι λέγονται τὰ τῶν κωμικῶν ποιήματα.*

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCLXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Orphei* argonautica. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia quædam.

2.° *Pythagoræ* versus aurei.

3.° *Phocylidis* carmen.

4.° *Hesiodi* theogonia.

5.° Ejusdem, scutum Herculis, cum glossis interlinearibus & quibusdam scholiis marginalibus.

6.° Herculis certamina, versibus heroïcis.

7.° *Chionis* epistolæ.

8.° *Luciani* de conscribenda historia liber,

9.° Anonymi de tropis & figuris rhetoricis opusculum.

10.° *Corinthus,* de dialectis.

11.° Anonymus, de pronominibus.

12.° *Isocratis* oratio ad Nicoclem.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCLXXIX.

Codex chartaceus, olim Francisci Asulani, quo continentur *Homeri* ilias & odyssea Florentiæ editæ anno 1488. Ideò autem inter manuscriptos numeratur hic liber, quòd ad margines & inter lineas accedant scholia uberrima, manu, ut plurimùm, *Arsenii,* Monembasiæ Episcopi.

MMDCLXXX.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur *Homeri* ilias & odyssea. Accesserunt glossæ & scholia non magni pretii, nec ubique, sed sparsim. Initio in membrana tegmini agglutinata, quædam manu rudi scripta sunt de dialectis, ut & de tropis, sive figuris poëticis.

Is codex sæculo decimo quinto exeunte videtur exaratus.

MMDCLXXXI.

Codex bombycinus, olim Medicæus, quo continetur *Homeri* ilias, cum scholiis marginalibus & interlinearibus, omnibus fermè ad grammaticam pertinentibus. Horum pleraque inedita, dignissima tamen quæ publicam lucem aspiciant.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCLXXXII.

Codex chartaceus, quo continetur *Homeri* ilias, cum commentariis *Isaaci Porphyrogeniti,* cujus præfixum procemium de vita Homeri, & quibus usus est dialectis; subjectum verò ejusdem supplementum à morte Hectoris ad Trojæ expugnationem.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCLXXXIII.

Codex bombycinus, olim Medicæus, quo continentur *Homeri* iliadis libri viginti quatuor, cum scholiis quibusdam, sed numero paucis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCLXXXIV.

Codex bombycinus, olim Germani Brixii, posteà Colbertinus, quo continetur *Homeri* ilias, unà cum paraphrasi in libros quatuor priores & initium quinti. Occurrunt etiam scholia quædam, nec illa magni momenti.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCLXXXV.

Codex chartaceus, emptus anno Christi 1688. quo continentur *Homeri* iliadis libri viginti quatuor.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCLXXXVI.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur *Homeri* iliadis libri duodecim priores, cum paraphrasi prosaïca è regione, illaque nullius pretii.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Homeri* iliadis libri novem priores. Noni finis desideratur. Passim inter lineas scholia miniata; conjecta verò ad priorum librorum marginem scholia, in quibus nihil quod ab editis discrepet.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCLXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Homeri* odyssea.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Homeri* odyssea. Occurrunt nonnumquam inter lineas glossæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCXC.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, quo continetur iliadis *Homeri* metaphrasis, versibus politicis. Auctoris nomen non comparet.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCXCI.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur :

1.° Scholia in Homeri odyſſeam, eadem quæ ſub *Didymi* nomine prodierunt.

2.° *Thomæ* Magiſtri ecloge dictionum Atticarum.

3.° Poëma de raptu Helenæ. Initium tantùm ſupereſt.

Is codex manu Sebaſtiani Ducii anno 1512. exaratus eſt.

MMDCXCII.

Codex chartaceus, quo continentur in Homeri odyſſeam ſcholia, eadem omninò cum illis quæ *Didymi* nomine circumferuntur. Præmittuntur ſingulis libris argumenta.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCXCIII. MMDCXCIV.

Codex chartaceus, duobus voluminibus conſtans, olim Medicæus, quo continentur *Euſtathii* parecbolæ in Homeri iliadem. Ubique in marginibus ſummaria quæ in libris editis deſunt.

Is codex Cæſaris Strategi manu ſub exitum ſæculi decimi quinti exaratus eſt.

MMDCXCV.

Codex bombycinus, quo continentur *Euſtathii,* Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, commentarii in novem primos iliadis libros.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCXCVI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Euſtathii* commentarius in librum primum iliadis. Initium & finis deſiderantur. Præfixum anonymi fragmentum de ſono illo qui dicitur echo, unà cum interpretatione Latina.

2.° *Cleomedis* de contemplatione orbium cœleſtium liber ſecundus. Deſideratur initium.

3.° Anonymus, de aſtrolabio.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCXCVII.

Codex membranaceus, quo continetur *Euſtathii* commentarius in iliadis libros duodecim priores. Accedit textus. Præmittitur *Plutarchi* tractatus de Homerica poëſi, quem alii *Dionyſio* Halicarnaſſæo tribuunt.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCXCVIII.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur *Euſtathii* commentarii in iliadis libros κ, λ, μ, ν. Initio præterea primi libri fragmentum.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCXCIX.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur *Euſtathii* commentarii in Homeri iliadis libros ξ, ο, π, ρ, σ, τ.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCC.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continetur *Euſtathii* commentarius in libros quinque poſteriores iliadis.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCI.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur *Euſtathii* parecbolæ in iliadis libros quindecim poſteriores, à littera K. ad litteram Ω. In marginibus ſummaria quæ deſunt in editis.

Is codex manu Jani Laſcaris exaratus videtur.

MMDCCII.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur *Euſtathii* parecbolæ in odyſſeam. In marginibus ſummaria, manu recentiore ſcripta, Jani fortaſsè Laſcaris.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCIII.

Codex chartaceus, quo continentur *Euſtathii* commentarii in odyſſeam.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCIV.

Codex chartaceus, quo continetur index vocabulorum quæ Euſtathius in ſuis ad Homerum commentariis exponit.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCV.

Codex chartaceus, olim Boiſtallerianus,

quo continentur *Joannis Tzetzæ* allegoriæ Homericæ, verſibus politicis. Sub finem pauca quædam deſiderantur; illud autem opus hactenùs ineditum.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur:

1.° Viginti quatuor librorum iliadis argumenta, unà cum ſcholiis & regulis grammaticis quibuſdam, *Ariſtarcho* tributis; nihil autem ibi occurrit quod in editis non reperiatur.

2.° *Iſaaci Tzetzæ* prolegomena de poëtis.

3.° *Philoſtrati* imagines. Sub finem deſiderantur quædam.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCVII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Heſiodi* opera & dies. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, eadem omninò cum editis.

2.° *Homeri* batrachomyomachia, manu elegantiore & antiquiore ſcripta.

3.° Homeri iliadis allegoria, auctore *Tzetza*, eadem manu.

4.° *Gregorii* Nazianzeni de Chriſti paſſione tragœdia, quam, Euripidem imitatus, compoſuit.

5.° Homerocentra.

Is codex ſæculo decimo quarto videtur exaratus.

MMDCCVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Heſiodi* theogonia. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia ab editis diverſa.

2.° Ejuſdem, ſcutum Herculis, cum ſimilibus gloſſis, & ſcholiis etiam ineditis.

3.° Scholia in theogoniam, quæ ab Heinſio vetera dicuntur.

4.° Ejuſdem opera & dies, cum ſimilibus gloſſis & ſcholiis ineditis.

5.° *Manuëlis Moſchopuli* ſcholia in opera & dies.

6.° *Joannis* Diaconi ſcholia in theogoniam.

7.° *Procli Diadochi* ſcholia in opera & dies.

8.° *Euſtathii* commentarius in Dionyſii Alexandrini deſcriptionem orbis.

9.° *Dionyſii* Alexandrini deſcriptio orbis. Paſſim inter lineas gloſſæ; ſubjicitur autem paraphraſis.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCIX.

Codex chartaceus, olim Franciſci Aſulani. Ibi continentur *Pindari* olympia, pythia, iſthmia, & nemea. Subjecta ſunt ſcholia quæ nulla in re ab editis diſcrepant.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur ſcholia in Æſchyli fabulas tres, Prometheum vinctum nempè, Septem ad Thebas, & Perſas. Ibi nonnulla ab editis diverſa reperias.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Sophoclis* tragœdiæ. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ſunt ad marginem ſcholia, quæ *Demetrium* Triclinium auctorem habent; præmittuntur prætereа Sophoclis vita, & *Hephæſtionis* enchiridii caput, ubi de tragicorum verſibus.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXII.

Codex membranaceus, olim Memmianus. Ibi continentur:

1.° *Euripidis* tragœdiæ ſex, Hecuba nempè, Oreſtes, Phœniſſæ, Andromache, Medea & Hippolytus. Ad marginem, ut & intra lineas, leguntur interdum ſcholia breviſſima, nec illa magni momenti. Præmittitur Euripidis vita, eadem omninò cum edita.

2.° *Sophoclis* tragœdiæ, Ajax, Electra, Œdipus Tyrannus, Antigone, Œdipus Coloneus, Trachyniæ & Philoctetes, ubi quædam loco ſuo mota. Conjecta tam ad marginem quàm intra lineas ſcholia breviſſima; præmittitur quoque Sophoclis vita.

3.° *Ariſtophanis* comœdiæ ſeptem, Plutus videlicet, ubi folium unum aut alterum præpoſtero loco poſitum, Nubes, Ranæ, Equites,

Aves, Acharnenses, & Concionantium pars longè major. Ibi, præter Aristophanis vitam, scholia uberiora quàm in Euripide & Sophocle reperias, minùs digna tamen quæ publicam lucem aspiciant.

Is codex, nondum collatus, & in quo complures variæ lectiones, nec illæ contemnendæ, decimo tertio sæculo videtur exaratus. Initio, ut & sub finem, reperitur folium unum, complectens partem exiguam vitæ sancti Sabæ, cujus auctor alius est à Cyrillo Scythopolitano; ibi enim laudatur.

MMDCCXIII.

Codex membranaceus, quo continentur *Euripidis* fabulæ sex, Hecuba nempè, Phœnissæ, Hippolytus, Medea, Alcestis & Andromache. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, eadem omninò cum editis. Præmittuntur autem 1.° excerpta ex Hephæstionis enchiridio, de novem metrorum generibus. 2.° Vita Euripidis, & illius tragœdiarum argumenta. 3.° *Tzetzæ* & *Chortasmeni* de ejus Hecuba versus politici. Ad finem autem Medeæ annotatum reperias descriptam hanc esse ex exemplaribus à *Dionysio* & *Didymo* emendatis.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCXIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Euripidis* fabulæ tres, Hercules nempè, Electra & Orestes.

2.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni de passione Christi tragœdia, quam, Euripidem imitatus, composuit. Accedunt glossæ interlineares, & unum aut alterum scholium.

3.° *Euripidis* Electra, alia manu recentiore scripta, Francisci nempè Asulani.

Is codex Basilii Barelis manu anno Christi 1541. Venetiis exaratus est.

MMDCCXV.

Codex chartaceus, quo continentur *Aristophanis* fabulæ septem, Equites nempè, Acharnenses, Aves, Vespæ, Lysistrata, Concionatrices, Pax.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Aristophanis* Equitum pars, Nebulæ & Ranæ. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia brevia quidem, verùm quæ nulla in re ab editis discrepant.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXVII.

Codex chartaceus, olim Francisci Asulani, postea Colbertinus. Ibi continentur *Aristophanis* fabulæ novem, Equites nempè, Acharnenses, Vespæ, Plutus, Nubes, Ranæ, Aves, Pax & Lysistrata. Ad quatuor priorum fabularum marginem conjecta scholia nonnulla, in quibus nihil ab editis diversum reperias. Præmittitur *Hephæstionis* fragmentum, ubi de metris comœdiæ propriis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aristophanis* fabulæ duæ, Plutus nempè & Nubes.

2.° Operum & dierum *Hesiodi* editio, nî fallor, prima. De loco, anno & typographi nomine ne verbum quidem.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCXIX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur viri cujusdam docti notæ in Aristophanis scholiastem, ubi varia illius loca aut supplentur aut emendantur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCXX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sententiarum Menandri & Philistionis comparatio.

2.° Excerpta è veteribus Poëtis.

3.° Apophthegmata varia.

4.° Quædam de Atheniensium, Romanorum & Alexandrinorum mensibus.

5.° Vocabulorum nonnullorum explicatio.

6.° De septem hominis ætatibus.

7.° Excerpta è Plutarcho de iis quæ fieri non possunt.

8.° *Pythagoræ* præcepta.

9.° Anonymi proverbiorum collectio.

10.° Proverbia à *Gregorio* Cyprio, Patriarcha Constantinopolitano collecta, ordineque alphabetico digesta.

11.° Anonymus, de dictionum passionibus, sive figuris.

12.° Anonymi canonismata verborum quæ in Oratorum & Poëtarum scriptis occurrunt.

13.° *Cornutus,* de natura deorum.

14.° Canonismata verborum nonnullorum quæ in Homero leguntur.

15.° Fragmentum de musis.

16.° Anonymus de partibus orationis, quot sint.

17.° *Palæphatus,* de incredibilibus.

18.° Anonymi etymologicon, è variis id genus operibus excerptum, & ad litteram K. usque deductum.

19.° *Dionysius* Halicarnassæus, de compositione verborum.

20.° *Joannis Glycis,* Patriarchæ Constantinopolitani, tractatus de syntaxi.

21.° Anonymus, de verborum quorumdam significatione.

22.° *Manuel Moschopulus,* de recondita vocum quarumdam significatione.

23.° *Maximus Planudes,* de syntaxi.

24.° Anonymi collectio vocum Atticarum.

25.° Sanctus *Epiphanius,* de ponderibus & mensuris.

26.° Anonymus, de figuris rhetoricis. Incipit στρογγύλον σχῆμα.

27.° Anonymus, de verborum syntaxi. Incipit τῶν ῥημάτων τὰ μὲν.

28.° *Herodianus,* de solœcismo.

29.° *Photii* epistolæ aliquot.

30.° *Nicolai* Sophistæ narrationes variæ.

31.° *Alciphronis* epistolæ parasiticæ.

32.° Anonymi observationes variæ ad grammaticam pertinentes.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Theocriti* idyllia. Præmittitur Poëtæ vita.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Theocriti* idyllium primum, quintum, quartum, sextum, tertium, nonum, undecimum, decimum tertium, decimum quintum, decimum quartum, secundum, ubi sub finem quædam desiderantur. Nonnunquam inter lineas occurrunt glossæ; conjecta verò ad marginem brevia scholia.

2.° *Apollodori* bibliotheca. Incipit à pag. 93. editionis Londinensis, desinit ad pag. 195.

3.° Folium unum, nonnulla anthologiæ epigrammata complectens.

Hujusce codicis pars prima sæculo decimo quinto, altera decimo quarto videtur exarata.

MMDCCXXIII.

Codex membranaceus, emptus anno Christi 1688. quo continentur:

1.° *Lycophronis* Cassandra. Passim inter lineas glossæ miniatæ; conjecta verò ad marginem *Isaaci Tzetzæ* scholia. Ea codicis pars, ut annotatum ad calcem, anno Christi 1282. exarata est.

2.° *Homeri* batrachomyomachia.

3.° *Oppiani* cynegetica. Nonnunquam inter lineas glossæ; conjecta autem ad marginem brevia quædam scholia.

4.° *Dionysii* Alexandrini orbis descriptio. Accedunt *Eustathii* commentarii.

5.° Prolegomena & commentarii in Porphyrii isagogem. Auctoris nomen non comparet. Is autem est *Ammonius.*

6.° Anonymi commentarius in Aristotelem, de interpretatione. Initium ὁ σκοπὸς τοίνυν.

Initio, ut & in fine hujusce codicis, folia aliquot occurrunt, à vetustissimo codice avulsa, ubi de persecutione quam Christiani, Juliano imperante, passi sunt.

Reliqua codicis pars, ducto à batrachomyomachia initio, sub finem duodecimi sæculi videtur exarata.

MMDCCXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Lycophronis* Cassandra, cum glossis interlinearibus, & *Isaaci Tzetzæ* scholiis. Præmittitur Poëtæ vita.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXXV.

Codex chartaceus, quo continetur *Lycophronis* Caſſandra, unà cum *Iſaaci Tzetzæ* commentariis. Præmittitur vocabulorum index.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCXXVI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur :

1.° *Arati* phœnomena & dioſemeia. Subjecta ſunt ſcholia, quæ nulla in re ab editis diſcrepant.

2.° *Nicandri* theriaca & alexipharmaca. Conjecta ad marginem brevia quædam ſcholia, ex editis deſcripta.

3.° *Theocriti* idyllia.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Apollonii* Rhodii Argonauticorum libri quatuor. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, in quibus non pauca è Stephano Byzantino ad verbum exſcripta reperias. Sequuntur vetera in Apollonium ſcholia, unà cum Poëtæ vita, & operis argumento.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXXVIII.

Codex chartaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur :

1.° *Apollonii* Rhodii Argonauticorum libri quatuor.

2.° *Arati* phœnomena. Præmittitur Poëtæ vita.

Is codex manu Georgii Gregoropuli exaratus eſt.

MMDCCXXIX.

Codex chartaceus, Memmiano-Bigotianus, quo continentur *Apollonii* Argonauticorum libri quatuor.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXXX.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur *Dionyſii* Alexandrini orbis deſcriptio. Accedunt anonymi ſcholia, quorum pars major Oxonii edita eſt.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXXXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Dionyſii* Alexandrini orbis deſcriptio. Accedit *Euſtathii* commentarius.

2.° *Hermogenis* progymnaſmata artis rhetoricæ.

3.° *Michaëlis Pſelli* in Platonis pſychogoniam, liber nondum editus.

4.° Ejuſdem deſcriptio inedita octachordi, à Pythagora primùm inventi.

5.° *Epiphanius*, de menſuris.

6.° Idem, de epiſtolico charactere.

7.° *Libanii* declamationes tres.

8.° *Joannis Moſchi* oratio funebris, inedita, in laudem Lucæ Notaræ, magni Ducis.

9.° *Iſaaci* Monachi tractatus ineditus de metris.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCXXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Dionyſii* Alexandrini orbis deſcriptio. Subjecta eſt ſingulis verſibus metaphraſis; conjecta etiam ad marginem ſcholia quædam.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCXXXIII.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continetur *Euſtathii*, Theſſalonicenſis Archiepiſcopi, commentarius in Dionyſii orbis deſcriptionem.

Is codex manu Joannis Hydruntini ſcitè & nitidè, ſæculo decimo quinto exeunte, videtur exaratus.

MMDCCXXXIV.

Codex chartaceus, quo continetur *Euſtathii* commentarius in Dionyſii Alexandrini orbis deſcriptionem.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCXXXV.

Codex bombycinus, olim Boiſtallerianus, quo continentur :

1.° *Oppiani* de venatione libri quinque. Paſſim inter lineas gloſſæ miniatæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, hactenùs inedita,

quorum pars major in ſcrutandis etymologiis verſatur. Præmittitur Oppiani vita.

2.° Illorum quinque de venatione librorum ſynopſis.

3.° *Sophoclis* fabulæ tres, Ajax, Electra & Œdipus Tyrannus. Interdùm occurrunt inter lineas gloſſæ. Præfixa argumenta.

4.° *Dionyſii* Alexandrini orbis deſcriptio, cui adjuncta eſt paraphraſis.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCXXXVI.

Codex membranaceus, Fonteblandenſis, quo continentur *Oppiani* cynegetica, ſive de venatione libri quatuor. In ſingulis ferè paginis pictæ imagines, quæ oculis ſubjiciunt argumentum operis varium, deos, homines, & alia coloribus vividis, rudi tamen penicillo adumbrata. Tabellæ omninò centum quadraginta & octo, binæ in quibuſdam paginis, imò & ternæ. Ad calcem occurrunt *Conſtantini Manaſſæ* de Oppiano verſus politici, ab *Eraſmo Vindingio* cum paraphraſi Ixeuticorum editi Hafniæ, anno 1702. Omiſſum nomen auctoris.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXXXVII.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur :

1.° *Oppiani* cynegetica, ſive de venatione libri quatuor. Præfixi libro primo *Conſtantini Manaſſæ* verſus politici de Oppiano. Acceſſerunt ad ſingulas ferè paginas pictæ imagines, eædem quæ in codice præcedenti, numero totidem, nec multò elegantiores.

2.° *Xenophontis* de venatione liber. In marginibus ſupplementa & variæ lectiones.

3.° *Manuëlis Phile* iambi de animalium proprietatibus; opus Michaëli Palæologo, Imperatori, nuncupatum. Acceſſerunt figuræ animalium elegantes.

Is codex pulchritudine nulli concedit. Scripſit omnium ſuæ ætatis Calligraphorum princeps Angelus Vergetius, Cretenſis. Imagines ipſas ab Angeli filia pictas fuiſſe memoriæ proditum eſt, eas videlicet quæ inſunt Oppiani cynegeticis; nam in Manuëlis Phile iambis alia eſt & melioris notæ pictura.

MMDCCXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur anonymi ſcholia in Oppiani Halieutica, in nonnullis ab editis diverſa.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCXXXIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anthologia epigrammatum. Ibi nihil occurrit quod ab editis diſcrepet.

2.° *Theognidis* ſententiæ.

3.° Sententiæ, ſingulis verſibus expreſſæ, ordineque alphabetico diſpoſitæ, eædem omninò cum illis quæ ab *Henrico Stephano* editæ ſunt.

4.° *Pauli* Silentiarii carmen in thermas Pythias.

5.° Anonymi verſus heroïci, de ſeptem planetis, illorumque poteſtate.

6.° *Hermetis Triſmegiſti* carmen de terræ motibus.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXL.

Codex membranaceus, quo continetur anthologia epigrammatum, ubi nihil occurrit quod ab editis diſcrepet.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXLI.

Codex chartaceus, Conſtantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur anthologia. Epigrammata quædam interdùm deſiderantur. Conjecta ad marginem ſcholia, quorum pars major nondùm lucem aſpexit. Sunt & nonnulla, quorum auctor dicitur *Maximus Planudes*.

Is codex olim Jani Laſcaris, & fortaſsè ipſius manu ſcriptus, ſub finem ſæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCXLII.

Codex chartaceus, emptus anno Chriſti 1700. Ibi continetur epigrammatum anthologia, hactenùs inedita. Conjectæ ſunt ad marginem *Franciſci Guyeti*, Andegavenſis, notæ.

Is codex ipſius Guyeti manu exaratus eſt.

MMDCCXLIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Apollinarii* metaphraſis in Pſalmos, verſibus heroïcis. Præmittitur illius protheoria; conjectus verò ad marginem *Coſmæ Indico-pleuſtæ* commentarius in Pſalmos hiſtoricus & allegoricus, cum ejuſdem

interlinearibus in Apollinarii metaphrasim glossis minio scriptis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCXLIV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Homeri* centones, quorum finis desideratur.

2.° Anthologia epigrammatum. Non multa desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCXLV.

Codex chartacèus, olim Boistallerianus, quo continentur :

1.° Poëma iambicum de animalium & plantarum proprietate, Cyrillo Alexandrino falsò tributum; est enim *Georgii Pisidæ*.

2.° Sancti *Athanasii* quæstiones ad Antiochum Regem.

3.° *Nicetæ* Philosophi scholia in tetrasticha & monosticha sancti Gregorii Nazianzeni. Accedit ejusdem paraphrasis epigrammatum epicediorum, in honorem sancti Basilii ab eodem *Gregorio* compositorum.

Is codex ex antiquo exemplari à Zacharia, Græco sacerdote, anno 1563. descriptus est.

MMDCCXLVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Sancti *Cyrilli* Alexandrini, vel potiùs *Georgii Pisidæ*, de animalium & plantarum proprietate opus, versibus iambicis conscriptum.

2.° *Michaëlis Glycæ* tractatus capitibus viginti duobus constans, ubi de rebus ad theologiam pertinentibus disseritur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCXLVII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, ex Oriente in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Philippi* solitarii dioptra, versibus politicis; rejecta ad oram codicis varia scriptorum ecclesiasticorum loca, quæ ob oculos auctor habuit.

2.° *Nicetæ* Pectorati liber de paradiso intellectuali, de libertate, de natura actionum, de animæ facultatibus & oratione.

3.° *Philippi* solitarii epistola ad quemdam qui vitæ spirituali valedixerat.

4.° Liber Sirach.

5.° Psalterium, adjunctis brevibus scholiis.

Hujusce codicis pars membranacea sæculo decimo tertio, pars autem chartacea decimo quinto exarata videtur.

MMDCCXLVIII.

Codex bombycinus, olim Mazarinæus, quo continentur :

1.° *Philippi* solitarii dioptra ad Callinicum Monachum, versibus politicis. Leguntur in ora codicis varia Scriptorum ecclesiasticorum loca, quæ *Philippus* ob oculos habuit. Hocce opus Græcè nondum lucem aspexit. Incipit πολλὰς μὲν ἰχθύων.

2.° *Germani* decimo tertio sæculo Patriarchæ Constantinopolitani, de compunctione versus politici, nondùm editi. Incipiunt ὁ πάλαι βλύσας νάματα.

3.° *Gregorii* Nazianzeni monosticha iambica.

4.° *Manuëlis Phile* in beatam Virginem versus iambici inediti. Incipiunt σοὶ τῇ στρατηγῷ τῶν βροτῶν.

5.° *Joannis* Cappadocis, Patriarchæ Constantinopolitani, præcepta ad monachum quemdam, inedita. Incipiunt περὶ μοναχῶν σωφροσύνης.

6.° Anonymi de oratione opus ex variis Scriptoribus collectum, nempè Ephræmo, Isaaco, Evagrio, Gregorio Magno, Maximò Confessore, Thalassio, & Joanne Climaco. Incipit προσευχή ἐστιν ὁμιλία νοῦ πρὸς θεόν.

7.° *Cassiani* de octo capitalibus vitiis epitome.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCXLIX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Michaëlis Pselli* synopsis legum, versibus politicis, ad Michaëlem Ducam, Imperatorem.

2.° Anonymi grammatica Græca, quæ à Joanne à Sancta Maura in Calabria inventa dicitur; hanc autem editam fuisse patet, è notis quibusdam marginalibus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCL.

Codex bombycinus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Joannis Tzetzæ* Chiliades, versibus politicis. Præfixus index. Sequitur carmen illius iambicum, ad hocce opus pertinens.

2.° Ejusdem carmen iambicum de liberis educandis, cum scholiis marginalibus. Præmittitur argumentum.

3.° Ejusdem alii versus, partim heroïci, partim iambici.

4.° Ejusdem epistolæ, quarum maxima pars nondùm edita est.

5.° Ænigma versibus iambicis.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCLI.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Theodori Metochitæ,* magni Logothetæ, poëmatia viginti, versu heroïco, rudia & incondita quibus præfixus index. Ibi reperias carmina in mortem Irenes Augustæ, uxoris Imperatoris Andronici Palæologi, & illius filium Michaëlem Palæologum.

2.° De processione Spiritus sancti pro Latinis, adversùs Græcos.

3.° *Georgii Metochitæ* Diaconi libri quinque.

4.° Ejusdem confutatio trium capitulorum Maximi Planudæ Monachi.

5.° Ejusdem tractatus adversùs Manuëlem, Manuëlis Cretensis affinem.

6.° Anonymi disputatio de processione Spiritus sancti pro Græcis, adversùs Latinos.

7.° Excerptum ex oratione quam *Gregorius* Nyssenus scripsit, de vita & miraculis Gregorii Thaumaturgi.

8.° *Barlaami* Monachi libri quinque. Libro primo præfixum dodecastichon iambicum.

9.° Ejusdem liber singularis de primatu Papæ, adversùs Archiepiscopum anonymum.

10.° Ejusdem refutatio epistolæ Legatorum Papæ.

11.° Legatus, sive de Spiritu sancto dialogus Latini cum Græco.

12.° *Andreæ* Hierosolymitani oratio in annuntiationem Deiparæ.

13.° *Chrysostomi* oratio ejusdem argumenti.

14.° *Theodoti* Moneremitæ oratio ejusdem argumenti.

Is codex sæculo decimo sexto medio, diversa quatuor librariorum manu exaratus est.

MMDCCLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur poëma cujus titulus non comparet. Ibi de rebus ad Trojam gestis, & urbe à Græcis tandem expugnata, sermo fit. Desideratur præterea nomen auctoris, quem recentiorem fuisse ex eo concludas, quòd in operis contextu Tryphiodorus & Quintus Calaber laudentur. Laudantur etiam Homerus, Stesichorus, Lycophron, Diodorus Siculus, & Longinus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCLIII.

Codex chartaceus, quo continetur poëma lingua Græca vulgari scriptum, versibus politicis, ubi de bellis à Francis in Oriente gestis.

Is codex manu recentiore exaratus est.

MMDCCLIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur epitheta varia, è veteribus poëtis collecta, & ordine alphabetico à *Joanne Bordato* Bituricensi disposita.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

POETÆ.

In-quarto.

MMDCCLV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hephæstionis* enchiridion de metris.

2.° *Dionysius* Halicarnassæus, de iis quæ Thucydidi propria sunt.

3.° *Juliani* Imperatoris ad sanctum Basilium epistola, & *Basilii* ad illum responsum.

4.° Ejusdem ad Libanium & Iamblichum epistolæ.

5.° *Libanii* duæ ad sanctum Basilium epistolæ.

6.° Sanctus *Basilius,* quomodo legendi Græcorum libri.

7.° *Æschinis* ad Philocratem & populum Atheniensem epistolæ.

8.° *Platonis* epiſtolæ.

9.° *Diogenis* Cynici epiſtolæ.

10.° *Cratetis* Cynici epiſtolæ.

11.° *Juliani* Imperatoris epiſtolæ.

12.° *Euripidis* epiſtolæ.

13.° *Hippocratis* epiſtolæ.

14.° *Heracliti* epiſtolæ.

15.° *Euripidis* fabulæ duæ, Hecuba nempè, & Electra.

16.° *Patricii* Homerici centones.

17.° *Oppiani* de venatione liber primus, cum gloſſis interlinearibus. Initium & finis deſiderantur.

18.° *Ariſtoteles,* de virtutibus & vitiis.

Hujuſce codicis pars major manu Michaëlis Apoſtolii, poſt expugnatam Conſtantinopolim, exaratus eſt.

MMDCCLVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hephæſtionis* enchiridion de variis metrorum generibus.

2.° Pſalmorum ἐπιμερισμοὶ, ſive Pſalmorum omnium interpretatio grammatica, auctore *Georgio Chœroboſco,* opus ineditum, quod incipit ψαλμὸς ὄνομα ἁπλοῦν.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCLVII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continetur *Hephæſtionis* enchiridion. Conjecta ad calcem ſcholia, in quibus nihil occurrit quod ab editis diſcrepet.

Hujuſce codicis, ſæculo decimo ſexto exarati, initio hæc leguntur: *Charilaus Salmonius Macrinus Juliodunæus, cujus ex dono me poſſidet Quintus Septimius Florens Chriſtianus. Calendis januariis 1572.*

MMDCCLVIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Iſaaci* Monachi de metris poëticis tractatus ineditus. Incipit μέλλοντες περὶ μέτρων.

2.° *Georgii Chœroboſci* grammatici de tropis, ſive figuris poëticis opuſculum ineditum. Initium πάσης παλαιᾶς.

3.° Excerpta è Tryphone de paſſionibus, ſive figuris dictionis.

4.° *Manuel Moſchopulus,* de eodem argumento, ineditus. Incipit ἐν τοῖς πάθεσι τῶν λέξεων.

5.° *Heſiodi* opera & dies. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem *Manuëlis Moſchopuli* ſcholia. Præfixa Poëtæ vita.

6.° *Theocriti* idyllia novem, cum gloſſis interlinearibus & marginalibus ſcholiis. Ibi nihil ab editis diverſum. Præmittitur Poëtæ vita.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCLIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Iſaaci* Monachi de variis metrorum generibus opuſculum.

Is codex anno Chriſti 1539. Philippi Preſbyteri manu exaratus eſt.

MMDCCLX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Anonymi tractatus brevis de metris poëticis. Ibi fit mentio verſuum politicorum. Itaque illius auctor multis poſt Hephæſtionem annis vixerit oportet.

2.° *Galeni* commentarius, in Hippocratem de humoribus. Accedit Latina interpretatio, cujus auctor *Nicolaus Vigerus,* Melodunenſis Medicus.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCLXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Georgii Chœroboſci* de tropis, ſive poëticis figuris liber.

2.° *Manuëlis Moſchopuli* voces Atticæ, ex iconibus Philoſtrati potiſſimùm excerptæ.

3.° *Thomæ* Magiſtri vocum Atticarum collectio.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCLXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Opuſculum de viginti ſeptem tropis & figuris poëticis. Auctoris nomen non comparet; is autem eſt *Georgius Chœroboſcus.*

2.° *Nicomachi* Geraſeni arithmeticæ introductionis libri duo, adjunctis ſcholiis quibuſdam ineditis.

3.° *Joannis Pediaſimi* tractatus, quo

illustrantur quædam de arithmetica & musica ab aliis obscuriùs dicta. Opus ineditum. Incipit φθόγγος μὲν ἐστι.

4.° Anonymus, de ecclesiæ Constantinopolitanæ officiis.

5.° Anonymi lexicon, quo illa vocabula exponuntur, quæ plures habent significationes.

6.° *Euclidis* elementorum libri octo.

7.° *Cabasilæ*, Thessalonicensis Archiepiscopi, tractatus ineditus, de syllogismo. Incipit σκοπὸς ἐστι τοῦ.

8.° *Macarii* Hieromonachi tractatus ineditus adversùs Latinos, de Spiritus sancti è Patre solo processione. Initium τὰ θεῖα τῶν χριστιανῶν.

9.° Explicatio rituum quorumdam ad liturgiam pertinentium.

10.° *Agapeti* Diaconi admonitionum capita septuaginta duo, ad Justinianum Imperatorem. Adjuncta sunt scholia, hactenùs inedita.

11.° *Synesii* epistolæ, sed omnes editæ.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCLXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Orphei* Argonautica.

2.° Ejusdem hymni.

3.° *Procli* Lycii, hymni.

4.° *Callimachi* hymni. Nonnumquam inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, quæ ab editis non discrepant.

5.° *Homeri* hymni.

6.° *Moschi* amor fugitivus.

7.° *Musæus*, de amoribus Herus & Leandri.

8.° *Hesiodi* opera & dies. Accedunt scholia breviora quàm in editis, sed eadem tamen cum illis.

9.° Ejusdem, scutum Herculis.

10.° Ejusdem theogonia.

11.° *Theocriti* idyllia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCLXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Orphei* carmen de lapidibus. Præmittitur *Demetrii Moschi* argumentum; conjecta verò ad marginem scholia nonnulla.

2.° Raptus Helenæ, auctore *Coluth*o. Præfixa illius vita.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCLXV.

Codex, partim membranaceus, partim chartaceus, quo continentur:

1.° *Orphei* hymni.

2.° *Homeri* hymni.

3.° *Moschi* amor fugitivus.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCLXVI.

Codex bombycinus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continetur *Homeri* ilias, unà cum metaphrasi in omnes fermè hujusce poëmatis libros. Adjuncta sunt & scholia, quorum auctor aliquando Didymum exscribit. Ibi tamen non pauca occurrunt à cæteris Homeri interpretibus omissa, nec contemnenda, in iis præsertim quæ ad grammaticam pertinent: veterum enim criticorum Aristarchi, Dioclis, Dionysii, Cassii, aliorumque testimonia nonnumquam adhibentur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCLXVII.

Codex bombycinus, quo continetur *Homeri* ilias. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, numero quidem pauca, sed ab editis diversa, nec indigna quæ lucem publicam aspiciant. Desideratur libri primi initium.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCLXVIII.

Codex bombycinus, quo continetur *Homeri* ilias. Passim inter lineas glossæ, quibus dimidia & ampliùs operis pars explicatur; conjecta etiam ad marginem scholia hactenùs inedita. Singulis libris præfixa illorum argumenta; initio autem codicis reperiuntur quæstiones Homericæ, à Porphyrianis diversæ, illæque nondum publici juris factæ. Reperitur præterea explicatio allegorica historiarum quarum in Homeri iliade mentio occurrit.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCLXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Homeri* odyssea. Conjecta ad marginem brevia quædam scholia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCLXX.

Codex chartaceus, quo continentur excerpta ex Eustathii commentariis in Homeri iliadem.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCLXXI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Hesiodi* theogonia, & in illam *Procli* commentarius, si folium primum excipias, recentiore manu scriptum, quod Manuëlis Moschopuli scholia exhibet.

2.° *Dionysii* Alexandrini orbis descriptio, cum scholiis hactenùs ineditis. Præfixa auctoris vita.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

MMDCCLXXII.

Codex bombycinus, olim Guarini, Veronensis, quo continentur:

1.° *Hesiodi* opera & dies. Passim inter lineas glossæ miniatæ; conjecta verò ad marginem *Manuëlis Moschopuli* scholia. Initio codicis occurrunt quædam *Libanii* epistolæ.

2.° Ejusdem, scutum Herculis, cum glossis interlinearibus miniatis, & scholiis marginalibus, quæ in multis ab editis discrepant. Præfixum argumentum, ubi quædam ab editis diversa.

3.° Ejusdem theogonia, cum glossis interlinearibus & scholiis, editis multò brevioribus. Ad calcem rejecta hujusce poëmatis explicatio allegorica; verùm auctoris nomen ibi non comparet.

4.° *Dionysii* Alexandrini orbis descriptio, cum glossis interlinearibus, & scholiis hactenùs ineditis. Præmittuntur prolegomena etiam inedita, dignissima tamen quæ lucem publicam aspiciant.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCLXXIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Hesiodi* opera & dies. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem *Joannis Tzetzæ* scholia.

2.° Ejusdem, scutum Herculis. Præmittitur argumentum, in quibusdam ab edito diversum.

3.° Anonymi versus quidam iambici, ad pietatem adhortatorii. Observandum autem est esse paginas nonnullas ubi veteris scripturæ vestigia apparent; ea deleta, altera superillita est.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCLXXIV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Hesiodi* opera & dies. Passim inter lineas glossæ miniatæ; conjecta verò ad marginem *Joannis Tzetzæ* scholia.

2.° *Pindari* Olympia. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, editis breviora, sed ubi nihil reperias quod ab illis vel minimùm discrepet.

3.° Ejusdem Pythia, cum similibus glossis, & scholiis marginalibus. Desideratur pars fermè dimidia.

Is codex ineunte sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCLXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Hesiodi* opera & dies. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem *Joannis Tzetzæ* scholia.

2.° *Xenophontis* de Lacedæmoniorum republica liber.

3.° *Philostrati* heroïca. Passim inter lineas glossæ. Accedunt & scholia nondùm edita, quorum auctor in vocabulis exponendis tantùm versatur.

4.° Idem de epistolico charactere.

5.° Ejusdem vitæ Sophistarum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCLXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hesiodi* opera & dies. Nonnumquàm inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, partim minio, partim atramento scripta, quæ ab editis discrepant: illorum auctor in exponendis rebus ad grammaticam pertinentibus totus versatur. Præfixum argumentum.

2.° Ejusdem, scutum Herculis, cum pauculis scholiis; præfixum quoque argumentum.

3.° Ejusdem theogonia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCLXXVII.

Codex chartaceus, olim Francisci Rabelæsii, posteà Colbertinus, quo continetur *Procli Diadochi* commentarius in Hesiodum. Supersunt paginæ tantùm quatuor.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCLXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Procli Diadochi* commentarius in Hesiodi opera & dies.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCLXXIX.

Codex chartaceus, quo continetur *Procli* commentarius in Hesiodi opera & dies.

Is codex, elegantissimè scriptus, ad sæculum decimum sextum referendus videtur.

MMDCCLXXX.

Codex chartaceus, olim Pauli & Antonii Coresiorum. Ibi continentur :

1.° *Joannis Tzetzæ* scholia in Hesiodi opera & dies; illa autem scholia sæpè ab editis diversa sunt. Desiderantur non pauca.

2.° *Hesiodi* opera & dies, cum scholiis miniatis interlinearibus in sexaginta priores versus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCLXXXI.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur.

1.° *Pindari* Olympionica. Nonnumquam inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem pauca quædam & nullius momenti scholia.

2.° *Theocriti* idyllia. Leguntur ad finem scholia in Simmiæ Rhodii Syringem.

3.° *Hesiodi* opera & dies, cum glossis interlinearibus, & *Manuëlis Moschopuli* in dimidiam fermè partem scholiis

4.° *Metrophanis,* Rhodi Metropolitæ, epistola ad Hilarionem.

Is codex Aristobuli cujusdam manu sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCLXXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur :

1.° *Pindari* Olympia. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem pauca quædam scholia.

2.° *Catonis* disticha moralia, è Latina lingua in Græcam à *Maximo Planude,* ut verisimile est, conversa.

Is codex anno Christi 1438. exaratus est.

MMDCCLXXXIII.

Codex chartaceus, quo continentur *Pindari* Pythiorum odæ octo priores. Inter lineas glossæ miniatæ; conjecta verò ad marginem scholia, numero pauca, verùm ex editis ad verbum descripta. Præmittuntur quædam de Pythiis, ut & de versuum Pindaricorum natura.

Is codex manu elegante Demetrii Chalcondylæ exaratus est.

MMDCCLXXXIV.

Codex chartaceus, quo continentur scholia in Pindarum, eadem omninò cum editis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCLXXXV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur *Æschyli* fabulæ tres, Prometheus vinctus nempè, septem contra Thebas, & Persæ. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia quæ ab editis non discrepant. Præmittuntur vita Æschyli, & fabularum argumenta.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCLXXXVI.

Codex partim chartaceus, partim bombycinus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Æschyli* Prometheus vinctus, septem ad Thebas, & Persæ. Passim inter lineas glossæ miniatæ; ad marginem quibusdam in locis conjecta scholia, ubi nihil deprehendas quod in editis non occurrat. Singulis fabulis præfixum argumentum.

2.° *Hesiodi* opera & dies, cum *Manuëlis Moschopuli* scholiis. Ad calcem variæ aratri partes

partes rudi manu delineatæ, conſpiciuntur.

3.° *Theocriti* idyllia, primum, ſecundum, tertium, ſextum, ſeptimum, octavum & decimum. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, in quibus nihil ab editis diverſum. Præmittitur vita Theocriti.

4.° *Pindari* Olympia, cum gloſſis interlinearibus miniatis, & ſcholiis, quæ eadem omninò ſunt cum editis. Initio, præter vitam Pindari, occurrunt prolegomena, ubi de variis metrorum generibus ab illo uſurpatis, quæ in editionibus non comparent.

Hujuſce codicis pars major ſæculo decimo quarto, reliqua decimo quinto videtur exarata.

MMDCCLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur:

1.° *Æſchyli* Prometheus vinctus, ſeptem ad Thebas, & Perſæ, cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis marginalibus, in quibus nihil ab editis diverſum. Singulis fabulis præmittuntur argumenta, ut & *Georgii Chærobosci* opuſculum ineditum, de tropis & figuris poëticis, cujus initium ἀλληγορία ἐςί.

2.° *Sophoclis* Œdipus Tyrannus, cum gloſſis interlinearibus, & pauciſſimis ſcholiis.

3.° Ejuſdem, Trachiniæ, Philoctetes, & Œdipus in colono. Ibi nec gloſſæ, nec ſcholia comparent.

4.° Anonymus, de cyclorum ſolis & lunæ inveniendorum ratione.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur *Æſchyli* Prometheus vinctus, ſeptem ad Thebas, & Perſæ. Paſſim inter lineas gloſſæ miniatæ; conjecta verò ad marginem ſcholia nonnulla, in quibus nihil omninò ab editis diverſum. Singulis fabulis præmittuntur argumenta, Prometheo autem vincto Æſchyli ipſius vita.

Is codex ſub finem ſæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Joannis Tilii, poſtea Colbertinus. Ibi continentur *Æſchyli* fabulæ tres, Prometheus vinctus nempè, ſeptem contra Thebas, & Perſæ. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, quæ, etſi prima fronte ab editis diverſa videantur, nihil tamen in illis reperias quod in veteri Scholiaſte non occurrat. Præmittitur Æſchyli vita, eadem omninò cum illa quæ jam publicam lucem aſpexit.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXC.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Æſchyli* Prometheus vinctus. Præfixum argumentum.

2.° *Sophoclis* Ajax Flagellifer. Conjecta ad marginem brevia quædam ſcholia.

3.° Anonymi liber de dialectis, è Joanne Philopono, Tryphone, & aliis Grammaticis collectus. Incipit ἰδού σοι ἐκ τὰς διαλέκτους.

4.° Quædam de verbis anomalis.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXCI.

Codex chartaceus, olim Puteanus, quò continetur *Æſchyli* Agamemnon, cum *Iſaaci Caſauboni* interpretatione interlineari. Accedunt ejuſdem notæ & obſervationes eruditiſſimæ.

Is codex, ipſius Caſauboni manu anno 1610. exaratus, jamdiù furto ablatus è Bibliotheca regia, tandem anno 1729. ære regio redemptus eſt. Erat tùm illius poſſeſſor Antonius Rouſſelet, eccleſiæ collegialis & regiæ Peronnenſis Theologus.

MMDCCXCII.

Codex chartaceus, quo continentur ſcholia in tres Æſchyli fabulas, videlicet Prometheum vinctum, ſeptem ad Thebas, & Perſas. Ibi nihil occurrit quod ſit ab editis diverſum.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCXCIII.

Codex chartaceus, quo continentur ſcholia vetera in Æſchyli Prometheum vinctum, ſeptem ad Thebas, & Perſas. Præmittuntur vita Poëtæ & fabularum argumenta.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCXCIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur *Sophoclis* fabulæ tres, Ajax

Flagellifer nempè, Electra & Œdipus Tyrannus. Passim inter lineas glossæ miniatæ; conjecta autem ad marginem scholia, ubi nonnulla reperias quæ in editis non occurrunt. Præmittuntur Sophoclis vita & argumenta fabularum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCXCV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Sophoclis* Ajax Flagellifer, Electra & Œdipus Tyrannus. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, quorum auctor, licet nomen non occurrat, est *Demetrius* Triclinius. Singulis fabulis præmittitur argumentum, si primam tamen excipias, ut pote cujus folium primum desideretur.

2.° *Euripidis* Hecuba, Orestes & Phœnissæ, cum glossis interlinearibus & marginalibus scholiis, quæ ab editis non discrepant. Præfixa Euripidis vita; præfixum quoque singulis fabulis argumentum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCXCVI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur *Sophoclis* Ajax Flagellifer, Electra & Œdipus Tyrannus, cum glossis interlinearibus, & scholiis marginalibus tribus aut quatuor, illudque variis in locis. Præmittuntur autem Sophoclis vita, & suum singulis fabulis argumentum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCXCVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Sophoclis* fabulæ duæ, Ajax nempè Flagellifer, & Electra.

2.° *Euripidis* Phœnissæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCXCVIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Sophoclis* Ajax Flagellifer. Passim inter lineas glossæ, conjecta verò ad marginem scholia, eadem omninò cum illis quæ in editione Sophoclis Oxoniensi anni 1705. primùm lucem aspexerunt. Præmittitur Poëtæ vita.

2.° Emendationes in Thucydidem, & illius Scholiastem, è codicibus manuscriptis magnam partem erutæ. Ad calcem urbs Athenarum parùm eleganter delineata conspicitur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCXCIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Scholia in Sophoclis Trachinias, Œdipum in colono, & Philoctetem; hæc autem scholia eadem sunt omninò cum editis.

2.° Excerpta è scriptis Herodiani, de magno verbo, ab *Aldo* edita.

3.° Scholia in Sophoclis Ajacem, Electram, Œdipum Tyrannum, & Antigonen; ab editis non discrepant.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCC.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur *Euripidis* fabulæ tres, Hecuba nempè, Orestes, & Phœnissæ. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, ubi nihil occurrit quod ab editis discrepet. Præmittitur Euripidis vita.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCCI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Euripidis* fabulæ tres, Hecuba nempè, Orestes & Phœnissæ. Passim inter lineas glossæ miniatæ; conjecta verò ad marginem scholia quæ nulla in re ab editis discrepant. Præmittuntur vita Euripidis & fabularum argumenta.

2.° *Libanii* declamationes nonnullæ.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCCII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Euripidis* Hecuba. Passim inter lineas glossæ; ad marginem verò conjecta scholia, in quibus nihil ab editis diversum.

2.° Ejusdem Orestes, cum similibus glossis, & scholiis brevioribus quàm in editis. Præfixum argumentum.

3.° Ejusdem Phœnissæ, cum similibus glossis & scholiis.

4.° *Theocriti* novem priora idyllia, cum ſcholiis interlinearibus. Adjuncta ſunt ſcholia, eadem omninò cum editis.

5.° *Homeri* batrachomyomachia.

6.° Quædam Cœnobiarcharum apophthegmata ad mores informandos accommodata.

Is codex ſæculo decimo quarto videtur exaratus.

MMDCCCIII.

Codex chartaceus, olim Auguſtini Trivultii, Cardinalis. Ibi continentur:

1.° *Euripidis* Hecuba, Oreſtes & Phœniſſæ. Paſſim inter lineas gloſſæ; ſingulis autem fabulis præfixum argumentum.

2.° *Georgii Trivisii,* ſive *Trivisini,* Græcorum ſacerdotis, verſus politici ad Chriſtum Dominum, idque ordine alphabetico.

Is codex ſub finem ſæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Euripidis* fabulæ tres, Hecuba nempè, Oreſtes & Electra. Primæ initium deſideratur. Paſſim inter lineas gloſſæ miniatæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, in quibus nihil reperias quod ab editis diſcrepet.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Euripidis* Hecuba, Oreſtes & Phœniſſæ. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, ab editis minimè diverſa. Præmittuntur Euripidis vita, ut & ſuum ſingulis fabulis argumentum: nonnumquam turbatus foliorum ordo.

2.° *Sophoclis* Ajax Flagellifer, Electra & Œdipus Tyrannus. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta autem ad marginem ſcholia interdùm editis breviora, ſed quæ nihil novi exhibent.

Is codex ſub finem ſæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCCVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Euripidis* fabulæ tres, Hecuba nempè, Electra & Oreſtes. Paſſim inter lineas gloſſæ miniatæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, quæ nulla in re ab editis diſcrepant.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Euripidis* fabulæ duæ, Hecuba nempè & Oreſtes. Paſſim inter lineas gloſſæ miniatæ; præmittuntur Euripidis vita, & utriuſque fabulæ argumentum.

2.° *Ariſtidis* panathenaïcus.

3.° Ejuſdem encomium Romæ.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCVIII.

Codex chartaceus, olim Trichetianus, quo continentur *Euripidis* Hecuba & Oreſtes. Præmittuntur Poëtæ vita, & prioris fabulæ argumentum; adjunctæ quoque gloſſæ interlineares & ſcholia marginalia, quæ primum tantùm folium occupant.

Is codex manu Demetrii Chalcondylæ exaratus eſt.

MMDCCCIX.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur *Euripidis* Hecuba & Oreſtes. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia editis breviora, ſed in quibus nihil magni momenti reperias. Præmittuntur Poëtæ vita, & utriuſque fabulæ argumentum; præmittuntur præterea ejuſdem Medeæ, Hippolyti & Andromaches editio, nî fallor, prima, litteris majuſculis; ibi autem nec locus, nec typographus, nec annus memorantur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCX.

Codex chartaceus, olim Marci Muſuri. Ibi continentur:

1.° *Euripidis* Hecuba & Oreſtes. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia quædam brevia, ubi nihil quod ſit ab editis diverſum.

2.° *Herodiani* de nominum proſodia tractatus ineditus, ſive potiùs ex illius operibus excerpta. Initium τὰ εἰς α καθαρόν.

3.° Anonymus, de verborum conjugationibus. Incipit λείβω· πόσα μέρη λόγου ἐστίν.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCCXI.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur *Euripidis* fabulæ duæ, Hecuba & Oreſtes. Præmittitur Poëtæ vita, cujus auctor *Manuel Moſchopulus;* præmittuntur quoque ſingulis fabulis argumenta.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Euripidis* Hecuba. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia editis breviora, & ab illis nonnumquam diverſa. Præmittitur Poëtæ vita, & fabulæ argumentum.

2.° Ejuſdem Oreſtes, cum ſimilibus gloſſis & ſcholiis. Præfixum argumentum ineditum, cujus auctor *Thomas* Magiſter.

3.° Ejuſdem Phœniſſæ, cum ſimilibus quoque gloſſis & ſcholiis. Præfixum argumentum ineditum, *Thomæ* Magiſtro, ut videtur, tribuendum.

Is codex manu Nicodemi Monachi ſæculo decimo quinto exaratus eſt.

MMDCCCXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Euripidis* Hecuba. Præmittitur illius vita.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCCXIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Euripidis* Hecuba, ad cujus calcem Poëtæ vita, & fabulæ argumentum.

2.° Anonymi grammatica, ubi de verborum inflexionibus.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCCXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Euripidis* Phœniſſæ. Deſideratur initium. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, ab editis minimè diverſa.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCXVI.

Codex chartaceus, olim Bigotianus, quo continetur *Euripidis* Medea, cum Latina interpretatione, quæ ab edita diſcrepat. Acceſſerunt viri docti notulæ quædam & emendationes, è manuſcriptis codicibus erutæ.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCCXVII.

Codex chartaceus, quo continentur *Euripidis* fabulæ novem, Supplices nempè, Cyclops, Heraclidæ, Hercules, Rheſus, Ion, Iphigenia in Tauris, Iphigenia in Aulide, & Pentheus, cujus finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCCXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Scholia in varias Euripidis fabulas, Hippolytum coronatum nempè, Phœniſſas, Oreſtem, & Hecubam; ſunt autem hæc ſcholia eadem omninò cum editis.

2.° *Euripidis* Hippolytus, Medea, Andromache, & Alceſtis. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, editis quidem breviora, ſed in quibus nihil ab illis diverſum occurrit. Præfixa argumenta.

Is codex manu Saliardi elegantiſſima exaratus eſt.

MMDCCCXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur ſcholia in tres priores Euripidis fabulas, Jani Laſcaris ſtudio collecta. Præfixa Euripidis vita.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCCXX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Ariſtophanis* Plutus, cum ſcholiis interlinearibus & marginalibus, quorum auctor *Thomas* Magiſter. Finis deſideratur.

2.° Ejuſdem Nubes, adjunctis ſcholiis interlinearibus, & *Thomæ* Magiſtri marginalibus. Deſideratur initium.

3.° Ejuſdem Ranæ, cum ſimilibus ſcholiis; auctor, ut videtur, *Thomas* Magiſter.

4.° *Sophoclis* Ajax, cum ſcholiis interlinearibus & marginalibus, quæ in nonnullis ab editis diſcrepant.

5.° *Pindari* Odæ aliquot, loco non ſuo collocatæ.

6.° *Sophoclis* Electra, cum ſcholiis interlinearibus & marginalibus, quæ non ſunt omninò eadem cum editis.

7.° Ejusdem Œdipus Tyrannus, cum similibus scholiis.

8.° *Euripidis* Hecuba, adjunctis scholiis interlinearibus & marginalibus, quæ ab editis discrepant.

9.° Ejusdem Orestes, cum similibus scholiis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCCXXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aristophanis* Plutus. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, eadem omninò cum editis. Præmittuntur Poëtæ vita & fabulæ argumentum.

2.° Ejusdem Nubes, cum similibus glossis & scholiis. Præfixum fabulæ argumentum.

3.° Ejusdem Ranæ, cum similibus glossis & scholiis; præfixum quoque argumentum.

Is codex ineunte sæculo decimo quinto videtur exaratus.

MMDCCCXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Aristophanis* fabulæ tres, Plutus nempè, Nubes, & Ranæ. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, in quibus nihil ab editis diversum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCXXIII.

Codex chartaceus, nuper emptus, quo continentur:

1.° *Aristophanis* Plutus & Nubes. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, in quibus nihil occurrit quod ab editis discrepet.

2.° *Euripidis* Hecuba & Orestes. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, nihil omninò ab editis diversa.

Is codex Zachariæ Calliergi manu Patavii exaratus est.

MMDCCCXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Aristophanis* fabulæ tres, Plutus, Nubes, & Ranæ. Præmittuntur Poëtæ vita & comœdiarum argumenta.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aristophanis* Plutus. Desideratur initium.

2.° Ejusdem Nubes, quibus argumentum præmittitur.

3.° *Æsopi* fabulæ, à Bono Accursio typis excusæ; minimè autem annotatur quo anno editæ sint.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aristophanis* Plutus. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia brevia, quæ ab editis nulla in re discrepant. Præmittuntur Poëtæ vita & fabulæ argumentum.

2.° Ejusdem Nubes, cum similibus glossis & scholiis. Præfixum fabulæ argumentum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXXVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Aristophanis* Plutus. Præmittuntur Poëtæ vita & fabulæ argumentum; adjuncta sunt præterea scholia interlinearia & marginalia, in quibus nonnulla ab editis diversa reperias. Illorum auctor *Thomas* Magister. Præmittuntur *Phocylidis* præcepta.

2.° Ejusdem Nubes. Præfixum argumentum, adjuncta quoque scholia interlinearia & marginalia *Thomæ* Magistri.

Is codex sub finem sæculi decimi sexti exaratus videtur.

MMDCCCXXVIII.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, quo continentur:

1.° *Aristophanis* Plutus. Præmittitur fabulæ argumentum.

2.° *Euripidis* Hecuba, cui præfixa Poëtæ vita.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXXIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aristophanis* Plutus.

2.° *Homeri* batrachomyomachia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXXX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aristophanis* Plutus. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, in quibus nihil ab editis diversum.

2.° *Catonis* disticha, à Maximo *Planude* Græcè conversa. Accedunt anonymi Latinæ in illud opusculum animadversiones.

3.° *Homeri* iliadis liber quartus. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, ubi de rebus tantùm ad grammaticam pertinentibus, quæ, nî fallor, partim ex Eustathio, partim è Didymo excerpta sunt. Accedunt anonymi animadversiones numero paucæ.

4.° *Theophrasti* characteres, quorum dimidia fermè pars desideratur.

5.° *Manuëlis,* magni Rhetoris, carmen in beatam Virginem.

6.° *Boëtii* Philosophi tractatus de dialectica, à *Maximo Planude* Græcè, ut videtur, conversus; conjecta ad marginem scholia.

7.° *Galeni* liber de pulsibus ad Tyrones, verùm in hoc nostro codice inscribitur epistola de pulsibus, ad Theutrem archiatrum.

8.° *Matthæi Blastaræ* de figuris oratoriis tractatus ineditus.

9.° Excerpta ex Oro de vocibus multas significationes habentibus.

10.° Sancti *Epiphanii* de mensuris & ponderibus opusculum.

11.° Anonymus, de conscribendarum epistolarum ratione, variisque illarum generibus.

12.° *Nicolai,* Methonensis Archiepiscopi, tractatus ineditus, adversùs Latinos, de processione Spiritus sancti. Incipit ὑψηλῷ βασιλεῦ.

13.° Ejusdem de azymis tractatus ineditus, ad Latinum quemdam. Initium τὸν μὲν πρῶτον λόγον.

14.° *Petri,* Antiocheni Patriarchæ, epistola adversus Latinos, ad Michaëlem Cerularium, Patriarcham Constantinopolitanum.

15.° *Demetrii Tornicii,* nomine Isaaci Angeli Comneni, ad quemdam Episcopum epistola inedita, de processione Spiritus sancti. Incipit τὸ μέγα τοῦ προσβεστάρίου.

16.° *Eustratii,* Nicæni Metropolitæ, acta collationis habitæ cum Grosolano, Mediolanensi Archiepiscopo, de Spiritus sancti processione. Opus ineditum, cujus initium πρῴην μὲν ὑμῖν δύο γράμματα.

17.° Archiepiscopi Mediolanensis disputatio habita cum Joanne Phurne, Monacho montis Gani, de Spiritus sancti processione; opus ineditum. Incipit ἄκουσον καὶ νόησον.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXXXI.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Theocriti* idyllia. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, partim eadem cum editis, partim ab illis diversa. Idylliorum desiderantur pars primi, secundum, tertium & quartum. Ad scholia quod attinet, non ultra septimum procedunt.

2.° Regulæ de nominibus, ex antiquiorum grammaticorum scriptis collectæ à *Theodosio.* Opus ineditum. Initium ἐπειδὴ κανόνων.

3.° *Theodori Prodromi* tetrasticha in Vetus & Novum Testamentum.

4.° Ejusdem carmina inedita, in Joannem Comnenum Imperatorem.

5.° *Georgii* Pisidæ carmina in Deiparam & sanctum Thomam, aliosque.

6.° Ejusdem versus in hexaëmeron.

7.° *Theodori Prodromi* carmen in Theodotum Patriarcham.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCCXXXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Theocriti* idyllia, cum scholiis interlinearibus & marginalibus.

2.° *Juliani* Imperatoris Cæsares.

3.° *Menandri, Glyceræ, Æschinis, Bruti, Aristotelis* & *Philippi* epistolæ.

4.° *Xenophontis* liber de venatione.

5.° *Psellus,* in oracula Chaldaïca.

6.° *Ori* Apollinis hieroglyphica.

7.° *Plethonis* oraculorum magicorum expositio.

8.° Ejusdem Chaldaïcorum dogmatum expositio.

Is codex, partim decimo quarto, partim decimo quinto, partim decimo sexto sæculo exaratus est.

MMDCCCXXXIII.

Codex membranaceus, elegantiſſimis vineolis ornatus, olim Medicæus. Ibi continentur:

1.° *Theocriti* idyllia, quibus præmittuntur Poëtæ vita, & nonnulla ad bucolicum carmen ſpectantia. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia editis breviora, & ab illis interdùm diverſa.

2.° *Homeri* hymni.

3.° *Moſchi* amor fugitivus.

4.° *Muſæi* carmen de Herus & Leandri amoribus.

5.° *Orphei* hymnus in Muſas.

6.° Ejuſdem hymnus in Mnemoſynen.

7.° *Heſiodi* opera & dies. Præmittuntur *Procli* argumentum in theogoniam, & Poëtæ vita. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia editis breviora, ſed ex illis, nî fallor, contracta.

8.° Ejuſdem, ſcutum Herculis. Præfixum argumentum; adjunctæ verò gloſſæ & ſcholia priorum ſimilia; ad calcem verò occurrit carmen de duodecim Herculis laboribus.

9.° Ejuſdem theogonia, cum gloſſis & ſimilibus ſcholiis.

10.° *Dionyſii* Alexandrini orbis deſcriptio. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia inedita.

11.° *Theognidis* præcepta.

12.° *Phocylidis* præcepta.

Is codex ſub finem ſæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCCXXXIV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Theocriti* idyllia.

2.° *Heſiodi* opera & dies.

3.° Ejuſdem, ſcutum Herculis.

4.° Ejuſdem theogonia.

5.° *Dionyſii* Alexandrini orbis deſcriptio.

6.° *Pindari* Olympia, Pythia, Nemea & Iſthmia.

Is codex ſub finem ſæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCCXXXV.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Boiſtallerianus, quo continentur:

1.° *Theocriti* idyllia. Præmittuntur vita Poëtæ, & alia quædam ad bucolicum carmen ſpectantia. Inter lineas gloſſæ complures, illæque miniatæ; ad ſingulorum verò priorum idylliorum calcem conjecta ſcholia, editis breviora, & ab illis diverſa.

2.° Eadem idyllia, verùm alia manu, & in membranis ſcripta.

Hujuſce codicis pars, ſaltem ultima, Matthæi Sebaſti Lampudis manu, Florentiæ exarata eſt.

MMDCCCXXXVI.

Codex membranaceus, quo continetur *Lycophronis* Caſſandra, cum *Iſaaci Tzetzæ* commentariis. Præmittuntur ejuſdem prologus, Poëtæ vita, & poëmatis argumentum.

Is codex ſub finem ſæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCCXXXVII.

Codex chartaceus, quo continetur *Lycophronis* Caſſandra. Paſſim inter lineas gloſſæ miniatæ; conjectus verò ad marginem *Iſaaci Tzetzæ* commentarius.

Is codex manu Arſenii, Monembaſiæ Archiepiſcopi, exaratus eſt.

MMDCCCXXXVIII.

Codex chartaceus, emptus anno Chriſti 1687. quo continetur *Lycophronis* Caſſandra, cum *Iſaaci Tzetzæ* commentariis. Deſiderantur prologi initium & poëmatis finis.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCCXXXIX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur *Lycophronis* Caſſandra. Sequuntur *Tzetzæ* prologus, poëmatis argumentum, Poëtæ vita, & ejuſdem Grammatici commentarius.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCCXL.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Lycophronis* Caſſandra.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMDCCCXLI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Arati* phœnomena, cum ſcholiis quæ ab editis non diſcrepant.

2.° *Hephæſtionis*, Thebani Philoſophi,

rerum astrologicarum liber tertius, ad Athanasium amicum, inscriptus περὶ καταρχῶν: opus ineditum. Finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MMDCCCXLII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continentur:

1.° *Arati* phænomena. Sequuntur *Theonis* in hocce opus scholia.

2.° *Theodorus Gaza*, de mensibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCXLIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Arati* phænomena. Præmittitur illius vita.

2.° *Dionysii* Alexandrini orbis descriptio. Præfixa illius vita.

3.° *Hermetis Trismegisti* poëma de terræ motibus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXLIV.

Codex chartaceus, Constantinopoli nuper in Bibliothecam regiam illatus, quo continentur:

1.° *Apollonii* Rhodii Argonauticorum libri quatuor, quibus Poëtæ vita præmittitur.

2.° *Demosthenis* oratio adversùs Androtionem. Illius ibi reperiuntur ultima tantùm folia.

3.° Ejusdem oratio de corona. Ad marginem conjectæ emendationes quædam non contemnendæ.

4.° Ejusdem oratio adversùs Æschinem, de falsa legatione. Desiderantur non pauca.

5.° Ejusdem oratio funebris post acceptam ad Chæroneam cladem; conjectæ ad marginem emendationes nonnullæ.

6.° *Achillis* oratio, qua Ulyssi, Agamemnonis legato, respondet. Auctore *Libanio*.

Is codex Laurentii Cyathi manu, anno Christi 1498. Florentiæ exaratus est.

MMDCCCXLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Apollonii* Rhodii Argonauticorum libri quatuor.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCXLVI.

Codex bombycinus, quo continentur *Apollonii* Rhodii Argonauticorum libri quatuor. Conjecta ad marginem scholia in quasdam librorum illorum partes, quæ è Tarrei, Sophoclis & Theonis commentariis excerpta dicuntur; sunt autem eadem omninò cum editis. Subjiciuntur Apollonii vita, & Argonautarum catalogus; nonnullorum tamen nomina desiderantur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCXLVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Scholia in theriaca Nicandri, eadem omninò cum editis. Præmittitur Poëtæ vita.

2.° *Philostrati Flavii* characteres epistolici. Sequitur illius epistola ad Juliam Augustam.

3.° *Joannis* Damasceni fragmentum, ubi de rebus ad geographiam pertinentibus.

4.° *Eustathii* parecbolæ in Dionysium Periegetem.

5.° *Dioclis* Medici epistola ad Antigonum Regem, de tuenda valetudine.

6.° Fragmentum Hippocratis, ubi de humani corporis partibus quibusdam.

7.° *Aëtii* fragmentum de Theodori antidoto.

8.° Ejusdem fragmentum de curanda podagra.

9.° *Hephæstionis* Alexandrini enchiridion de metris, in nonnullis ab editis diversum.

10.° *Petosiridis* epistola astrologica ad Nechepsonem Regem.

11.° *Dionysii* Halicarnassæi veterum quorumdam Scriptorum censura.

12.° Scholia in Hesiodi theogoniam, non eadem semper cum editis.

13.° *Proclus*, de sphæra.

14.° Fragmentum, ubi de Ino Cadmi filia.

15.° *Anacreontis* odarium.

16.° Fragmentum, ubi nonnullæ veterum de sole opiniones recensentur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXLVIII.

MMDCCCXLVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Metaphrasis inedita Ovidii metamorphoseon, quarum libri quindecim priores ibi extant, auctore *Maximo Planude*.

2.° Epistolarum heroïcarum Ovidii metaphrasis, auctore eodem.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCCXLIX.

Codex chartaceus, quo continentur *Ovidii* metamorphoseon libri octo priores, è Latina lingua in Græcam à *Maximo Planude* conversi. Quædam sub finem desiderantur. Opus ineditum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCL.

Codex chartaceus, quo continetur Sybillinorum oraculorum collectio, eadem omninò cum editis.

Is codex manu Demetrii Leontaris anno Christi 1475. exaratus est.

MMDCCCLI.

Codex chartaceus, quo continentur Sybillinorum oraculorum libri septem.

Is codex, quem sæpiùs in sua Sybillinorum oraculorum editione laudat Vincentius Obsopœus, sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCCLII.

Codex bombycinus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Dionysii*, vulgò *Periegetæ* orbis descriptio. Conjecta ad marginem anonymi paraphrasis & scholia, in quibus nihil ab editis diversum. Initio folia tria manu paulò recentiore restituta sunt.

2.° *Eustathii*, Thessalonicensis Archiepiscopi, in idem poëma parecbolæ.

3.° Selecta quædam è Plutarcho loca, de iis quæ fieri non possunt, quale est illud: *Laterem lavas, &c.*

Is codex sæculo decimo tertio ineunte exaratus videtur.

MMDCCCLIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Dionysii* Alexandrini orbis descriptio. Passim inter lineas glossæ miniatæ.

2.° *Homeri* batrachomyomachia, cum similibus glossis; conjecta etiam ad marginem scholia quædam.

3.° Ejusdem galeomyomachia, cum similibus glossis. Præmittuntur *Aristobuli Apostolii* præfatio & argumentum poëmatis, cujus *Michael Apostolius* auctor est.

4.° *Matthæi Camariotæ* canon iambicus in occursum Domini, cum similibus glossis.

5.° Ejusdem canon iambicus in exaltationem crucis, cum similibus glossis.

6.° Ejusdem canon iambicus in festum Paschatis, & in resurrectionem Christi, cum similibus glossis.

7.° *Joannis* Arclæ, sive Damasceni, canon iambicus in festum Pentecostes. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLIV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur *Dionysii* Alexandrini orbis descriptio. Passim inter lineas glossæ miniatæ; sequitur autem *Eustathii*, Thessalonicensis Archiepiscopi, in huncce auctorem commentarius.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Eustathii*, Archiepiscopi Thessalonicensis, commentarius in Dionysii Alexandrini orbis descriptionem.

2.° *Dionysii* Alexandrini orbis descriptio. Unum latus occupat Poëtæ textus, alterum anonymi paraphrasis edita. Sub finem quædam desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCCLVI.

Codex chartaceus, olim domini de la Bastie. Ibi continetur *Eustathii* commentarius in Dionysii periegesim. Nonnulla passim folia desiderantur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCLVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Eustathii* commentarius in Dionysii Alexandrini orbis descriptionem.

2.° Excerpta è Polybii libro decimo octavo, ubi Romanorum inter & Macedonum exercitus comparatio instituitur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLVIII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continetur *Eustathii* commentarius in Dionysii Alexandrini orbis descriptionem.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi paraphrasis in orbis descriptionem, cujus auctor est *Dionysius* Alexandrinus; hæc autem paraphrasis Oxonii edita est.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Oppiani* de venatione libri quatuor. Præfixa ejusdem Poëtæ vita.

2.° *Arati* phænomena. Passim inter lineas glossæ miniatæ; conjecta verò ad marginem scholia numero pauca, nec illa magni momenti. Præfixa prolegomena quædam, ubi de Poëtæ vita & sphæræ constructione.

3.° *Phornuti* liber de natura deorum.

4.° Excerpta è Palæphati historiis incredibilibus.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCCLXI.

Codex, partim chartaceus, partim membranaceus, quo continentur:

1.° *Oppiani* halieutica. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem brevia quædam scholia, ab editis non diversa.

2.° *Pindari* Olympionica. Passim inter odæ primæ & secundæ lineas glossæ miniatæ occurrunt.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi in quatuor Oppiani halieuticorum libros scholia, in multis ab editis diversa.

2.° *Michaëlis Pselli* solutiones quæstionum, quarum pars major ad physicam pertinet, ad Michaëlem Ducam, Imperatorem. Opus ineditum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anthologia, ubi nihil quod ab editis discrepet.

2.° *Phocylidis* præcepta.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMDCCCLXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur epigrammatum anthologiæ pars major.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCLXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Epigrammata octo, quæ in edita anthologia leguntur.

2.° *Constantini Lascaris* grammatica.

3.° *Tryphon* grammaticus de passionibus, seu figuris dictionum:

4.° *Theodori Gazæ* grammatica.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Claudiani* gigantomachia, ab anonymo Græcè conversa.

2.° *Theognidis* sententiæ.

3.° *Phocylidis* carmen.

4.° *Homeri* batrachomyomachia, unà cum illius intepretatione, soluta oratione scripta. Opus Venetiis publicatum anno Christi 1486.

5.° *Gorgiæ* Leontini encomium Helenes. Passim inter lineas vocum quarumdam explicatio Latina.

6.° *Phalaridis* epistolæ nonnullæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCLXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus,

quo continentur *Eudociæ Augustæ* Homerici centones.

Is codex elegantissima Angeli Vergetii manu exaratus est.

MMDCCCLXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur *Apollinaris* metaphrasis Psalmorum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur *Cyrilli* Alexandrini de animalium & plantarum proprietatibus poëma versibus iambicis, ad Sergium, Patriarcham Constantinopolitanum; verùm germanus poëmatis illius auctor, ut jam à viris doctis animadversum, est *Georgius Pisides*.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Cyrilli* Alexandrini versus iambici de animalium & plantarum proprietatibus; verùm illius operis auctor *Georgius Pisides*.

2.° *Theodori Prodromi* versus in Providentiam.

Is codex elegantissima Angeli Vergetii manu exaratus est.

MMDCCCLXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Georgii Pisidæ* carmen iambicum de mundi opificio.

2.° *Pappi* Alexandrini mechanica.

3.° *Anthemii* paradoxa mechanica.

Is codex elegantissima Angeli Vergetii manu exaratus est.

MMDCCCLXXII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Dialogi quatuor animæ & carnis, versibus politicis. Auctoris nomen non comparet; is autem est *Philippus* Solitarius, qui in epistola dialogo præfixa, se ἁμαρτωλὸν & ξένον appellat; hæc autem ad monachum quemdam φιλόπονον, sive laboris amantem dictum, scripta est. Is in ipso operis contextu Callinicus nominatur.

2.° Cur in liturgia pro mortuis, diei tertiæ, nonæ & quadragesimæ potissimùm ratio habeatur.

3.° Anonymus, adversùs illos qui Latronem & justorum animas cum Christo cœlum ingressos esse contendunt.

4.° Anonymus, de paradiso intellectuali, & de plantis atque fructibus qui ibi conspiciuntur.

5.° *Italici* epistola ad Theodorum Prodromum, unà cum illius responso.

6.° Ejusdem *Theodori* carmina quædam.

7.° *Germanus*, Gabalorum, sive Zebel Episcopus, de homine, illiusque significatione.

8.° *Alexii Comneni* constitutio.

9.° *Epiphanius*, de duodecim lapidibus in vestibus Aaronis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCCLXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Philippi* Solitarii dioptra, sive dialogus animam inter & corpus, versibus politicis, in quinque libros tributus. Singulis præfixus capitum index; conjecta etiam ad marginem brevia quædam scholia.

2.° Excerpta è sanctorum Basilii & Chrysostomi operibus.

3.° Anonymus, de libero hominis arbitrio.

4.° Sancti *Basilii* interrogata & responsa de charitate.

5.° Anonymi versus politici, quibus peccatorum veniam concedi sibi postulat.

6.° Sancti *Athanasii* dialogus, quo Christianus & Judæus colloquentes introducuntur.

7.° Anonymi monodia, versibus Græcobarbaris, in expugnatam à Mohammede II. Constantinopolim.

Hujusce codicis pars major sæculo decimo quarto videtur exarata.

MMDCCCLXXIV.

Codex bombycinus, emptus anno Christi 1687. quo continentur:

1.° *Michaëlis Pselli* testimonium præfixum libro qui dioptra inscribitur.

2.° Versus iambici *Constantini* & *Vesti Granati*, de sancti Patris nostri libro qui dioptra inscribitur.

3.° Auctoris versus apologetici ad obtrectatores.

4.° *Philippi* dioptra, sive dialogi quatuor animæ & carnis, versibus politicis, quibus interseruntur testimonia Patrum, & alia quædam pedestri sermone, à *Michaële Psello* adjecta. Singulis dialogis præfixus capitum index, item numerus versuum; illud autem opus *Pontani* cura publicam lucem aspexit, sed noster hic codex sæpe ab editis discrepat.

5.° Fragmentum è sancto Maximo in illud: *Non oportet judicare.*

6.° Excerpta ascetica è Gerontico.

Is codex manu Gerasimi, cujus nomen in margine folii primi comparet, exaratus est; ad sæculum verò decimum tertium referendus videtur.

MMDCCCLXXV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Michaëlis Pselli* de Psalmis aliisque libris sacris, versus politici.

2.° Ejusdem de nomocanone versus politici.

3.° Ejusdem de septem synodis œcumenicis versus politici.

4.° Ejusdem versus in Canticum canticorum.

5.° *Gregorii* Nazianzeni Christus patiens.

6.° *Constantini Manassis* synopsis chronica, à mundi creatione ad Irenen Reginam, versibus politicis. Finis desideratur.

7.° *Antiochi* Monachi capita ascetica.

8.° Vocabulorum quorumdam quæ in psalterio occurrunt, interpretatio.

9. Sententiæ variæ.

10.° *Symeonis* Logothetæ troparia catanuctica.

11.° Anonymi synopsis, quibus temporibus, & quot annos regnarunt singuli Imperatores Constantinopolitani.

12.° *Nili* Monachi præcepta.

13.° *Bartholomæi* Monachi versus iambici de compunctione.

14.° Anonymi opusculum, quòd in Scripturis sacris de imaginibus anagogicè sæpiùs dictum sit.

15.° *Damasceni* excerpta è Chrysostomi interpretatione in epistolas Pauli.

16.° *Gregorii* Nazianzeni carmina.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCCLXXVI.

Codex bombycinus, olim Tellerianus, quo continentur *Manuëlis Phile* versus iambici de animalium proprietate, Michaëli Palæologo juniori nuncupati. Ibi prætereà multa alia reperias illius carmina, partim in sanctorum, partim in magnatum laudem, quæ ad illustrandam temporum illorum historiam non parùm conferre possent. Initio folia quædam desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMDCCCLXXVII.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, quo continentur:

1.° *Georgii Lapithæ* poëmata, versibus politicis. Ibi de varii argumenti rebus, illis præsertim quæ ad pietatem spectant.

2.° Anonymi de atramenti conficiendi ratione observatiuncula.

3.° *Hesiodi* theogonia, cum glossis interlinearibus & scholiis quibusdam marginalibus non magni momenti.

4.° Ejusdem, scutum Herculis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur belli Trojani narratio, versibus politicis Græcobarbaris. Ibi Poëta, Daretem Phrygium secutus, bellum Trojanum ab expeditione Argonautica orditur, & compluribus in locis Dictyn Cretensem exscribit. Reperitur in Bibliotheca regia, numero 7264. poëma Gallicum hujus nostri ita simile, ut unus ex illis auctoribus alterius tantùm interpres fuisse videatur. Gallicus codex antiquior, ut pote qui anno Christi 1264. exaratus dicatur. Hujusce poëmatis auctor *Benedictus à Sancta Maura*, quem Constantinopolim migrasse, urbe à Balduino capta, crediderim; utrumque codicem conferre operæ pretium foret.

Is codex sub finem sæculi decimi quarti videtur exaratus.

MMDCCCLXXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Jani Lascaris* epigrammata, edita sunt.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

POETÆ.

In-octavo.

MMDCCCLXXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Recentioris cujusdam, ut videtur, Scriptoris liber de poëtica.

2.° Idem, nî fallor, de rhetorica.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDCCCLXXXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Joannis Tzetzæ* liber de variis metrorum generibus, illudque versibus politicis, si procemium & epilogos excipias, quæ carmine heroïco scripta sunt; opus nondum editum. Incipit γραμματικῆς μαθήσεως ποθέοντες.

2.° *Longini* in Hephæstionis enchiridion prolegomena, à doctissimo viro *Joanne Boivin* primùm edita.

3.° Anonymus, de novem metrorum generibus; verùm auctor iambicum & trochaïcum tantùm attigit. Eadem ad verbum reperias in scholiis ad Hephæstionem, edit. Turneb. pag. 85.

4.° *Hephæstionis* enchiridion.

5.° Anonymus, de variis metrorum generibus; auctorem Christianum fuisse argumento est, quòd sanctum Sophronium laudet, eumque ut multò se antiquiorem: opus ineditum. Incipit λοιδορεῖν βουλόμενοι.

6.° Majoris alicujus operis Herodiani fragmentum, vel caput inscriptum περὶ στίχων τῆς λέξεως, illudque nondum editum. Incipit στίχος ἐστίν.

7.° Anonymi fragmentum de carminis pedibus, cujus auctor initio paginæ *Dionysius* dicitur. Initium τρίτη τροχαική ἐστιν.

8.° Anonymus, de iambico, heroïco & anacreontico metro. Incipit ποῖς ἐστι μετρικὸν σύστημα.

9.° Sapientissimi *Trichæ* synopsis inedita, versibusque scripta, ubi de novem metrorum generibus. Initium μέτρων σύνοψις.

10.° Tractatus, soluta oratione scriptus, quo idem argumentum pertractátur, isque ineditus. Initium τεσσάρων ὄντων τῶν δισυλλάβων ποδῶν, auctore *Tricha*, ut è lectione patet.

11.° Anonymi, *Trichæ* fortassè, tractatus stricta oratione scriptus, ineditusque, ubi de versibus Pindaricis. Incipit ἦθος ῥυθμίσας.

12.° Anonymus, de variis metrorum generibus. Incipit τὸ ἰαμβικὸν μέτρον.

13.° *Libanii* epistolici characteres.

14.° Fragmentum, quo de cæsuris. Initium ταῖς μὲν γὰρ ἐστιν εὐπρεπής.

15.° Anonymi in Hephæstionis enchiridion commentarius, idem omninò cum edito. Conjecta ad marginem scholia inedita.

Is codex ineunte sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXXXII.

Codex chartaceus, quo continentur *Pindari* Pythia & Nemea, quorum finis desideratur. Conjecta ad marginem brevia quædam, nec magni momenti scholia.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Theognidis* sententiæ.

2.° Sententiæ nonnullæ ex Homero, Theocrito, Menandro, Callimacho & Platone Philosopho excerptæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXXXIV.

Codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Sophoclis* fabulæ quatuor, Ajax nempè, Electra, Œdipus Tyrannus, & Antigone. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, quæ ab editis non discrepant.

2.° *Æschyli* fabulæ tres, Prometheus, Persæ & septem ad Thebas, cum scholiis nonnullis marginalibus, & illis quidem brevissimis.

3.° *Theocriti* idyllia quatuordecim priora. Præfixum singulis argumentum; passim verò inter lineas glossæ & ad marginem scholia, in quibus nihil ab editis diversum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCCLXXXV.

Codex chartaceus, olim domini de Gaignieres. Ibi continentur:

1.° Anonymi in Ajacem Sophoclis scholia, eadem omninò cum editis.

2.° Septem Sapientum apophthegmata, auctore *Demetrio* Phalereo.

3.° Anonymi conjecturæ ex urinis capiendæ; item prognostica de pulsibus.

4.° *Philostrati* epistolæ quædam.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Sophoclis* fabulæ quatuor, videlicet Œdipus in colono, Antigone, Trachiniæ & Philoctetes.

2.° *Æschyli* fabulæ quinque, Prometheus nempè, septem ad Thebas, Persæ, Eumenides & Supplices.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXXXVII.

Codex chartaceus, quo continentur *Euripidis* fabulæ decem, Cyclops nempè, Heraclidæ, Hercules furens, Helena, Rhesus, Ion, Iphigenia in Tauris, Iphigenia in Aulide, Supplices & Pentheus, sive Bacchæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur *Euripidis* fabulæ octo, videlicet Hippolytus, Medea, Alcestis, Andromache, Electra, Hecuba, Orestes & Phœnissæ, quarum finis desideratur.

Is codex sæculo decimo sexto ineunte exaratus videtur.

MMDCCCLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur illustriores sententiæ, è variis Euripidis fabulis ab *Henrico Stephano* excerptæ. Præfixa est illius ad Georgium Silvam, Regis Christianissimi ad Senatum Venetum Legatum, epistola.

Is codex manu elegantissima ipsius Henrici Stephani exaratus est.

MMDCCCXC.

Codex chartaceus, quo continentur *Lycophronis* Cassandra, & in illam *Isaaci Tzetzæ* commentarius.

Is codex ineunte sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXCI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anthologiæ libri septem. Initio codicis, ut & ad calcem, reperiuntur epigrammata quædam, edita.

2.° *Theognidis* carmen ad Cyrnum.

3.° Sententiæ morales, è variis Poëtis collectæ, & singulis versibus expressæ.

Is codex initio sæculi decimi sexti exaratus videtur.

MMDCCCXCII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Apollinaris* metaphrasis Psalmorum, versibus heroïcis.

2.° *Joannis* Geometræ Canticorum Scripturæ metaphrasis, versibus heroïcis. Observandum autem hujusce exemplaris initio, ut & ad calcem, occurrere nonnulla ad astrologiam judiciariam pertinentia.

Is codex ineunte sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXCIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur sancti *Cyrilli,* Archiepiscopi Alexandrini, de animalium & plantarum proprietatibus poëma. Illud tamen moneri abs re non erit, annotatum ab Angelo Vergetio in compluribus vetustis codicibus non Cyrilli, sed *Georgii Pisidæ* nomen comparere. Præterea ad hujusce exemplaris marginem nonnullæ occurrunt *Vergetii* emendationes.

Is codex manu elegantissima Angeli Vergetii exaratus est.

APOLOGI ET FABULÆ ROMANENSES.

In-folio.

MMDCCCXCIV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Fragmentum Æsopi vitæ, cujus auctor *Maximus Planudes.*

2.° Anonymi prolegomena artis rhetoricæ. Initium desideratur.

3.° *Libanii* morosus.

4.° *Homeri* ilias & odyssea, cum glossis interlinearibus & scholiis marginalibus in nonnullos libros.

5.° *Hippocratis* epistola ad Ptolemæum.

6.° Quædam de venæ sectione.

7.° *Libanius,* de hominis generatione.

8.° Quædam de avibus & arboribus.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMDCCCXCV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Longi* Sophistæ pastoralium de Daphnidis & Chloës amoribus, libri quatuor.

2.° *Achillis Tatii* de Clitophontis & Leucippes amoribus, liber primus.

3.° *Eustathii* Philosophi de Ismeniæ & Ismenes amoribus, libri undecim.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXCVI.

Codex chartaceus, quo continentur *Heliodori* Æthiopica, seu de amoribus Theagenis & Caricleæ, libri decem.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXCVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur *Eumathii* de Ismeniæ & Ismenes amoribus libri undecim. Nostrum hoc exemplar vir aliquis doctus cum Vaticanis codicibus contulit.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMDCCCXCVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi de amoribus Thesei & Æmiliæ libri duodecim lingua Græca vulgari, versibus politicis scripti. Opus Venetiis editum.

2.° Anonymi de bellis Hierosolymitanis libri duo, versibus politicis Græco-barbaris. Libro priore, Francorum primæ in Syriam expeditiones describuntur. In altero de expugnata ab illis Constantinopoli, rebusque in Peloponneso gestis sermo fit. Vide Cangii glossarium in indice. Auctor sub finem sæculi decimi tertii floruit.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

APOLOGI

ET FABULÆ ROMANENSES.

In-quarto.

MMDCCCXCIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Æsopi* fabulæ. Præfixa est illius vita, à *Maximo Planude* conscripta; conjectæ præterea ad marginem emendationes quædam.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCM.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Æsopi* fabulæ. Præfixa est illius vita, à *Maximo Planude* conscripta.

2.° *Aristotelis* epistolæ.

3.° *Diogenis* Cynici epistolæ.

4.° *Platonis* epistola ad Dionysium.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMI.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, postea Baluzianus, quo continentur *Æsopi* fabulæ. Præmittitur illius vita, auctore *Maximo Planude* Monacho.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCMII.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Æsopi* fabulæ. Præfixa brevis illius vita.

2.° *Aristophanis* Plutus. Passim inter lineas glossæ; conjecta autem ad marginem scholia, eadem omninò quæ in editis. Præmittitur fabulæ argumentum.

3.° Ejusdem Nubes, cum similibus glossis interlinearibus & scholiis marginalibus, utrisque miniatis.

4.° *Euripidis* Hecuba. Passim inter lineas glossæ miniatæ; conjecta quoque ad marginem scholia miniata, in quibus nihil ab editis diversum occurrit.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCMIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Longi* Sophistæ pastoralium de Daphnidis & Chloës amoribus libri quatuor.

2.° *Achillis Tatii* liber primus de Clitophontis & Leucippes amoribus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCMIV.

Codex chartaceus, quo continentur

Heliodori Æthiopicorum de Theagenis & Charicleæ amoribus libri decem.

Is codex ſub finem ſæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMCMV.

Codex chartaceus, quo continentur *Heliodori* Æthiopicorum libri decem de Theagenis & Charicleæ amoribus.

Is codex manu Manuëlis Raoul Roſatæ, ſub finem ſæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMCMVI.

Codex chartaceus, quo continentur *Heliodori* Æthiopicorum libri decem de Theagenis & Charicleæ amoribus.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Heliodori* Æthiopicorum de Theagenis & Charicleæ amoribus libri decem. In ultimo libro unum aut alterum folium deſiderantur.

2.° *Euſtathii* protonobiliſſimi Macrembolitæ, de Iſmeniæ & Iſmenes amoribus libri undecim.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMVIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur *Nicetæ Eugeniani* de amoribus Droſillæ & Chariclis libri ſeptem. Ultimi finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMIX.

Codex chartaceus, olim Jacobi Mentelii. Ibi continentur:

1.° Anonymi fabula romanenſis, verſibus politicis Græco-barbaris ſcripta. Ibi de amoribus Belthandri, ſive Bertrandi Romani, & Chryſanthes, Regis magnæ Antiochiæ filiæ. Opus ineditum. Incipit Δεῦτε προσκαρτερήσατε.

2.° Anonymi monodia, verſibus politicis Græco-barbaris, in Conſtantinopolim à Turcis anno Chriſti 1453. expugnatam.

3.° *Emanuëlis Georgillæ* Limenitæ, verſus politici Græco-barbari, de peſtilentia quæ anno 1498. exorta in inſula Rhodo, viginti menſium ſpatio innumeros penè mortales abſumpſit. Equeſtri ſancti Joannis ordini tùm præerat frater Petrus d'Aubuſſon, Cardinalis. Ab auctore Διαϐϐούσων appellatur.

4.° Anonymi hiſtoria Beliſarii, qui cùm gratia & opibus apud Imperatorem Juſtinianum plurimùm potuiſſet, malevolorum calumniis, nullum calamitatis genus ſub vitæ finem non eſt expertus. Opus ineditum, & ubi multa fabulis proxima reperias.

5.° *Stephani* τοῦ Σαχλήκη, verſus politici Græco-barbari, quibus debacchatur in meretrices. Pravis enim artibus unius ex illo grege in carcerem conjectus, acerbiſſima quæque perpeſſus erat.

6.° Ejuſdem monita ad filium, verſibus politicis ſcripta, quibus tenerum illius animum adversùs ludum & mulieres munire ſtudet.

7.° *Alexii Comneni* conſilia ad quemdam ex affinibus nomine Σπανίαν.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi fabula romanenſis de Lybiſtri & Rhodamnes amoribus, verſibus politicis ſcripta. Sub finem quædam deſiderantur; hoc autem opus nondum editum eſt.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMXI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continentur quadrupedum inter ſe congregatorum ut rebus ſuis conſulerent, colloquia, inde rixæ, tandem bellum. Auctoris nomen non comparet; recentioris tamen Græculi opus eſſe, argumento eſt ſermo Græco-barbarus.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMXII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continetur fabula romanenſis inſcripta Syntipas. Is Cyri Perſarum Regis filius fuiſſe dicitur, variiſque à noverca, quæ ipſum fruſtra deperibat, periculis objectus, prudenti ſeptem Philoſophorum conſilio, incolumis evaſit: opus è Syriaca lingua in Græcam converſum, Venetiiſque, ſi Alexandro Helladio fides, editum.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

APOLOGI

APOLOGI

ET FABULÆ ROMANENSES.

In-octavo.

MMCMXIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Longi* Sophistæ pastoralium de Daphnidis & Chloës amoribus libri quatuor. Conjectæ ad marginem emendationes, partim conjecturales, partim è Fulvii Ursini codice manuscripto descriptæ. Sub finem lineæ quædam desiderantur.

2.° *Achilles Tatius,* de Leucippes & Clitophontis amoribus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCMXIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Eustathii* protonobilissimi, & magni Chartophylacis Parembolitæ, de Ismeniæ & Ismenes amoribus libri undecim. Præmittuntur versus quidam iambici.

2.° Anonymi versus politici Græcobarbari, de Temiræ, sive Tamerlanis rebus gestis. Opus ineditum.

Is codex anno Christi 1443. exaratus est.

MMCMXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Eustathii* protonobilissimi, & magni Chartophylacis Macrembolitæ, de Ismeniæ & Ismenes amoribus libri undecim.

2.° Sancti *Chrysostomi* epistolæ aliquot.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

ORATORES ET SOPHISTÆ.

In-folio.

MMCMXVI.

Codex bombycinus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Hermogenis* de partitione statuum caput primum, nec illud quidem integrum. Adjuncti sunt commentarii, quibus præfixa prolegomena initio mutila; commentariorum verò, ut & prolegomenων pars major nondum edita.

2.° *Aphtonii* progymnasmatum pars posterior, quam prior perturbato ordine sequitur; utraque cum commentariis.

3.° *Troili* Sophistæ prolegomena artis rhetoricæ. Irrepserunt in medium contextum duo fragmenta, quorum prius complectitur *Phœbammonis* partem posteriorem de figuris orationis, alterum verò prolegomena statuum imperfecta.

4.° Anonymi caput singulare περὶ τῶν στοχασμῶν. Incipit τῶν στοχασμῶν οἱ μὲν.

5.° *Phœbammonis* Sophistæ de figuris orationis parecbolarum pars prior.

6.° Fragmentum alterum libri de statibus.

7.° Alia prolegomena de statibus.

8.° *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione statuum & quæstionum oratoriarum. Adjuncti sunt commentarii ab editis diversi, & ab iis quorum hujusce codicis initio fragmentum habemus.

9.° Anonymi prolegomena ad Hermogenis libros de inventione oratoria. Initium ὅτι ἀπὸ τοῦ πράγματος.

10.° Anonymi prolegomena ad ejusdem tractatum de formis oratoriis. Initium τὸν πολιτικὸν λόγον.

11.° *Syriani* prolegomena in eumdem tractatum.

12. *Theophrasti* characteres.

13.° Anonymi tractatus de figuris orationis, ad Ignatium. Auctor Christianus; meminit enim Petri Apostoli & Gregorii Nazianzeni. Initium πολλοὶ περὶ σχημάτων.

14.° *Hermogenis* de inventione oratoria libri quatuor, cum commentariis.

15.° Ejusdem de formis oratoriis libri duo, cum commentariis.

16.° Ejusdem methodus de apto & solerti dicendi genere, cum commentariis.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCMXVII.

Codex bombycinus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione statuum & quæstionum oratoriarum. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia breviora quàm in editis.

2.° Ejusdem de formis oratoriis libri duo, cum brevibus scholiis.

3.° Ejusdem de eloquentia, sive de apto & solerti genere dicendi methodus; accedunt quoque brevia scholia.

4.° Anonymi figurarum oratoriarum definitiones, ex Hermogene, nî fallor, collectæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCMXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione statuum & quæstionum oratoriarum. Auctoris verbis subjicitur anonymi commentarius; conjecta etiam ad marginem quædam scholia.

2.° Ejusdem de inventione libri quatuor, cum similibus scholiis.

3.° Ejusdem de formis oratoriis libri duo, cum similibus scholiis.

4.° Ejusdem de eloquentia, sive de apto genere dicendi methodus, cum similibus scholiis.

5.° *Theophrasti* characteres, sed capitum pars dimidia & ampliùs desideratur.

6.° Librorum quos Dionysius Halicarnasseus de structura orationis conscripsit, epitome.

7.° Anonymi problemata rhetorica de statibus.

8.° *Nicolai* Sophistæ progymnasmata. Initium γῆρας ἐλύπει τὸν λέοντα.

9.° *Basilacæ* ethopœiæ ineditæ. Initium τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Δαβίδ; iis autem admixta quædam ejusdem argumenti, quorum auctor *Severus* Alexandrinus.

10.° *Libanii* progymnasmata, quorum pars *Nicolaum* Sophistam auctorem habet.

11.° *Theonis* Sophistæ progymnasmata.

12.° *Tiberius* Rhetor de schematibus apud Demosthenem.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCMXIX.

Codex membranaceus, quo continentur scholia in Hermogenis artem rhetoricam de partitione statuum, è Georgii Moni, Alexandrini, dictantis ore excepta. Opus hactenùs ineditum; ad calcem verò annotatum reperias, hanc partitionem à *Zenone* scholastico feliciter absolutam fuisse.

Is codex, ubi ïota subscriptum, litteræ Ω semper jungitur, decimo sæculo videtur exaratus.

MMCMXX.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° Rhetoricæ prolegomena inedita. Ibi annotatum reperias, idque manu paulò recentiore, illorum auctorem esse *Maximum Planudem*.

2.° *Aphtonii* progymnasmata, cum prolegomenis & commentariis.

3.° *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione statuum & quæstionum oratoriarum, adjunctis prolegomenis & commentariis.

4.° Ejusdem de formis oratoriis libri quatuor, adjunctis prolegomenis & commentariis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCMXXI.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° Anonymi prolegomena ad artem rhetoricam Hermogenis, è variorum rhetorum commentariis excerpta.

2.° *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione statuum & quæstionum oratoriarum, cum *Syriani, Sopatri,* & *Marcellini* commentariis.

Is codex, quo in edendis Rhetoribus Græcis Aldus usus est, ineunte sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCMXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Joannis Doxapatri* commentarius in Hermogenis librum de inventione rhetorica. Opus hactenùs ineditum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCMXXIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Prolegomena in artem rhetoricam Hermogenis, sive potiùs in illius enarratores.

2.° Scholia *Syriani, Sopatri* & *Marcellini* in eumdem tractatum.

Is codex, si primam paginam exceperis, undecimo sæculo exaratus videtur.

MMCMXXIV.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Sopatri* divisiones quæstionum.

2.° *Cyrus,* de differentia statuum.

3.° *Dionis Chrysostomi* oratio trigesima prima, quæ Rhodiaca inscribitur, bis descripta unius librarii manu.

4.° Ejuſdem de regno orationes quatuor.

Is codex Cæſaris Strategi manu ſæculo decimo quinto exaratus eſt.

MMCMXXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aphtonii* progymnaſmata, cum gloſſis interlinearibus & marginalibus ſcholiis.

2.° Protheoria in Hermogenis artem rhetoricam.

3.° *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione ſtatuum & quæſtionum oratoriarum. Accedunt gloſſæ interlineares & ſcholia marginalia.

4.° Ejuſdem de inventione oratoria libri quatuor, cum ſimilibus gloſſis & ſcholiis.

5.° Ejuſdem de formis oratoriis libri duo. Adjuncta ſunt ſcholia.

6.° Idem, de eloquentia, ſive de apto & ſolerti genere dicendi. Accedunt gloſſæ quædam & ſcholia.

7.° *Cleomedis* de contemplatione orbium cœleſtium libri duo.

8.° Verſus iambici, inſcripti tumulo Theodori Camateri, & inſerti Cleomedis libris.

9.° Verſus alii de Gregorio Grammatico, & adversùs Scylitzem.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMXXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Aphtonii* Sophiſtæ progymnaſmata. Accedunt ſcholia.

2.° Prolegomena anonymi ad Hermogenis artem rhetoricam.

3.° *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione ſtatuum & quæſtionum oratoriarum; accedunt quoque ſcholia.

4.° *Dionyſii* Halicarnaſſei de verborum compoſitione tractatus, ab anonymo in compendium redactus.

5.° *Georgius Gemiſtus Pletho*, de rhetoricæ partibus. Opus ineditum.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Aphtonii* Sophiſtæ progymnaſmata, cum ſcholiis marginalibus locupletiſſimis.

2.° Anonymi prolegomena ad Hermogenis artem rhetoricam.

3.° *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione ſtatuum & quæſtionum oratoriarum. Accedunt uberrima ſcholia.

4.° Ejuſdem de inventione libri quatuor, unà cum ſcholiis.

5.° Ejuſdem de formis oratoriis libri duo, cum ſcholiis.

6.° Ejuſdem de eloquentia, ſive de apto & ſolerti genere dicendi methodus, unà cum ſcholiis.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMXXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Aphtonii* Sophiſtæ progymnaſmata.

2.° *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione ſtatuum & quæſtionum oratoriarum.

3.° Ejuſdem de inventione libri quatuor.

4.° Ejuſdem de formis oratoriis libri duo.

5.° Ejuſdem de eloquentia, ſive de apto & ſolerti genere dicendi methodus.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMXXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Caſtoris* Rhodii opuſculum de metris Rhetorum propriis.

2.° *Phœbammon* Sophiſta, de figuris rhetoricis.

3.° *Herodianus*, de figuris.

4.° Idem, de ſolœciſmo & barbariſmo.

5.° Idem, de ſermonis uſu parùm recto.

6.° Idem, de verbis ſubjunctivis & non ſubjunctivis.

7.° *Zonæus*, de figuris orationis.

8.° *Tryphon*, de tropis.

9.° *Georgius Chœroboſcus*, de tropis à Poëtis & Theologis uſurpari ſolitis.

10.° *Andronicus*, de variis poëtarum generibus.

11.° *Hermogenis* progymnaſmata.

12.° Rhetoricorum Hermogenis epitome, auctore *Matthæo Camariota*.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCMXXX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Isocratis* oratio ad Nicoclem. Conjecta ad marginem brevia quædam scholia, hactenùs inedita.

2.° Ejusdem oratio de pace cum Rhodiis, Chiis & Byzantiis ineunda, cum similibus scholiis.

3.° Ejusdem panegyricus, cum similibus scholiis.

4.° Ejusdem oratio ad Demonicum, cum similibus scholiis.

5.° Ejusdem Evagoras, cum similibus scholiis.

6.° Ejusdem Busiris, cum similibus scholiis.

7.° Ejusdem oratio adversùs Sophistas, cum similibus scholiis.

8.° Ejusdem Plataïcus, cum similibus scholiis.

9.° Ejusdem Areopagiticus, cum similibus scholiis.

10.° Ejusdem ad Philippum oratio, cum similibus scholiis.

11.° Ejusdem Archidamus, cum similibus scholiis.

12.° Ejusdem Panathenaïcus, cum similibus scholiis.

13.° Ejusdem oratio de permutatione facultatum, cum similibus scholiis.

14.° Ejusdem oratio adversùs Lochitem, cum similibus scholiis.

15.° Ejusdem oratio adversùs Callimachum.

16.° *Æschinis* orationes tres. Accedunt scholia inedita.

17.° Orationis de Homero finis. Auctoris nomen non comparet; est autem *Dio Chrysostomus*.

18.° Oratio de Socrate, quæ *Dionem Chrysostomum* auctorem habet; cujus tamen desideratur nomen.

19.° Ejusdem oratio de Nestore; auctoris tamen nomen prætermissum.

Initio codicis reperiuntur epochæ nonnullæ, partim Græcè, partim Latinè, ad historiam Othomannicam pertinentes.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMXXXI.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Isocratis* oratio ad Demonicum.

2.° Ejusdem oratio ad Nicoclem, de regno.

3.° Ejusdem Nicocles.

4.° Ejusdem panegyricus.

5.° Ejusdem Helenes encomium.

6.° Ejusdem Evagoras.

7.° Ejusdem Busiris.

8.° Ejusdem oratio adversùs Sophistas.

9.° Ejusdem Plataïcus.

10.° Ejusdem Areopagiticus.

11.° Ejusdem oratio ad Philippum.

12.° Ejusdem oratio de pace.

13.° Ejusdem Archidamus.

14.° Ejusdem Panathenaïcus.

15.° Ejusdem oratio de permutatione.

16.° Ejusdem oratio adversùs Lochitem.

17.° Ejusdem oratio contra Euthynum.

18.° Ejusdem oratio de bigis.

19.° Ejusdem Ægineticus.

20.° Ejusdem Trapeziticus.

21.° Ejusdem oratio adversùs Callimachum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMXXXII.

Codex chartaceus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Isocratis* oratio ad Demonicum. Præmittitur Oratoris vita.

2.° Ejusdem oratio ad Nicoclem. Præfixum argumentum.

3.° Ejusdem oratio sub illius regis persona.

4.° Ejusdem encomium Helenes. Præfixum argumentum.

5.° Ejusdem oratio funebris in laudem Evagoræ. Præfixum argumentum.

6.° Ejusdem oratio in laudem Busiridis. Præfixum argumentum.

7.° Ejusdem oratio adversùs Sophistas lucro inhiantes. Præfixum argumentum.

8.° Ejusdem Plataïcus. Præfixum argumentum.

9.° Ejusdem Areopagiticus. Præfixum argumentum.

10.° Ejusdem oratio ad Philippum. Præfixum argumentum.

11.° Ejusdem oratio de pace cum Chiis, Rhodiis & Byzantiis ineunda. Præfixum argumentum.

12.° Ejusdem Archidamus. Præfixum argumentum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMXXXIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Isocratis* oratio ad Demonicum.

2.° *Georgius Gemistus Pletho*, de virtutibus.

3.° *Herodoti* Halicarnassei historiarum libri novem. Accedit lexicon vocabulorum Herodoto peculiarium.

4.° *Plutarchus*, de puerorum educatione.

5.° Ejusdem consolatio ad Apollonium.

6.° Excerpta è libro primo historiæ Dionysii Halicarnassei.

Is codex anno 1474. exaratus est.

MMCMXXXIV.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Demosthenis* orationes Olynthiacæ tres.

2.° Ejusdem oratio in Philippum prima.

3.° Ejusdem oratio de Chersoneso.

4.° Ejusdem oratio de Halonneso.

5.° Ejusdem oratio in Philippum secunda, tertia & quarta.

6.° Idem ad Philippi epistolam.

7.° Ejusdem oratio contra Androtionem.

8.° Ejusdem oratio contra Timocratem.

9.° Ejusdem oratio contra Aristocratem.

10.° Ejusdem oratio contra Leptinem.

11.° Ejusdem oratio in Midiam, de alapa.

12.° Ejusdem oratio de corona.

13.° Ejusdem oratio de malè obita legatione.

14.° Ejusdem orationes duæ in Aristogitonem.

15.° Ejusdem oratio in Neæram.

16.° Ejusdem exceptio pro Phormione.

17.° Ejusdem oratio in Stephanum testem.

18.° Ejusdem exceptio in Pantænetum.

19.° Ejusdem exceptio in Nausimachum & Xenopithem.

20.° Ejusdem exceptio in Zenothemin.

21.° Ejusdem exceptio in Apaturium.

22.° Ejusdem oratio in Phormionem, de mutua pecunia.

23.° Ejusdem oratio in Lacriti exceptionem.

24.° Procemia continua & indivisa, pleraque tamen appictis lineolis distincta.

25.° Ejusdem epistola de concordia.

26.° Ejusdem epistola de Theramenis maledictis.

27.° Ejusdem epistola de suo reditu.

28.° Ejusdem epistola ad Heracleodorum.

29.° Ejusdem epistola de Lycurgi liberis.

30.° Ejusdem in Aphobum orationes tres.

31.° Ejusdem orationes duæ in Onetorem, unde vi.

32.° Ejusdem oratio in Cononem de inflictis verberibus.

33.° Ejusdem oratio in Dionysiodorum.

34.° Ejusdem oratio in Olympiodorum.

35.° Ejusdem oratio in Evergum & Mnesibulum.

36.° Ejusdem oratio in Calliclem.

37.° Ejusdem oratio in Polyclem.

38.° Ejusdem oratio de corona præfecturæ navalis.

39.° Ejusdem oratio in Nicostratum.

40.° Ejusdem oratio in Timotheum.

41.° Ejusdem oratio in Callippum.

42.° Ejusdem in Bæotum orationes duæ.

43.° Ejusdem oratio in Spudiam.

44.° Ejusdem oratio in Phænippum.

45.° Ejusdem oratio in Macartatum.

46.° Ejusdem oratio in Lacharem.

47.° Ejusdem oratio in Eubulidem.

48.° Ejusdem oratio in Theocrinem.

49.° Ejusdem amatoria oratio.

50.° Ejusdem oratio funebris.

51.° Ejusdem oratio de republica ordinanda.

52.° Ejusdem oratio de classibus.

53.° Ejuſdem oratio pro Megalopolitis.

54.° Ejuſdem oratio de Rhodiorum libertate.

55.° Ejuſdem oratio de fœdere Alexandreo; illius deerat pars maxima, ſed defectum manus recentior ſupplevit.

Conjecta ad margines annotata diverſis temporibus, quædam autem manu valde antiqua.

Is codex ſæculo decimo ineunte exaratus videtur.

MMCMXXXV.

Codex membranaceus, olim Trichetianus, quo continentur:

1.° Demoſthenis vitæ duæ, altera inedita, auctore *Zozimo* Aſcalonita, qui imperante Anaſtaſio floruit. Initium Δυτίερον λοιπὸν ἐπιμεῖναι. Altera anonymi. Incipit ὁ Δημοσθένης βίος ἀναγκαῖος.

2.° *Demoſthenis* Olynthiacæ tres; ad illarum & aliarum marginem conjecta ſcholia.

3.° Ejuſdem Philippicæ quatuor.

4.° Ejuſdem oratio de pace.

5.° Ejuſdem oratio de Haloneſo.

6.° Ejuſdem oratio de Cherſoneſo.

7.° Ejuſdem oratio de ordinanda republica.

8.° Ejuſdem oratio de claſſibus.

9.° Ejuſdem oratio de Rhodiorum libertate.

10.° Ejuſdem oratio pro Megalopolitis.

11.° Ejuſdem oratio de fœdere cum Alexandro.

12.° Ejuſdem oratio de corona.

13.° Ejuſdem oratio de legatione ad Philippum ab Æſchine malè obita.

14.° Ejuſdem oratio in Leptinem.

15.° Ejuſdem oratio adversùs Midiam.

16.° Ejuſdem oratio in Ariſtocratem.

17.° Ejuſdem oratio in Androtionem.

18.° Ejuſdem oratio in Timocratem.

19.° Ejuſdem in Ariſtogitonem orationes duæ.

20.° Ejuſdem oratio in Neæram.

21.° Ejuſdem oratio amatoria.

22.° Ejuſdem oratio funebris.

23.° Ejuſdem procemia.

Hujuſce codicis pars undecimo ſæculo, pars decimo tertio exarata videtur.

MMCMXXXVI.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur *Demoſthenis* opera, cum *Ulpiani* commentariis & ſcholiis marginalibus nondum editis.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCMXXXVII.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur:

1.° *Demoſthenis* orationes Olynthiacæ tres. Conjecta ad marginem brevia quædam ſcholia.

2.° Ejuſdem oratio prima adversùs Philippum.

3.° Ejuſdem oratio de pace.

4.° Ejuſdem oratio ſecunda adversùs Philippum.

5.° Ejuſdem oratio de Haloneſo.

6.° Ejuſdem oratio de Cherſoneſo.

7.° Ejuſdem oratio tertia & quarta adversùs Philippum.

8.° Ejuſdem oratio de legatione ad Philippum ab Æſchine malè obita.

Is codex manu Joannis Roſi, Preſbyteri Cretenſis, proindeque ſæculo decimo quinto exaratus eſt.

MMCMXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Franciſci Aſulani. Ibi continentur:

1.° *Demoſthenis* orationes Olynthiacæ tres. Præmittitur oratoris vita.

2.° Ejuſdem oratio prima & ſecunda adversùs Philippum.

3.° Ejuſdem oratio de pace.

4.° Ejuſdem oratio de Haloneſo.

5.° Ejuſdem oratio de Cherſoneſo.

6.° Ejuſdem oratio tertia & quarta adversùs Philippum.

7.° Ejuſdem oratio de ope Rhodiis, licet non optimè meritis, ferenda.

8.° Ejuſdem oratio de corona.

9.° Ejuſdem oratio de legatione ad Philippum ab Æſchine malè obita.

10.° Æſchinis vita.

11.° *Ariſtotelis* categoriæ, quarum initium deſideratur.

12.° *Georgii Lecapeni,* Monachi, grammatica, sive de nominum & verborum significatione. Initium desideratur.

13.° Ejusdem, nî fallor, Homeri canonismata inedita.

14.° *Aristoteles,* de poëtica.

Is codex manu Ambrosii Mediolanensis in insula Creta, anno Christi 1480. exaratus dicitur.

MMCMXXXIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Demosthenis* oratio prima & secunda adversùs Philippum. Præmittuntur argumenta.

2.° Ejusdem oratio de Halonesо. Præfixum argumentum.

3.° Ejusdem oratio tertia & quarta adversùs Philippum.

4.° Ejusdem oratio de corona. Præmittitur argumentum.

5.° Scholia in varias Demosthenis orationes.

Is codex Nicolai Blaoti manu anno Christi 1484. exaratus est.

MMCMXL.

Codex bombycinus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Demosthenis* orationes Olynthiacæ tres, cum *Ulpiani* commentariis. Textus litteris miniatis, commentarius atramento scriptus est; quod à librario in sequentibus orationibus servatum.

2.° Ejusdem oratio prima & quarta adversùs Philippum.

3.° Ejusdem oratio adversùs Philippi epistolam.

4.° Ejusdem oratio adversus Androtionem.

5.° Ejusdem oratio adversùs Midiam.

6.° Ejusdem oratio de corona.

7.° Ejusdem oratio adversùs Aristocratem.

8.° Ejusdem oratio adversùs Timocratem.

9.° Ejusdem oratio de legatione ad Philippum malè ab Æschine obita.

10.° Ejusdem oratio adversùs Leptinem.

11.° Ejusdem oratio de ordinanda republica.

12.° Ejusdem oratio de ope Megalopolitis ferenda.

13.° Ejusdem oratio de ope Rhodiis, licet non optimè meritis, ferenda.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCMXLI. MMCMXLII.

Codex chartaceus, olim Boistallerianus, duobus voluminibus constans, quibus continentur *Demosthenis* orationes editæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMXLIII.

Codex membranaceus, quo continetur *Demosthenis* oratio adversùs Aristocratem. Præfixum argumentum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMXLIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1°. *Ulpiani* in orationes Demosthenis commentarius.

2.° *Zenobii* proverbia è Tarræo & Didymo, ordine alphabetico disposita.

3.° *Demosthenis* oratio de corona.

4.° *Demadis* apologia ad populum Atheniensem, pro suis per duodecennium proximum gestis.

5.° *Alcidamantis* oratio adversùs Sophistas.

6.° Ejusdem oratio Ulyssis nomine, contra Palamedem.

7.° *Antisthenis* orationes, sub Ajacis & Ulyssis nomine compositæ.

8.° *Lysiæ* oratio adversùs Philonem.

9.° *Isocratis* Archidamus.

10.° Lysiæ vita à *Plutarcho,* ut quidam contendunt, ut alii, à *Dionysio* Halicarnasseo conscripta: quod ibi annotatum reperias.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMXLV.

Codex chartaceus, quo continetur *Ulpiani* commentarius in Demosthenis orationes adversùs Midiam, de corona, adversùs Timocratem, de legatione ad Philippum malè ab Æschine obita, adversùs Leptinem, de ordinanda republica.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCMXLVI.

Codex chartaceus, quo continentur

ſcholia in Demoſthenis orationes, olynthiacas, Philippicarum primam & quartam, Philippi epiſtolam, de ordinanda republica, de claſſibus, pro Megalopolitis, pro Rhodiorum libertate, de fœdere cum Alexandro, de falſa legatione, de corona, in Midiam, in Leptinem, in Androtionem, in Ariſtocratem, & in Timocratem. Scholia illa nondum edita ſunt.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMXLVII.

Codex chartaceus, quo continentur *Æſchinis* orationes tres, adversùs Timarchum nempè, de legatione ſecunda ad Philippum, & adversùs Cteſiphontem.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMXLVIII.

Codex membranaceus, Fonteblandenſis, quo continentur:

1.° *Ariſtidis* Panathenaïcus, cum ſcholiis. Præmittuntur *Sopatri* in huncce ſcriptorem prolegomena. Accedit & illius vita.

2.° Ejuſdem oratio pro quatuor viris, Pericle, Cimone, Miltiade & Themiſtocle, cum breviſſimis ſcholiis. Præfixum argumentum.

3.° Ejuſdem orationes Platonicæ tres pro rhetorica.

4.° Ejuſdem ſuaſoria de novis auxiliis in Siciliam Niciæ mittendis.

5.° Ejuſdem ſuaſoria de non mittendis in Siciliam auxiliis.

6.° Ejuſdem ſuaſoria de revocando Niciæ exercitu.

7.° Ejuſdem ſuaſoria de pace cum Lacedæmoniis ineunda.

8.° Ejuſdem oratio de pace Athenienſibus concedenda.

9.° Ejuſdem ſuaſoria de auxilio Thebanis offerendo.

10.° Ejuſdem ſuaſoria pro Lacedæmoniis juvandis.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

MMCMXLIX.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Ariſtidis* Panathenaïcus. Nonnumquam inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia, quæ, nî fallor, manu recentiore ſcripta ſunt.

2.° Ejuſdem oratio Platonica tertia ad Capitonem.

3.° Ejuſdem ſuaſoria de auxilio Thebanis adversùs Philippum offerendo.

4.° Ejuſdem ſuaſoria de novis auxiliis in Siciliam Niciæ mittendis.

5.° Ejuſdem ſuaſoria ad Lacedæmonios, de pace Athenienſibus concedenda.

6.° Ejuſdem oratio Platonica prima pro rhetorica.

7.° Ejuſdem oratio pro quatuor viris, Pericle, Cimone, Miltiade & Themiſtocle.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

MMCML.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Ariſtidis* Panathenaïcus. Initio folia nonnulla deſiderantur.

2.° Ejuſdem oratio Platonica prima pro rhetorica.

3.° Ejuſdem oratio pro quatuor viris, Pericle, Cimone, Miltiade & Themiſtocle.

4.° Ejuſdem oratio Platonica tertia ad Capitonem.

5.° Ejuſdem ſuaſoria de novis auxiliis in Siciliam Niciæ mittendis.

6.° Ejuſdem ſuaſoria de auxiliis in Siciliam non mittendis.

7.° Ejuſdem orationes Leuctricæ quinque. Ultimæ finis deſideratur.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

MMCMLI.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Ariſtidis* Panathenaïcus. Ad hujus & ſequentium marginem conjecta ſcholia quædam.

2.° Ejuſdem apologia pro quatuor viris, Pericle ſcilicet, Cimone, Miltiade & Themiſtocle.

3.° Ejuſdem ad Platonem orationes tres de rhetorica.

4.° Ejuſdem oratio de auxilio in Siciliam mittendo.

5.° Ejuſdem, ſuperioris retractatio.

6.° Ejuſdem oratio de pace cum Lacedæmoniis.

7.° Ejuſdem

7.° Ejuſdem oratio de pace cum Athenienſibus.

8.° Ejuſdem ad Thebanos orationes duæ, de ſocietate cum Athenienſibus ineunda.

9.° Ejuſdem Cyzicus.

10.° Ejuſdem Leuctricæ orationes quinque.

11.° Ejuſdem oratio περὶ τοῦ παραφθέγματος.

12.° Ejuſdem Apellis Genethliaca.

13.° Ejuſdem oratio contra criminantes, quòd non declamaret.

14.° Ejuſdem monodia de Smyrna.

15.° Ejuſdem ad Marcum & Commodum, Imperatores, epiſtola.

16.° Ejuſdem palinodia de Smyrnæ reſtauratione.

17.° Ejuſdem oratio gratulatoria & politica ad Smyrnæos.

18.° Ejuſdem oratio adversùs proditores myſteriorum.

19.° Idem, de comœdiis non agendis.

20.° Idem, in puteum Aſclepii.

21.° Ejuſdem oratio de concordia.

22.° Ejuſdem legatio ad Achillem.

23.° Ejuſdem oratio in Minervam.

24.° Ejuſdem, Aſclepiadæ, Hercules & Bacchus.

25.° Ejuſdem, Romæ encomium.

26.° Ejuſdem oratio in Imperatorem.

27.° Ejuſdem oratio in Aſclepium.

28.° Ejuſdem ſermones ſacri quinque.

Hujuſce codicis pars prima duodecimo ſæculo, altera decimo tertio exarata videtur.

MMCMLII.

Codex bombycinus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Ariſtidis* Panathenaïcus.

2.° Ejuſdem de rhetorica orationes tres.

3.° Ejuſdem quatuor virorum apologia, Periclis nempè, Cimonis, Miltiadis & Themiſtoclis.

4.° Ejuſdem oratio politica ad Smyrnæos.

5.° Ejuſdem oratio de comœdiis non agendis.

6.° Ejuſdem monodia de Smyrna.

7.° Ejuſdem ad Marcum & Commodum, Imperatores, epiſtola.

8.° Ejuſdem palinodia de Smyrnæ reſtauratione.

9.° Ejuſdem gratulatoria ad Smyrnæos.

10.° Ejuſdem oratio de concordia.

11.° Ejuſdem oratio ad Rhodios de concordia.

12.° Ejuſdem, Romæ encomium.

13.° Ejuſdem oratio in Imperatorem.

14.° Ejuſdem oratio in Ægeum mare.

15.° Ejuſdem ad Neptunum Iſthmica oratio.

16.° Ejuſdem Ægyptius.

17.° Ejuſdem Apellis Genethliacus.

18.° Ejuſdem, Alexandri magni oratio funebris.

19.° Ejuſdem, Eteonis oratio funebris.

20.° Ejuſdem oratio adversùs criminantes, quòd non declamaret.

21.° Ejuſdem legatio ad Achillem.

22.° Ejuſdem oratio de ferendo in Siciliam auxilio.

23.° Ejuſdem, ſuperioris retractatio.

24.° Ejuſdem orationes duæ de pace.

25.° Ejuſdem ad Thebanos oratio de ſocietate cum Athenienſibus ineunda.

26.° Ejuſdem Leuctricæ orationes quinque.

27.° Ejuſdem Eleuſinia oratio.

28.° Ejuſdem oratio adversùs proditores myſteriorum.

29.° Ejuſdem oratio περὶ τοῦ παραφθέγματος.

30.° Ejuſdem Cyzicus.

31.° Ejuſdem orationes in Jovem, in Minervam, in Serapim, in Bacchum, in Herculem, & in Aſclepium.

32.° Ejuſdem oratio in puteum Aſclepii.

33.° Ejuſdem Aſclepiadæ.

34.° Ejuſdem ſermones ſacri ſex.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCMLIII.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Ariſtidis* Panathenaïcus. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia.

2.° Idem, adversùs Platonem pro quatuor viris, Pericle nempè, Cimone, Miltiade & Themiſtocle, cum ſimilibus gloſſis & ſcholiis.

3.° Ejusdem communis apologia.

4.° Ejusdem orationes tres de rhetorica, adversùs Platonem.

5.° *Libanii* oratio pro saltatoribus, adversùs Aristidis suasoriam.

6.° *Aristidis* suasoria ad Athenienses, pro auxiliis novis Niciæ mittendis.

7.° Ejusdem suasoria pro non mittendis Niciæ auxiliis.

8.° Ejusdem suasoria ad Athenienses, pro pace Lacedæmoniis concedenda.

9.° Ejusdem suasoria ad Lacedæmonios, de pace cum Atheniensibus facienda.

10.° Ejusdem suasoria ad Thebanos, de non concedendo per Bœotiam transitu Regi Philippo.

11.° Ejusdem orationes Leuctricæ quinque.

12.° Ejusdem deploratio Smyrnæ motu terræ obrutæ.

13.° Ejusdem epistola ad Marcum Imperatorem, & filium ejus Commodum.

14.° Ejusdem epistola ad Græcos, qua restaurationem Smyrnæ gratulatur.

15.° Ejusdem panegyricus extemporalis in laudem Cyzici.

16.° Ejusdem oratio in laudem Apellæ.

17.° Ejusdem laus putei sacri Pergameni in templo Æsculapii.

18.° Ejusdem oratio in prodentes causam suam Sophistas.

19.° Ejusdem apologia ad ignaros auditores, à quibus tamen reprehendebatur, quòd non frequentiùs declamaret.

20.° Ejusdem oratio Ulyssis nomine, ad Achillem ab Agamemnone legati.

21.° Anonymus, de encomio calvitii, quod à Synesio scriptum est.

22.° *Libanii* oratio, qua introducit Achillem Ulyssi Agamemnonis legato respondentem.

23.° *Platonis* Gorgias. Conjecta ad marginem scholia quædam.

24.° *Luciani* Symposium, vel Lapithæ.

25.° Ejusdem Cataplus, vel Tyrannus; initio autem illius codicis, ut & ad finem, reperiuntur epochæ quædam, ad extrema imperii Constantinopolitani tempora pertinentes.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCMLIV.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Luciani* dialogus inscriptus amores. Ad illius aliorumque marginem conjecta brevia quædam scholia.

2.° Idem, pro imaginibus.

3.° Ejusdem pseudologista.

4.° Ejusdem deorum concilium.

5.° Ejusdem tyrannicida.

6.° Ejusdem abdicatus.

7.° Ejusdem dialogi meretricii.

8.° Idem, de morte peregrini.

9.° Ejusdem fugitivi.

10.° Ejusdem imagines.

11.° Ejusdem Toxaris.

12.° Ejusdem Lucius, sive asinus.

13.° Ejusdem Demosthenis encomium.

14.° Idem, quomodo historia conscribenda sit.

15.° Idem, de Dipsadibus.

16.° Ejusdem Saturnalia.

17.° Ejusdem Cronosolon.

18.° Ejusdem epistolæ Saturnales.

19.° Ejusdem Herodotus, sive Aëtion.

20.° Ejusdem Zeuxis, sive Antiochus.

21.° Idem, pro eo quod intersalutandum verbo lapsus fuerat.

22.° Ejusdem Harmonides.

23.° Ejusdem dissertatio cum Hesiodo.

24.° Ejusdem Scytha, sive hospes.

25.° Ejusdem Hermotimus, sive de sectis Philosophorum.

26.° Idem, adversùs eum qui dixerat, *Prometheus es in verbis*.

27.° Ejusdem Alcyon, sive de transformatione.

28.° Ejusdem navigium, sive vota.

29.° Idem, de Syria dea.

30.° Ejusdem tragopodagra.

31.° Ejusdem Ocypus.

32.° Ejusdem Cynicus.

33.° Ejusdem Philopseudes, sive incredulus.

34.° Ejusdem Phalaris primus & secundus.

35.° Ejusdem Hippias, sive balneum.

36.° Ejusdem præfatio, sive Hercules Gallicus.

37.° Idem, de Electro, sive Cycnis.

38.° Ejusdem encomium muscæ.

39.° Ejusdem epistola ad Nigrinum.

40.° Ejusdem vita Demonactis.

41.° Idem, de domo.

42.° Ejusdem encomium patriæ.

43.° Ejusdem, Macrobii.

44.° Ejusdem, historiæ veræ libri duo.

45.° Idem, de non temerè credendo calumniæ.

46.° Ejusdem judicium vocalium.

47.° Ejusdem Symposium, sive Lapithæ.

48.° Ejusdem pseudosophistes, sive solœcista.

49.° Ejusdem Cataplus, sive Tyrannus.

50.° Ejusdem Jupiter confutatus.

51.° Ejusdem Jupiter tragœdus.

52.° Ejusdem somnium, sive gallus.

53.° Ejusdem Prometheus, sive Caucasus.

54.° Ejusdem Icaromenippus.

55.° Ejusdem Timon.

56.° Ejusdem Charon, sive contemplantes.

57.° Ejusdem vitarum auctio.

58.° Ejusdem reviviscentes, sive piscator.

59.° Ejusdem bis accusatus.

60.° Idem, de sacrificiis.

61.° Idem, adversùs indoctum & multos libros ementem.

62.° Idem, de somnio, sive de sua vita.

63.° Idem, de parasito, sive quòd ars sit parasitica.

64.° Ejusdem dialogi mortuorum.

65.° Ejusdem dialogi marini.

66.° Ejusdem dialogi deorum.

67.° Idem, de iis qui mercede conducti vivunt.

68.° Ejusdem Anacharsis, sive de gymnasiis.

69.° Ejusdem Menippus, sive necyomantia.

70.° Idem, de luctu.

71.° Ejusdem rhetorum præceptor.

72.° Ejusdem Alexander, sive pseudomantis.

73.° Idem, de saltatione.

74.° Ejusdem Lexiphanes.

75.° Ejusdem Eunuchus, sive Pamphilus.

76.° Idem, de astrologia.

77.° Anonymus, de Ionica dialecto.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCMLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Luciani* Icaromenippus. Conjecta ad marginem scholia quædam.

2.° Ejusdem somnium, sive gallus, cum marginalibus scholiis.

3.° Ejusdem Jupiter Tragœdus, cum marginalibus scholiis.

4.° Ejusdem Hippias, sive balneum.

5.° Ejusdem Symposium, sive Lapithæ.

6.° *Xenophontis* liber œconomicus. Multa desiderantur.

7.° Ejusdem dialogus Simonidis cum Hierone Rege.

8.° Ejusdem liber de Lacedæmoniorum republica.

9.° Ejusdem liber de Atheniensium republica.

10.° Fragmentum ex ejusdem convivio Philosophorum.

11.° Ejusdem liber de re equestri.

12.° Vita Homeri, auctore *Herodoto*.

13.° *Plutarchus*, de solertia animalium.

14.° Ejusdem vitæ quædam, Lycurgus nempè, Numa, Solon, Valerius Publicola, Aristides & Cato.

15.° *Aristotelis* ethicorum ad Nicomachum libri duo priores.

16.° *Philostrati* imaginum pars.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMLVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Luciani* Tragopodagra. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò sunt ad priorum paginarum marginem scholia.

2.° Ejusdem dialogi deorum.

3.° Ejusdem dialogi meretricii.

4.° Ejusdem dialogi marini.

5.° Ejusdem dialogi mortuorum.

6.° Ejusdem amores.

7.° Ejusdem Lucius, sive asinus.

8.° Ejusdem Toxaris.

9.° Ejusdem apologia pro iis qui mercede conducti serviunt.

10.° Ejusdem navigium, sive vota.

11.° Idem, quomodo historia conscribenda sit.

12.° Idem, de astrologia.

13.° Idem, pro imaginibus.

14.° Ejusdem pseudologista.

15.° Ejusdem deorum concilium.

16.° Ejusdem tyrannicida.

17.° Ejusdem vitarum auctio.

18.° Ejusdem encomium Demosthenis. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMLVII.

Codex chartaceus, olim Nicolai Leoniceni. Ibi continentur varia *Luciani* opera.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMLVIII.

Codex chartaceus, emptus anno Christi 1688. quo continentur:

1.° *Dionis Chrysostomi* orationes quatuor de regno. Præmittuntur illius vita & observatio de ejus dicendi genere.

2.° Ejusdem fabula Lybica.

3.° Ejusdem Diogenes, sive de tyrannide.

4.° Ejusdem oratio Euboïca.

5.° Ejusdem orationes tres, Diogenis nomine.

6.° Ejusdem declamatio de Ilio non capto.

7.° Ejusdem oratio dicta in Olympiis.

8.° Ejusdem oratio de exsilio.

9.° Ejusdem orationes duæ de servitute & libertate.

10.° Ejusdem oratio de animi ægritudine fugienda.

11.° Ejusdem disputatio adversùs avaritiam.

12.° Ejusdem oratio de dicendi exercitatione.

13.° Ejusdem oratio, quòd alios libentiùs auscultetur.

14.° Ejusdem oratio, quòd secessu sapiens non indigeat.

15.° Ejusdem oratio de pulchritudine virili.

16.° Ejusdem oratio de bello & pace.

17.° Ejusdem dialogus, quo probatur sapientem qui bono genio obsequitur, eumdem esse felicem.

18.° Ejusdem oratio, quòd plerique de aliis rebus solliciti, veræ felicitatis studium negligant.

19.° Ejusdem oratio de genio, utrum extra hominem sit, & homo alius.

20.° Ejusdem oratio de consultatione.

21.° Ejusdem disputatio, qua probatur, uti in convivio & publica panegyri, ita in vita vix audiri eos qui recta suadent.

22.° Ejusdem orationes duæ, inscriptæ Melancomas.

23.° Consolatio super obitu Charidemi.

24.° Ejusdem oratio ad Rhodios.

25.° Ejusdem oratio ad populum Alexandrinum.

26.° Ejusdem orationes duæ ad Tarsenses.

27.° Ejusdem oratio dicta in urbe Phrygiæ Celænis.

28.° Ejusdem oratio in urbe Prusa dicta.

29.° Ejusdem oratio ad Corinthios.

30.° Ejusdem oratio ad Nicomedienses.

31.° Ejusdem oratio ad Nicæenses.

32.° Ejusdem oratio ad Prusæenses cives suos.

33.° Ejusdem oratio ad senatum, populumque Apameensem.

34.° Ejusdem apologia adversùs inimicos.

35.° Ejusdem oratio, qua testatur nihil sibi jucundius esse quàm à patria amari.

36.° Ejusdem oratio ad Prusæenses, qua de malevolis conqueritur.

37.° Ejusdem oratio ad cives, antequam exsularet.

38.° Ejusdem oratio adversùs criminantes, quòd porticum & amplam domum ædificaret, ornandæ patriæ.

39.° Ejusdem oratio dicta Prusæ, Varino Præfecto permittente.

40.° Ejusdem recusatio magistratus in senatu patrio.

41.° Ejusdem oratio in laudem senatus patrii.

42.° Ejusdem oratio ad Diodorum.

43.° Ejusdem oratio de Æschylo, Sophocle & Euripide.

44.° Ejusdem encomium Homeri.

45.° Ejusdem encomium Socratis.

46.° Ejusdem dialogus de Socrate, quòd Homeri discipulus fuerit & imitator.

47.° Ejusdem dialogus inscriptus Agamemnon, sive de regno.

48.° Ejusdem Nestor.

49.° Ejusdem Philoctetes.

50.° Ejusdem dialogus de Nesso Centauro & Dejanira.

51.° Ejusdem oratio de tyranno & bono rege inter se collatis.

52.° Ejusdem dissertationes tres de fortuna.

53.° Ejusdem dissertationes totidem de gloria.

54.° Ejusdem oratio de virtute.

55.° Ejusdem oratio de philosophia.

56.° Ejusdem oratio de Philosopho.

57.° Ejusdem oratio de Philosophi habitu.

58.° Ejusdem oratio, quòd multis exitio fuerit, fidem in illis positam fuisse.

59.° Ejusdem dialogus, quo ostenditur quàm periculosum sit aliis habere fidem.

60.° Ejusdem encomium legum.

61.° Ejusdem oratio de consuetudine cum lege scripta collata.

62.° Ejusdem de invidia orationes duæ.

63.° Ejusdem oratio de divitiis.

64.° Ejusdem oratio de libertate.

Is codex Mazaridis cujusdam manu sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMCMLIX.

Codex membranaceus, olim Medicæus, quo continentur *Dionis Chrysostomi* exercitationes rhetoricæ octoginta, cum scholiis marginalibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMLX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Dionis Chrysostomi* orationes quatuor de regno.

2.° *Dionysius Longinus*, de sublimi genere dicendi.

3.° *Themistii* orationes septima, decima, nona, quinta & quarta.

4.° *Hermogenis* ars rhetorica. Præmittuntur prolegomena statuum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMLXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Libanii* Sophistæ progymnasmata.

2.° Ejusdem declamationes.

3.° Ejusdem monodia in Nicomediam.

4.° *Aristidis* legatio ad Achillem.

5.° *Libanii* monodia in Julianum Imperatorem.

6.° Ejusdem Demosthenis vita.

7.° *Demosthenis* orationes Olynthiacæ tres. Conjecta ad marginem scholia, ab editis minimè diversa.

8.° Ejusdem oratio prima adversùs Philippum.

9.° Ejusdem oratio de pace.

10.° Ejusdem oratio secunda adversùs Philippum.

11.° Ejusdem oratio de Haloneso.

12.° Ejusdem oratio de Chersoneso.

13.° Ejusdem oratio tertia & quarta adversùs Philippum.

14.° Ejusdem oratio adversùs Philippi epistolam.

15.° *Philippi* epistola.

16.° *Demosthenis* oratio de classibus.

17.° Ejusdem oratio de ope Rhodiis, licet non optimè meritis, ferenda.

18.° Ejusdem oratio de ope Megalopolitis ferenda.

19.° Ejusdem oratio de fœdere Alexandri cum Atheniensibus, à rege violato.

20.° Ejusdem oratio de corona.

21.° Ejusdem oratio funebris in eos qui ad Chæroneam ceciderunt.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMLXII.

Codex bombycinus, Fonteblandensis, quo continentur:

1.° *Libanii* epistolæ jampridem editæ. Desiderantur priores quinque.

2.° *Cyrilli*, Alexandrini Patriarchæ, epistolæ. Desiderantur quædam sub finem.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCMLXIII.

Codex chartaceus, nuper emptus, quo continentur *Libanii* epistolæ, è codicibus Vaticanis descriptæ. Illarum complures nondum publicam lucem aspexerunt. Præfixus est index locupletissimus, eorum nomina complectens ad quos Libanius litteras dedit.

Is codex manu recentiore exaratus est.

MMCMLXIV.

Codex membranaceus, olim Boistalleriaus, quo continentur:

1.° *Juliani* Imperatoris oratio in Solem, ad Sallustium.

2.° Ejusdem oratio in matrem deorum.

3.° Ejusdem oratio de Constantii Imperatoris rebus gestis.

4.° Ejusdem oratio altera in laudem Constantii.

5.° Ejusdem oratio in laudem Eusebiæ Imperatricis.

6.° Ejusdem epistola ad Athenienses.

7.° Ejusdem oratio adversùs Cynicos.

8.° Ejusdem epistola ad Themistium Philosophum.

9.° Ejusdem Misopogon.

10.° Ejusdem oratio consolatoria ob Sallustii discessum.

11.° Idem, ad Heraclium Cynicum, de Cynica secta.

12.° Ejusdem Cæsares.

13.° Ejusdem epistolæ quadraginta quinque.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMLXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus, quo continetur *Georgii Trapezuntii* exhortatio ad Joannem Palæologum, de navigatione in Italiam.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCMLXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Andronici Callisti* oratio in laudem Georgii Palæologi, inedita.

2.° *Theodori Gazæ* epistola ad Demetrium.

3.° *Georgii Amirytzæ* ad Bessarionem epistola.

4.° *Demetrii* ad Mousouram epistola.

5.° *Plethonis* responsio ad ea quæ sibi Bessarion objecerat.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMCMLXVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Constantini* Imperatoris de administrando imperio liber ad Romanum filium Porphyrogenitum.

2.° *Photii*, Patriarchæ Constantinopolitani, fragmentum de decem rhetoribus.

3.° *Themistii* oratio consularis ad Jovianum Imperatorem.

4.° *Choricii* Gazæi oratio in laudem summi Ducis. Præmittitur illius vita.

5.° Ejusdem oratio funebris inedita, in laudem Mariæ, Marciani Gazæ & Anastasii, Eleutheropoleos Episcoporum, matris.

6.° Ejusdem oratio funebris in Procopium Gazæum, Sophistam.

7.° Ejusdem declamatio de tyrannicida.

8.° Excerpta è Polybii libris sexto, decimo, decimo quarto, decimo quinto & decimo octavo.

9.° *Apollodori* Atheniensis bibliothecæ libri tres.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMLXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Manuëlis Chrysoloræ* oratio in laudem veteris & novæ Romæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

ORATORES ET SOPHISTÆ.

In-quarto.

MMCMLXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Hermogenis vita.

2.° *Aphtonii* progymnaſmata.

3.° *Hermogenis* ars rhetorica de partitione ſtatuum & quæſtionum oratoriarum.

4.° Ejuſdem de inventione oratoria libri quatuor.

5.° Ejuſdem de formis oratoriis libri duo.

6.° Ejuſdem de eloquentia, ſive de apto & ſolerti genere dicendi methodus.

7.° Pauca quædam ad artem rhetoricam pertinentia.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMLXX.

Codex chartaceus, Fonteblandenſis, quo continentur :

1.° *Hermogenis* ars rhetorica de partitione ſtatuum. Paſſim inter lineas gloſſæ; conjecta verò ad marginem ſcholia editis multò breviora. Sequuntur anonymi regulæ tredecim de cognoſcendis ſingulis ſtatibus.

2.° Ejuſdem de inventione oratoria libri quatuor, cum gloſſis interlinearibus & marginalibus ſcholiis.

3.° *Homeri* batrachomyomachia.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMCMLXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur in Hermogenem progymnaſmata.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMLXXII.

Codex chartaceus, quo continentur :

1.° Rhetorices compendium ex Hermogene contractum. Illius auctor *Matthæus Camariotes*, Byzantinus. Initium ῥητορική ἐστι δύναμις τεχνική.

2.° Ejuſdem rhetorices progymnaſmatum epitome. Incipit προγύμνασμά ἐστιν, ἄσκησις.

3.° Anonymus, de ſyllaba quæ communis Grammaticis dicitur. Incipit ὁ μὲν τεχνικός.

4.° Anonymi tractatus de metris, è veterum ſcriptis collectus. Incipit πόσα στοιχεῖα λόγου.

5.° *Hephæſtionis* de metris & poëmate enchiridion.

6.° *Joannis Tzetzæ* de variis metrorum generibus opuſculum, verſibus politicis.

7.° Excerpta è libro primo Polybii.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMLXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur rhetorices compendium ex Hermogenis libris collectum, auctore *Matthæo Camariota*.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMLXXIV.

Codex chartaceus, quo continetur *Dionyſii Longini* de ſublimi genere dicendi tractatus.

Is codex, eleganter ſcriptus, ad ſæculum decimum ſextum referendus videtur.

MMCMLXXV.

Codex chartaceus, olim Puteanus, quo continentur :

1.° *Sopatri* diviſiones controverſiarum, ubi multa de componendis declamationibus præcepta traduntur.

2.° *Cyri* Sophiſtæ de ſtatuum differentia opuſculum.

Is codex Michaëlis Nauplii manu Florentiæ exaratus dicitur.

MMCMLXXVI.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur :

1.° *Sopatri* diviſiones controverſiarum, ubi de componendis declamationibus.

2.° *Cyri* Sophiſtæ de ſtatuum differentia opuſculum.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMCMLXXVII.

Codex membranaceus, quo continentur :

1.° *Aphtonii* progymnaſmata, cum prolegomenis & ſcholiis, in quibus multa ab editis diverſa. Præmittuntur ſententiæ quædam, ex eccleſiaſticis & profanis ſcriptoribus collectæ.

2.° Prolegomena in Hermogenis tractatum de ſtatibus, ab editis diverſa.

3.° *Troili* Sophiſtæ prolegomena in Hermogenis rhetoricam.

4.° *Phœbammon* Sophiſta de figuris oratoriis.

5.° Anonymi prolegomena in librum

Hermogenis de ſtatibus, inedita. Initium εἰ καὶ δόξειεν ἄν τινι.

6.° Alia prolegomena, quorum initium τὴν ῥητορικὴν τέχνην.

7.° *Hermogenis* ars rhetorica de ſtatuum partitione, cum locupletiſſimis commentariis, quæ in multis ab editis diſcrepant.

8.° Ejuſdem de inventione rhetorica libri quatuor, cum ſcholiis ineditis.

9.° Ejuſdem de formis oratoriis libri duo, cum ſcholiis quoque ineditis.

10.° Ejuſdem de eloquentia liber; accedunt quoque ſcholia.

11.° Anonymi prolegomena in libros Hermogenis de inventione rhetorica.

11.° Ejuſdem tractatus de fide orthodoxa. Illius pars major è ſancti Joannis Damaſceni libro ſimilis argumenti deſcripta eſt.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

ORATORES ET SOPHISTÆ.

In-octavo.

MMMXXXII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Aphtonii* Sophiſtæ progymnaſmata.

2.° *Hermogenis* ars rhetorica, de partitione ſtatuum. Conjecta ad marginem ſcholia, partim Græca, partim Latina; Latina autem ad decimi quarti ſæculi ſcripturam propiùs accedunt.

3.° Ejuſdem methodus de apto & ſolerti genere dicendi, adjunctis nonnullis ſcholiis.

4.° *Maximus* Sophiſta, de objectionibus inſolubilibus ab oratore declinandis & eludendis. Opus à doctiſſimo *Fabricio* primùm editum, bibl. Græc. tom. 9. p. 570. Verùm in hoc noſtro codice capite uno auctius, quod inſcribitur μεθόδος προσφωνητικῶν λόγων, ſive regulæ in illo orationum genere ſervandæ, quibus aliquem compellamus & alloquimur. Initium ἡ νῦν χρεία.

5.° *Phœbammonis* Sophiſtæ, de figuris oratoriis libri duo. In nonnullis diverſus hic noſter codex ab editis; illiuſque ope locupletior & emendatior Phœbammon prodire poſſet. Conjectæ ad marginem notæ quædam Latinæ.

6.° Ejuſdem de ſtatibus opuſculum, hactenùs ineditum. Incipit ὁ Μινουκιανὸς ὡρίσατο τὴν στάσιν.

7.° Anonymi ſcholia in Hermogenis artem rhetoricam; inedita puto. Illorum initium τῶν πολλῶν τὸ σύστημα.

8.° Fragmenta duo ſancti Athanaſii, & unum ſancti Baſilii, ad Incarnationem ſpectantia.

9.° *Theodoſii*, Monachi & Grammatici, epiſtola ad Leonem Archidiaconum de expugnatis Syracuſis. Finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMMXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Lyſiæ* pro cæde Eratoſthenis apologia.

Is codex manu Joannis Maludani exaratus eſt.

MMMXXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Lycurgi* oratio adversùs Leocratem.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMMXXXV.

Codex bombycinus, olim Baluzianus, quo continentur :

1.° *Ariſtidis* oratio adversùs illos à quibus

reprehendebatur, quòd non frequentiùs declamaret.

2.° *Lysidis* Pythagorici epistola ad Hipparchum.

3.° *Synesii* epistolæ, cum notis quibusdam marginalibus; occurrit autem inter epistolas, illius catastasis de Pentapolitana calamitate.

4.° *Libanii* epistolæ ad varios.

5.° *Themistii* oratio in patris obitum.

6.° *Synesii* aliæ epistolæ.

7.° Ejusdem oratio ad Arcadium Imperatorem, de regno.

8.° *Libanii* allocutio panegyrica ad Julianum Imperatorem.

9.° Anonymus, de nominibus variarum corporis humani partium.

10.° Qui dies fausti sint, qui infausti. Initium & nomen auctoris desiderantur.

11.° Anonymus, de invenienda die lunæ.

12.° *Galeni* disquisitio, an fœtus in utero animal sit.

13.° Idem, de pulsibus.

14.° Idem, de urinis.

15.° *Dioclis* epistola ad Antigonum Regem, de valetudine conservanda. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMMXXXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Aristidis* Panathenaïcus.

Is codex Joannis Maludani manu exaratus est.

MMMXXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Lucianus*, de somnio, sive de sua ipsius vita.

2.° Idem, adversùs eum qui dixerat: *Prometheus es in verbis*.

3.° Ejusdem Nigrinus, sive de moribus Philosophi.

4.° Ejusdem judicium vocalium.

5.° Ejusdem Timon, sive Misanthropos.

6.° Ejusdem Alcyon, sive de transformatione.

7.° Ejusdem Prometheus, sive Caucasus.

8.° Ejusdem dialogi deorum.

9.° Ejusdem dialogi marini.

10.° Ejusdem dialogi mortuorum.

Is codex manu Petri Morelli Turonensis anno Christi 1527. Lochis Turonensium exaratus est.

MMMXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur *Juliani* Imperatoris Misopogon.

Is codex sub finem sæculi decimi sexti exaratus videtur.

EPISTOLARES.

In-folio.

MMMXXXIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus, quo continentur *Jacobi* Monachi ad Irenen, Augustam, epistolæ quadraginta tres.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MMMXL.

Codex chartaceus, quo continentur *Joannis* Heracleensis epistolæ. Præfixa illius vita.

Is codex manu recentiore exaratus est.

MMMXLI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi epistolæ variæ ad Cabasilam, Cydonium, Chrysoloram, Balsamonem, &c.

2.° Declamationes de varii argumenti rebus.

3.° *Athanasii* disputatio adversùs Judæos.

4.° *Nicetæ Choniatæ* annales in epitomen contracti. Initium & finis desiderantur.

5.° *Georgii* Acropolitæ historia de iis quæ post urbem captam acciderunt.

Is codex, in quo folia multa loco suo mota, decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MMMXLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Gregorii* Cyprii, sive *Georgii*, Patriarchæ Constantinopolitani, epistolæ centum quinquaginta sex. Præfixa est illius vita, cujus auctor ipse dicitur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMMXLIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Andronici*

1.° *Andronici Callisti* epistola ad Georgium Palæologum.

2.° Ejusdem epistola ad Theodorum Demetrium.

3.° *Georgii Amyrutzæ* epistola ad Bessarionem Cardinalem, post expugnatam à Turcis urbem Constantinopolim.

4.° *Nicephori Gregoræ* monodia in mortem Metochitæ, magni Logothetæ.

5.° *Manuëlis Palæologi* allocutio ad summum Pontificem.

6.° Ejusdem allocutio ad Bessarionem Cardinalem.

7.° Ejusdem allocutio ad Despotam patrem.

8.° Sententia *Josephi,* Patriarchæ Constantinopolitani, quam scripto consignatam sancto concilio dedit.

9.° *Georgii* Scholarii, epistola ad Imperatorem, de iis quæ Florentiæ agebantur.

10.° *Georgii Amyrutzæ* sententia quam coram Imperatore & Patriarcha Florentiæ dedit.

11.° *Gregorii* epistola ad Cardinalem Bessarionem.

12.° Ejusdem oratio in Bessarionem, cujus in colligenda bibliotheca studium summoperè prædicat.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

EPISTOLARES.

In-quarto.

MMMXLIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° Characteres epistolici, editi à *Friderico Morello* anno 1578. Hocce opus alii *Libanio, Proclo* alii tribuunt.

2.° *Juliani* Imperatoris, *Libanii* & sancti *Basilii* epistolæ reciprocæ.

3.° Sancti *Basilii* oratio, quomodo cum fructu legi possint Græcorum libri.

4.° *Æschinis* epistolæ.

5.° *Platonis* epistolæ.

6.° *Diogenis* epistolæ.

7.° *Cratetis* epistolæ.

8.° *Theophylacti* Simocattæ dialogus de variis quæstionibus naturalibus.

9.° *Alexandri* Aphrodisæi problemata.

10.° *Phalaridis* epistolæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMMXLV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Joannis Zonaræ,* magni Drungarii, epistolæ triginta duæ, ubi de rebus ad theologiam pertinentibus differitur. Illorum ad quos scribit, hæc sunt nomina: Joannes Sinaïta, Manuel Comnenus Imperator, Isaïas Monachus, Gregorius Acropolita, Constantinus Palæologus, Onuphrius Monachus, Andronicus Palæologus, Alypius Monachus, Meletius Monachus, Nilus Monachus, Leon Monachus, Chariton Monachus, Nectarius Monachus, Nicephorus & Gregorius; è nominum autem similitudine non immeritò colligas, genuinum epistolarum illarum auctorem esse *Michaëlem Glycam.*

2.° Anonymi tractatus de arithmetica & geometria.

Is codex manu Theodori cujusdam anno Christi 1488. exaratus est.

MMMXLVI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° *Phalaridis,* Agrigentinorum tyranni, epistolæ.

2.° *Bruti* epistolæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMMXLVII.

Codex chartaceus, olim Medicæus, quo continentur:

1.° *Euripidis, Hippocratis, Diogenis* Cynici, & *Bruti* epistolæ.

2.° *Phalaridis,* Agrigentinorum tyranni, epistolæ.

3.° *Apollonii* Tyanæi epistolæ.

4.° *Pythagoræ* carmina aurea.

5.° *Theophylacti* Simocattæ epistolæ ethicæ, rusticæ & amatoriæ.

6.° Selecta quædam ex Epicteti enchiridio.

7.° *Phocylidis* carmina.

8.° *Hermetis Trismegisti* carmen de terræ motibus.

9.° *Empedoclis* carmen de stellarum errantium in nos potestate.

10.° Homerici centones.

11.° *Corinthi* tractatus de dialectis.

12.° Anonymus, de figuris orationis: supersunt duæ tantùm paginæ. Auctor christianam religionem profitebatur.

13.° *Phalaridis* epistolæ iterum.

Is codex manu Georgii Chrysococcæ, Diaconi, anno Christi 1420. exaratus est.

MMMXLVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Theodori Ducæ Lascaris,* Joannis Ducæ Imperatoris filii, epistola ad magnum Logothetam Georgium Acropolitam.

2.° Ejusdem oratio in laudem Joannis Ducæ Imperatoris.

3.° Ejusdem oratio in laudem urbis Nicææ.

4.° Ejusdem oratio funebris in Fredericum, Germanorum Regem.

5.° Ejusdem oratio in laudem præstantissimi Philosophi Georgii Acropolitæ.

6.° Ejusdem apologia ad amicos qui ipsum hortabantur ut uxorem duceret.

7.° Ejusdem ad Georgium μουζάλωνα oratio, quo pacto domini erga famulos, & famuli erga dominos se gerere deberent.

8.° Ejusdem encomium veris.

9.° Ejusdem satyra in pædagogum suum.

10.° Ejusdem lusus ad quemdam, cujus nomen intercidit.

11.° Versus iambici Græco-barbari, de quinque capitibus ecclesiæ.

Is codex manu Suliardi anno Christi 1486. exaratus est.

MMMXLIX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur:

1.° Recentioris alicujus Itali epistolæ Græcæ, quibus subjuncta Latina interpretatio. Ibi, præter quamdam sermonis elegantiam, nihil occurrit quod vel levissimi momenti esse videatur.

2.° *Julii Pollucis* caput de quotidiana locutione, Græcè & Latinè.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus est.

MMML.

Codex membranaceus, olim Mediceus, quo continentur:

1.° *Phalaridis,* Agrigentinorum tyranni, epistolæ.

2.° *Bruti* epistolæ.

3.° *Abaridis* ad Phalaridem epistola.

4.° *Pythagoræ* ad Hieronem epistola.

5.° *Alciphronis* Rhetoris epistolarum libri duo. Inscribuntur Piscatoriæ, sed ibi complures sunt quæ ad aliud argumentum pertinent.

6.° *Theanûs* Pythagoricæ epistolæ tres.

7.° *Hippocratis* epistolæ.

8.° *Diogenis* Cynici epistolæ.

9.° *Cratetis* Cynici epistolæ.

10.° *Chionis* epistolæ.

11.° *Anacharsidis* epistolæ.

12.° *Apollonii* Tyanæi epistolæ.

13.° *Euripidis* epistolæ.

14.° Anonymi epistolæ quatuor, quas tamen *Alciphronis* esse deprehendimus.

Is codex ineunte sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMMLI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continentur recentioris cujusdam Itali epistolæ, Græcæ & Latinæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMMLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur:

1.° *Bruti* epistolæ.

2.° *Libanii* epistolæ variæ.

3.° *Æschinis* epistolæ.

4.° *Artaxerxis* & *Hippocratis* epistolæ reciprocæ.

5.° *Platonis* epistolæ.

6.° *Phornutus,* de natura deorum.

7.° Demosthenis vita, auctore *Libanio,* unà cum illius ad Montium epistola.

8.° Sententiæ è variis Poëtis, Menandro præsertim selectæ.

9.° Excerpta quædam è Suida.

10.° Definitiones variæ è Platone collectæ.

11.° Anonymi prolegomena rhetorices in decem capita tributa.

12.° Rhetoricæ compendium ex Hermogenis libris, auctore *Matthæo Camariota.* Conjecta ad marginem scholia quædam.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMMLIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur *Nicolai Secundini* & *Bessarionis* Cardinalis epistolæ duæ ad Andronicum Callistum, utraque adversùs Michaëlem Apostolium, qui Theodorum Gazam ut indoctum suggilarat.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

EPISTOLARES.

In-octavo.

MMMLIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Isocratis, Socratis, Xenophontis, Antisthenis, Aristippi, Platonis, Phædri, Aristotelis, Æschinis* Oratoris, *Menandri, Glyceræ, Chionis,* & *Theanûs* Pythagoricæ epistolæ.

2.° Fragmentum geographicum, ubi de oppidis & fluviis celebrioribus quæ in singulis regionibus visuntur.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

MMMLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Guillelmi Budæi* epistola ad Petrum amicum, è Franciscanorum sodalitio.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

PHILOLOGI.

In-folio.

MMMLVI.

Codex chartaceus, quo continentur *Athenæi* Deipnosophistarum libri decem priores.

Is codex manu Hermolai Barbari anno Christi 1482. exaratus est.

MMMLVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Eudociæ* Macrembolissæ Augustæ, quæ primùm Constantino Ducæ Imperatori, deinde Romano III. cognomine Diogeni, nupsit, opus inscriptum Ἰωνία, sive violarium, quo de diis, deabus, viris illustribus, rebusque varii argumenti differitur. Capitum index exhibetur à viro clarissimo Anselmo Bandurio, quem videre operæ pretium est. Nondum prodiit illud egregium antiquitatis monumentum, dignissimum tamen quod publicam lucem aspiciat.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMMLVIII.

Codex chartaceus, ab Arsenio Ægidio Columnæ, Cardinali oblatus. Ibi continetur *Michaëlis Apostolii* opus quod inscribitur Ἰωνία, sive violarium, complectens 1.° illius parœmias ordine alphabetico dispositas: 2.° sententias, historias & apophthegmata singulis litteris subjecta, collectaque partim è veterum, partim è recentiorum Scriptorum monumentis; recentiores autem illi sunt Michael Psellus, Theodorus Prodromus, Joannes Tzetzes & Nicephorus Blemmydes. Nec pauca ibi hactenus inedita reperias; conjecta præterea ad codicis marginem scholia in Homerum, quæ accuratiùs ad examen revocare abs re non fuerit.

Is codex Arsenii, Monembasiæ Archiepiscopi, & Apostolii filii, qui opus à patre inchoatum absolvit, & Leoni X. nuncupavit, manu exaratus est.

MMMLIX.

Codex chartaceus, olim Francisci Asulani. Ibi continentur:

1.° *Michaëlis Apostolii* parœmiæ. Præfixa est epistola ad Laurum Cyrinum, eadem omninò cum illa quæ in editione Pantini legitur.

2.° *Philostratus,* de vitis Sophistarum.

3.° *Theodori Prodromi* oratio, qua confutatur illud dictum: *Paupertas sapientiam sortita est.*

Is codex manu Michaëlis Apostolii, ad summam egestatem redacti, anno Christi 1474. exaratus est.

MMMLX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quò continetur *Michaëlis Apostolii* ad Gasparum, Osmi in Hispania Episcopum, Ἰωνία, sive violarium; hoc autem violarium nihil aliud est quàm collectio proverbiorum insigniorum, ordine alphabetico disposita. Reperiuntur aliquando notæ marginales non contemnendæ, quæ sunt, nî fallor, *Stephani Malinfantii,* cujus nomen libri initio legitur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MMMLXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur *Michaëlis Apostolii* violarium, sive collectio proverbiorum; ea, quæ *Petri Pantini* studio prodiit, multò locupletior. Præmittitur *Arsenii,* Monembasiæ Archiepiscopi, epistola nuncupatoria ad Leonem X. summum Pontificem.

Is codex ejuſdem Arſenii manu anno Chriſti 1526. exaratus eſt.

MMMLXII.

Codex chartaceus, quo continetur librorum Græcorum bibliothecæ Vaticanæ catalogus, ab *Auguſtino*, Eugubino Epiſcopo, & illius Præfecto, in Hippolyti, Ferrarienſis Cardinalis, gratiam confectus, & ordine alphabetico diſpoſitus.

MMMLXIII.

Codex chartaceus, olim Faurianus, quo continetur manuſcriptorum Græcorum bibliothecæ Vaticanæ catalogus, *Federici Morelli* cura exſcriptus anno Chriſti 1586.

MMMLXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur :

1.° Manuſcriptorum Græcorum bibliothecæ Bleſianæ catalogus, in quem illati dicuntur libri qui quondam fuerant penès Hieronymum Fondulum, Georgium Selvam, Epiſcopum Vaurenſem, Antonium Eparchum, Joannem Pinum, Paulinum, Guillelmum Pellicerium, Carolum Gaddium & Franciſcum Aſulanum.

2.° Catalogus codicum Græcorum, quos Beſſarion Cardinalis bibliothecæ ſancti Marci dono dedit. Præmittitur *Beſſarionis* ad Principem, Senatumque Venetorum epiſtola, anno 1469. data.

3.° Catalogus codicum Græcorum Guillelmi Pellicerii, Epiſcopi Monſpelienſis.

4.° Librorum tam Latinorum quàm Græcorum, ab *Aldo Manucio* typis mandatorum catalogus, Venetiis anno 1513. excuſus.

5.° Folium, cujus is titulus : index librorum Græcorum qui reperiuntur; ibi autem fit mentio codicis antiquiſſimi, Hippocratis opera omnia complectentis, qui codex penès Serviæ Regem fuiſſe dicitur.

6.° Catalogus librorum Græcorum ad annum uſque 1498. ab *Aldo Manucio* excuſorum.

MMMLXV.

Codex chartaceus, quo continetur manuſcriptorum Græcorum bibliothecæ Fonteblandenſis catalogus, Henrico II. regnante, Vergetii manu minùs eleganti deſcriptus.

MMMLXVI.

Codex chartaceus, quo continetur librorum manuſcriptorum Græcorum bibliothecæ regiæ catalogus, Henrico II. regnante, Conſtantini Palæocappæ manu deſcriptus.

MMMLXVII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur :

1.° Manuſcriptorum Græcorum bibliothecæ, cujus nomen non comparet, catalogus; ibi autem nihil occurrit quod ſit alicujus momenti.

2.° Epitaphia varia in laudem Cardinalis Farneſii. Quædam Latinè converſa ſunt.

3.° Conciliorum quorumdam canones.

4.° Synaxarium.

5.° Quædam ad officium Græcorum eccleſiaſticum pertinentia.

6.° Quædam de ſyntaxi.

7.° Animalium quorumdam proprietates allegoricè explicatæ.

8.° Sententiæ nonnullæ ad morum doctrinam ſpectantes.

9.° Pauca quædam de reducta in Turcarum poteſtatem Cypro.

10.° Epitaphia quædam.

11.° Obſervationes grammaticæ.

12.° *Joannes* Damaſcenus, de mortuorum reſurrectione, Græcè & Latinè.

13.° Grammaticæ obſervationes.

14.° Preces variæ.

15.° Fragmenta Hippolyti.

16.° *Procli*, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, oratio in feſtum Theophaniorum.

17.° Libri de aſtronomia, cujus auctor *Michael Pſellus*, collatio cum codice Vaticano.

18.° Inſtrumentum, quo Geraſimus, Abbas cœnobii ſancti Petri in Calabria, præter agros & alia multa, codices quoſdam manuſcriptos monaſterio legat, quos inter evangelia, ſanctorum Baſilii, Athanaſii & Ephræmi opera nonnulla, ſanctum Joannem Climacum, nomocanonem, geronticon, Joannem Damaſcenum, Iſaacum Syrum, & complura alia volumina ad officium Græcorum pertinentia; inſtrumentum autem illud ex exemplari quod erat penès Bernardinum Marchionem de Mendoza, deſcriptum dicitur.

19.° *Nicolai Ferrini* ad Gregorium XIII. ſummum Pontificem, epiſtola de infelici Græcorum ſtatu.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus eſt.

MMMLXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur index codicum manuſcriptorum Græcorum bibliothecæ cujus nomen deſideratur.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus eſt.

MMMLXIX.

Codex chartaceus, quo continentur *Angeli Politiani* miſcellanea, ſive excerpta è variis Scriptoribus Græcis.

PHILOLOGI.

In-quarto.

MMMLXX.

Codex membranaceus, quo continentur *Zenobii* proverbia.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

MMMLXXI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus, quo continentur Tarrhæi & Didymi proverbia, à *Zenobio* in epitomen contracta.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMMLXXII.

Codex chartaceus, olim Bigotianus, quo continetur proverbiorum collectio, auctore *Michaële Apoſtolio*.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMMLXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur codicum bibliothecæ Vaticanæ Græcorum catalogus, ordine alphabetico digeſtus.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMMLXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continetur catalogus librorum manuſcriptorum Græcorum, Hebraïcorum & Latinorum, qui in Rodulphi Cardinalis bibliotheca quondam aſſervati ſunt.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus eſt.

MMMLXXV.

Codex chartaceus, quo continentur *Nicephori Gregoræ* libri tùm hiſtorici, tùm dogmatici, quos in codicibus Regis Chriſtianiſſimi deſideratos, è manuſcripto bibliothecæ Vaticanæ 1095. deſcribi curavit, & cum ipſo codice omni cura & ſtudio contulit Fridericus Roſtgaard.

Is codex anno Chriſti 1699. exaratus eſt.

MMMLXXVI.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Variæ lectiones in Phornuti librum de natura deorum, è vetuſto exemplari, quod fuit penès Henricum Scrimgerum, excerptæ.

2.° *Palladius*, de Brachmanibus, cum variis codicibus collatus.

3.° *Archigenis* fragmentum de nephritide.

Is codex manu recentiore exaratus eſt.

PHILOLOGI.

In-octavo.

MMMLXXVII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus, quo continentur *Zenobii* proverbia, ordine alphabetico diſpoſita.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

MMMLXXVIII.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur variæ lectiones in Phornutum, Palæphatum & Gregorium Nazianzenum, è veteri codice à *Claudio Salmaſio* excerptæ.

COLLECTANEA BIGOTIANA.

In-quarto.

MMMLXXIX.

Codex chartaceus, quo continetur *Euthymii Zigabeni* commentarius in Pſalmos. Præmittitur *Coſmæ* Indicopleuſtæ prologus.

Is codex ex alio exemplari, manu Emerici Bigotii deſcriptus eſt.

MMMLXXX.

Codex chartaceus, quo continetur hiſtoria ſynodi Florentinæ, è Græco Gregorii Syropuli in linguam Latinam à *Jacobo Goaro* converſa.

Is codex ex exemplari in Bibliotheca regia aſſervato, deſcriptus dicitur.

MMMLXXXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Palladii*, Epiſcopi Helenopoleos, dialogus cum Theodoro, Eccleſiæ Romanæ Diacono, de vita & converſatione beati Joannis Chryſoſtomi, Epiſcopi Conſtantinopoleos. Conjectæ ad marginem non paucæ emendationes.

2.° *Cassiani* Monachi opus de cœnobiorum institutis, ad Castorem Episcopum. Conjectæ ad marginem emendationes variæ.

Is codex è vetusto aliquo codice, ipsius Bigotii manu descriptus est.

MMMLXXXII.

Codex chartaceus, quo continetur *Nilus* de voluntaria paupertate, Emerici Bigotii manu descriptus.

MMMLXXXIII.

Codex chartaceus, quo continentur excerpta è variis Scriptoribus ecclesiasticis, manu Emerici Bigotii scripta.

MMMLXXXIV.

Codex chartaceus, quo continetur *Joannis Laurentii,* Philadelphiensis, Lydi liber de mensibus, Emerici Bigotii manu è vetusto aliquo exemplari descriptus.

MMMLXXXV.

Codex chartaceus, quo continetur *Petri,* Diaconi & Philosophi, tractatus de sole, luna & sideribus.

Is codex è bibliotheca Ludovici Martelli ad Emericum Bigotium pervenisse dicitur.

COLLECTANEA BIGOTIANA.

In-octavo.

MMMLXXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur *Emerici Bigotii* animadversiones variæ ad Vetus & Novum Testamentum.

MMMLXXXVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Philonis* Carpathii commentarius in Canticum canticorum.

2.° Variæ lectiones ad Josephi librum primum de bello Judaïco, è codice Vaticano.

3.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ duæ, è codice Vaticano.

4.° *Choricii* Sophistæ oratio in laudem summi exercituum Ducis; item è codice Vaticano.

MMMLXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi introductio ad musicam Græcorum ecclesiasticam.

2.° *Theodori Sabbaïtæ* capita ad mores informandos spectantia.

3.° *Manuëlis Phile* versus iambici, quibus magnis laudibus extollitur Andreæ, Cretensis Archiepiscopi, oratio in laudem sancti Nicolai Myrensis.

4.° Excerpta è Claudii Puteani ad Vincentium Pinellum epistolis.

5.° Variæ lectiones ad Vetus Testamentum.

6.° *Georgii* Acropolitæ oratio in templum dominicæ resurrectionis instauratum.

7.° Excerpta è nonnullis bibliothecæ Ambrosianæ codicibus.

MMMLXXXIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Epistola sancti *Archelai,* Episcopi Catholici, contra Manichæum.

2.° Epistola eadem, è codice olim Bobiensi, nunc Ambrosiano, unà cum variis lectionibus.

3.° Fragmenta quædam Euthymii Zigabeni.

4.° Variæ lectiones ad hymnos in ecclesia cantari solitos.

5.° Variæ lectiones ad Theodorum, Presbyterum Raithi, unà cum nonnullis illius fragmentis.

6.° *Anastasii* Episcopi capita quædam, è codice Ambrosiano.

7.° Præfatio Abbatis *Serapionis* de octo principalibus vitiis, è codice Ambrosiano.

MMMXC.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Excerpta è nonnullis sanctorum Athanasii, Basilii, Gregorii Nazianzeni, & Cyrilli Alexandrini operibus in Latinam linguam olim conversis.

2.° Regulæ Monachorum, à *Joanne Cassiano* conscriptæ, & primò de octo vitiis generalibus. Accesserunt variæ lectiones.

MMMXCI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Variæ lectiones ad vitam sancti Joannis Chrysostomi conscriptam ab anonymo.

2.° Catalogus codicum manuscriptorum beatæ Mariæ de Lyra.

3.° Excerpta è variis scriptoribus ecclesiasticis.

MMMXCII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ

quatuor in Angelos nempè, in Archangelos, in pretiosam & vivificam crucem, & in Theophania, ex quibusdam codicibus manu Emerici Bigotii descriptæ.

2.° Sancti *Epiphanii* expositio in Canticum canticorum, item è codice aliquo descripta.

MMMXCIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in illud Matthæi: *Pater, si possibile est.*

2.° Catalogus vitarum Sanctorum, quæ in nonnullis codicibus reperiuntur.

MMMXCIV.

Codex chartaceus, quo continetur sancti *Joannis Chrysostomi* homilia sexta ad Antiochenos, è vetusto codice bibliothecæ Medicææ, Frederici Morelli manu descripta.

MMMXCV.

Codex chartaceus, quo continentur excerpta è codicibus manuscriptis bibliothecæ sancti Laurentii, in quibus non pauca ad sanctum Joannem Chrysostomum, Nilum & Sanctorum vitas spectantia.

MMMXCVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Variæ lectiones ad opus sancti Hieronymi de viris illustribus, è tribus manuscriptis codicibus bibliothecæ Ambrosianæ.

2.° Catalogus codicum quorumdam manuscriptorum in bibliotheca Vaticana, & sancti Joannis de Carbonaria asservatorum.

3.° *Nili* epistola ad Olympiodorum.

MMMXCVII.

Codex chartaceus, quo continentur excerpta è bibliotheca Colbertina, in quibus multa ad Palladii historiam Lausiacam spectantia reperias.

MMMXCVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Nili* opuscula varia, è codicibus vetustis descripta.

2.° Variæ lectiones ad orationem primam sancti Gregorii Nysseni adversùs Eunomium.

MMMXCIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Evagrii* opusculum de octo vitiosis cogitationibus, cum codice Colbertino à Bigotio collatum.

2.° Fragmentum libri primi Oribasii ad Eustathium filium, illudque Latina lingua conversum, & è codice manuscripto Carnotensis ecclesiæ descriptum.

3.° Synopsis novem Oribasii librorum, ad Eustathium filium, è codice regio descripta.

4.° Scaligeriana, sive potiùs excerpta è Scaligerianis.

MMMC.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Basilii* Seleuciensis homiliæ in Pentecosten, & in Jobum. Accedunt variæ lectiones.

2.° *Nili* epistolæ nonnullæ, cum variis lectionibus.

3.° *Martyrii*, Episcopi Antiocheni, oratio in laudem sancti Joannis Chrysostomi, cum variis lectionibus.

4.° *Constantini* Imperatoris, Leonis filii, oratio in Chrysostomum.

5.° *Glycæ* ad Andronicum Palæologum epistola.

6.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ duodecim.

7.° *Theodori* Studitæ fragmenta nonnulla.

8.° Obervatio, ubi de operibus sancti Joannis Chrysostomi, quæ in editione Saviliana non reperiuntur.

MMMCI.

Codex chartaceus, quo continentur Patrum homiliæ, in quodam lectionario certis diebus assignatæ.

MMMCII.

Codex chartaceus, quo continetur catalogus vitarum Sanctorum, quæ in codicibus Colbertinis leguntur.

MMMCIII.

Codex chartaceus, quo continetur index vitarum Sanctorum, quæ in nonnullis codicibus manuscriptis reperiuntur.

MMMCIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Episcoporum & Clericorum ad Joannem Palæologum, Imperatorem, oratio apologetica ad eorum defensionem quæ in synodo Florentina acta sunt.

2.° *Marci Eugenici* oratio apologetica, morte imminente dicta.

3.° Variæ lectiones ad Leonis tactica.

MMMCV.

Codex chartaceus, quo continetur *Gregorii Palamæ,* Archiepiscopi Thessalonicensis, opusculum adversùs primatum Papæ & concilium Florentinum.

MMMCVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Scholia in quosdam Luciani dialogos.

2.° Index auctorum qui ab Erotiano, Polluce, Hesychio, Suida, aliisque laudantur.

MMMCVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Variæ lectiones ad Themistium.

2.° *Urbicii* tactica.

MMMCVIII.

Codex chartaceus, quo continentur variæ lectiones ad Themistium, è bibliothecæ Ambrosianæ codicibus, Emerici Bigotii manu descriptæ, unà cum præstantiorum ejusdem bibliothecæ librorum catalogo, & quibusdam ex illis excerptis.

MMMCIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Emendationes ad orationes Libanii in Constantis & Constantii, & in Juliani laudem dictas, è codicibus manuscriptis.

2.° Emendationes ad librum secundum Victoris Vitensis; item è codicibus manuscriptis.

3.° Emendationes ad Arati phænomena, è Claudii Salmasii exemplari.

4.° Emendationes ad Arati Diosemeia, è vetusto codice regio.

5.° Variæ lectiones in librum sancti Joannis Chrysostomi de sacerdotio, Latinè conversum.

6.° Variæ lectiones in Antonini itinerarium, è codicibus Thuani & Altini.

MMMCX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Epistolæ quædam *Libanii,* manu Emerici Bigotii descriptæ.

2.° Variæ lectiones ad Plinium.

3.° Variæ lectiones ad Pollucem.

MMMCXI.

Codex chartaceus, quo continentur *Leonis* & *Mauricii* tacticorum fragmenta, è manuscriptis codicibus bibliothecæ Ambrosianæ.

MMMCXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Excerpta varia è codicibus manuscriptis bibliothecæ Vaticanæ, & sancti Joannis de Carbonaria Neapoli.

2.° Catalogus codicum præstantiorum, in bibliotheca, cujus nomen non comparet, asservatorum.

MMMCXIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Excerpta è nonnullis bibliothecis quæ Romæ visuntur.

2.° Variæ lectiones ad Anacreontem.

3.° Variæ lectiones ad Iamblichum de vita Pythagoræ, è manuscripto codice sancti Laurentii.

4.° Variæ lectiones ad Hieroclis commentarium in aurea Pythagoræ carmina; item è codice manuscripto sancti Laurentii.

5.° Notæ *Lucæ Holstenii* in historiam Philostorgii.

6.° Explicatio historiarum quæ occurrunt in sancti Gregorii Nazianzeni oratione funebri sancti Basilii.

MMMCXIV.

Codex chartaceus, quo continentur *Emerici Bigotii* excerpta nonnulla è codicibus bibliothecæ Florentinæ.

MMMCXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Excerpta è variis codicibus.

2.° Catalogus bibliothecæ cujus nomen non comparet.

MMMCXVI.

Codex chartaceus, quo eontinentur *Emerici Bigotii* variis de rebus excerpta, ubi emendationes ad varios auctores.

MMMCXVII.

Codex chartaceus, quo continentur *Emerici Bigotii* variis de rebus excerpta.



APPENDIX

Complectens Codices Manuscriptos Constantinopoli paucis ab hinc mensibus in Bibliothecam Regiam illatos.

VETUS TESTAMENTUM.

In-quarto.

XVII. *A.*

Codex chartaceus, quo continentur Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices & Ruth. Præmittuntur quædam ad officium Græcorum ecclesiasticum pertinentia.

Is codex Petri Presbyteri manu, anno Christi 1439. exaratus est.

NOVUM TESTAMENTUM.

In-quarto.

LXXXI. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur Evangelia quatuor. Præmittuntur *Eusebii* canones, & illius ad Carpianum epistola. Initio Evangeliorum Matthæi & Marci, utriusque imagines conspiciuntur rudi manu delineatæ; item ad calcem voluminis occurrit synaxarium.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

C. *A.*

Codex chartaceus, quo continentur Evangelia quatuor. Singulorum initium litteris aureis scriptum est.

Is codex manu Lucæ cujusdam, qui se ἀρχιθύτην, fortassè Archiepiscopum appellat, anno Christi 1625. die februarii decima quinta exaratus est.

CII. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur Acta Apostolorum, Pauli & aliorum Epistolæ. Ad illarum calcem occurrit synaxarium. Sequitur Joannis Apocalypsis.

Is codex sæculo decimo videtur exaratus, si tamen Apocalypsim excipias, quæ ad sæculum decimum tertium referenda est.

CIII. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Acta Apostolorum. Initio non pauca desiderantur, quæ manu recentiori suppleta sunt.

2.° Pauli & aliorum epistolæ. Finis & interdum folia nonnulla desiderantur. Singulis epistolis præfixum argumentum.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

CVI. *A.*

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Apostolorum acta, quibus argumenta & capitum index præmittuntur; conjecta præterea ad marginem brevia quædam scholia.

2.° Jacobi, Petri, Joannis & Pauli Epistolæ. Præfixum argumentum, & capitum index.

3.° Hymni in officio Græcorum ecclesiastico cantari soliti.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

VETERIS TESTAMENTI INTERPRETES.

In-folio.

CXLI. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Commentarius in Psalmos Davidis. Desiderantur priores quinque Psalmi & pars sexti; desideratur quoque nomen auctoris.

2.° Catena in Scripturæ sacræ Cantica, è variis Scriptorum ecclesiasticorum locis contexta. Ibi laudatos reperias Aquilam, Cyrillum Alexandrinum, Eudoxum, Eusebium Cæsarcensem, Gennadium, Hesychium, Joannem Chrysostomum, Severum, Theodoretum, Theodorum & Victorem.

3.° Catalogus homiliarum quæ sancto Joanni Chrysostomo jure ac meritò tribuuntur; sunt autem centum & tres. Observandum est præterea singularum homiliarum initium indicari.

4.° Anonymi tractatus de anima. Superest tantùm pagina fermè dimidia.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

VETERIS TESTAMENTI INTERPRETES.

In-quarto.

CLXXIII. *A.*

Codex chartaceus, quo continetur Proverbiorum & Sapientiæ Salomonis brevis explicatio, ſive paraphraſis lingua Græca vulgari ſcripta. Auctoris nomen non comparet.

Is codex ſæculo decimo ſeptimo exaratus videtur.

NOVI TESTAMENTI INTERPRETES.

In-folio.

CXCIV. *A.*

Codex bombycinus, quo continetur *Theophylacti*, Bulgariæ Archiepiſcopi, commentarius in Evangelia quatuor. Initio voluminis reperiuntur folia ſeptem membranacea, in quibus Evangelii Joannis pars prima duodecimo, nî fallor, ſæculo ſcripta; ad finem verò commentariorum verſus iambici in Matthæum & Marcum.

Is codex manu Nicandri Monachi, anno Chriſti 1255. exaratus eſt.

CCXIV. *A.*

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Anonymi enarratio in Evangeliorum ſectiones, quæ ſingulis anni dominicis in Eccleſia Græca leguntur.

2.° Sancti *Maximi* Confeſſoris brevis expoſitio fidei.

3.° *Joannis,* veteris Romæ Epiſcopi, ad Photium, Patriarcham Conſtantinopolitanum, epiſtola.

4.° Diſputatio Græcum inter & quoſdam Cardinales Eccleſiæ Romanæ Legatos, de Spiritus ſancti proceſſione. Incipit τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας ἐκκλησίας τὰ τῶν ἐκκλησιῶν πασῶν. Finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

CCXXIV. *A.*

Codex chartaceus, quo continetur in Epiſtolas ad Romanos & Hebræos commentarius. Initium & finis deſiderantur; auctoris verò nomen non comparet.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

LIBRI RITUALES.

In-quarto.

CCCLXXI. *A.*

Codex bombycinus, quo continetur auctoris, cujus nomen non comparet, commentarius in cantica apud Græcos cani ſolita.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

CDIX. *A.*

Rotulus membranaceus, quo continetur ſancti *Joannis Chryſoſtomi* liturgia.

Is rotulus ſæculo undecimo exaratus videtur.

SANCTI PATRES.

In-folio.

DII. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Baſilii* religioſæ vitæ inſtitutio, & ad regulas proluſio.

2.° Ejuſdem, regulæ Monachorum fuſiùs diſputatæ, & quæſtionibus quinquaginta quinque, totidemque reſponſionibus comprehenſæ.

3.° Ejuſdem, regulæ breviores, quæſtionibus trecentis & tredecim, totidemque reſponſionibus comprehenſæ.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

DXXXIV. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni oratio in laudem Machabæorum. Initium deſideratur.

2.° Ejuſdem oratio in laudem Cypriani Martyris.

3.° Ejuſdem oratio in laudem ſancti Athanaſii, Alexandrini Epiſcopi.

4.° Ejuſdem oratio coram centum & quinquaginta Epiſcopis dicta.

5.° Ejuſdem oratio de pauperibus charitate complectendis.

6.° Ejuſdem de theologia orationes. Pars major deſideratur.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

DLII. *A.*

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni orationes duæ in Pascha, unà cum scholiis. Præmittuntur definitiones vocum quarumdam ad theologiam pertinentium, illæque initio mutilæ. Sequuntur nonnulla de primis conciliis generalibus.

2.° Ejusdem oratio in novam dominicam, unà cum scholiis.

3.° Ejusdem oratio in Pentecosten, unà cum scholiis.

4.° Ejusdem oratio in laudem Machabæorum, unà cum scholiis.

5.° Ejusdem oratio in laudem Cypriani Martyris, unà cum scholiis.

6.° Ejusdem oratio in descriptionem census (sic titulus) una cum scholiis.

7.° Ejusdem oratio in sancta lumina, unà cum scholiis.

8.° Ejusdem oratio in sanctum baptisma, unà cum scholiis.

9.° Ejusdem oratio coram Gregorio Nysseno dicta, unà cum scholiis.

10.° Ejusdem oratio in laudem sancti Athanasii, unà cum scholiis.

11.° Ejusdem oratio coram centum & quinquaginta Episcopis dicta, unà cum scholiis.

12.° Ejusdem oratio de pauperibus charitate complectendis, unà cum scholiis.

13.° Ejusdem oratio in plagam grandinis, unà cum scholiis. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

D L V. A.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni oratio in Pascha, unà cum scholiis. Initium desideratur.

2.° Ejusdem oratio in novam dominicam, unà cum scholiis.

3.° Ejusdem oratio in Pentecosten, unà cum scholiis.

4.° Ejusdem oratio in laudem Machabæorum, unà cum scholiis.

5.° Ejusdem oratio in laudem Cypriani Martyris, unà cum scholiis.

6.° Ejusdem oratio in Christi nativitatem, unà cum scholiis.

7.° Ejusdem oratio in sancta lumina, unà cum scholiis.

8.° Ejusdem oratio in sanctum baptisma, unà cum scholiis.

9.° Ejusdem oratio coram Gregorio Nysseno dicta, unà cum scholiis.

10.° Ejusdem oratio coram centum quinquaginta Episcopis dicta, unà cum scholiis.

11.° Ejusdem oratio de pauperibus charitate complectendis, unà cum scholiis.

12.° Ejusdem oratio in plagam grandinis, unà cum scholiis. Finis desideratur.

Is codex in monasterio sanctæ Anastasiæ, Φαρμακολυτρίας dictæ, quondam asservatus, sæculo decimo tertio exaratus videtur.

D L X X I. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni orationes duæ in Pascha.

2.° Ejusdem oratio in novam dominicam.

3.° Ejusdem oratio in Pentecosten.

4.° Ejusdem oratio in laudem Machabæorum.

5.° Ejusdem oratio in laudem Cypriani Martyris.

6.° Ejusdem oratio in Julianum Exæquatorem.

7.° Ejusdem oratio in Christi nativitatem.

8.° Ejusdem oratio funebris in laudem Basilii.

9.° Ejusdem oratio in sancta lumina.

10.° Ejusdem oratio in sanctum baptisma.

11.° Ejusdem oratio coram Gregorio Nysseno dicta.

12.° Ejusdem oratio in laudem sancti Athanasii.

13.° Ejusdem oratio valedictoria, coram centum quinquaginta Episcopis dicta.

14.° Ejusdem oratio de pauperibus charitate complectendis.

15.° Ejusdem oratio in plagam grandinis.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

D L X X X I V. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Gregorii* Nysseni homiliæ in Genesin. Duæ priores desiderantur. Tertiæ una tantùm pagina superest.

2.° Ecclesiastæ Salomonis expositio homiliis octo comprehensa, eodem auctore.

3.° Cantici canticorum enarratio homiliis quindecim constans, eodem auctore.

4.° Ejusdem oratio de divinitate Filii & Spiritus sancti.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DXCIX. A.

Codex partim membranaceus, partim bombycinus, quo continentur:

1.° Sancti *Ephræmi* Syri variæ ad Monachos adhortationes. Initium desideratur.

2.° Ejusdem capita ascetica centum.

3.° Ejusdem sermo de non ferendo in alios judicio, & de patientia.

4.° Ejusdem oratio in pretiosam & vivificam crucem Domini.

5.° Ejusdem responsiones ad varias quæstiones sibi propositas.

6.° Ejusdem sermo, Monachum perfectum esse debere.

7.° Ejusdem sermo de divina gratia.

8.° Ejusdem sermo de morbo linguæ & affectibus.

9.° Ejusdem de nonnullis virtutum generibus, longanimitate, mansuetudine, obedientia, &c. sermones varii.

10.° Ejusdem reprehensio sui ipsius & confessio.

11.° Ejusdem sermo ad eversionem superbiæ.

12.° Ejusdem sermo de compunctione animi.

13.° Ejusdem sermo de pœnitentia.

14.° Ejusdem sermo asceticus.

15.° Ejusdem sermo ad imitationem Proverbiorum.

16.° Ejusdem sermo de timore.

17.° Ejusdem sermo ad illorum emendationem, qui vitiosè vivunt.

18.° Ejusdem sermo de affectibus.

19.° Ejusdem sermo de pœnitentia.

20.° Ejusdem sermo de compunctione animi.

21.° Ejusdem sermo similis argumenti.

22.° Ejusdem sermo adhortatorius.

23.° Ejusdem sermones duo in sanctos Patres, qui temporibus suis consummati sunt.

24.° Ejusdem oratio tetrasyllaba & heptasyllaba.

25.° Ejusdem oratio de timore animi.

26.° Precatio è sancti Ephræmi doctrina.

27.° Ejusdem oratio admonitoria in formam epistolæ.

28.° Ejusdem sermo de patientia.

29.° Ejusdem sermo, quomodo anima tentationis tempore ad Deum recurrere debeat.

30.° Ejusdem sermo de judicio & compunctione.

31.° Ejusdem sermo de beatitudinibus & miseriis.

32.° Ejusdem confessio & ad Deum precatio.

33.° Ejusdem sermo de fide.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

DCCXIV. A.

Codex membranaceus, quo continentur sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ quinquaginta priores in Joannem. Desiderantur septem primæ. Octavæ pars major superest.

Is codex, qui quondam fuit penès Eustratium, cœnobii beatæ Virginis Præfectum, sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCXLV. A.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* in epistolam Pauli ad Philippenses homiliæ quindecim.

2.° Ejusdem in epistolam ad Hebræos homiliæ triginta quatuor.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

DCCLXV. A.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia tertia & quarta in Judæos. Tertiæ initium desideratur.

2.° Ejusdem homilia quarta, quinta & sexta de sacerdotio. Præmittitur capitum index.

3.° Ejusdem homilia secunda in Judæos. Finis desideratur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

DCCLXXVII. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Homiliæ ſex in mundi creationem. Primæ initium deſideratur. Secunda, tertia, quarta, quinta, & ſeptima *Severianum*, Gabalorum Epiſcopum, auctorem habent; ſexta ſancto *Joanni Chryſoſtomo* vulgò tribuitur. Incipit καλοὶ τῆς ὑπομονῆς οἱ πόνοι.

2.° Sancti *Baſilii* in hexaëmeron homiliæ undecim.

3.° Sancti *Gregorii* Nyſſeni oratio apologetica, qua quædam ſancti Baſilii hexaëmeri loca adversùs iniquas nonnullorum reprehenſiones defenduntur.

4.° Ejuſdem de opificio hominis liber. Præfixus capitum index.

Is codex manu cujuſdam, qui ſe Trinobi urbis in Mœſia ſitæ Patriarcham appellat, anno Chriſti 1590. exaratus eſt.

DCCCXXVII. A.

Codex chartaceus, quo continetur opus cujus titulus, anonymi philoſophia; eſt autem tractatûs *Nemeſii* de anima fragmentum.

Is codex ſæculo decimo ſeptimo exaratus eſt.

DCCCXXXVII. A.

Codex membranaceus, quo continentur ſancti *Cyrilli*, Alexandrini Archiepiſcopi, libri de ſancta, conſubſtantiali & indiviſibili Trinitate. Præmittitur index viginti libros complectens; obſervandum autem eſt titulos, ut & primas capitum litteras aureis characteribus ſcriptas.

Is codex, ut conſtat è ſeptem verſibus iambicis qui ad calcem leguntur, manu Nicolai Monachi exaratus eſt, & ad ſæculum undecimum referendus videtur.

DCCCLXV. A.

Codex bombycinus, quo continetur ſancti *Joannis Climaci* ſcala paradiſi.

Is codex manu Daniëlis Monachi, ſæculo, ut videtur, duodecimo exaratus eſt.

CMXVII. A.

Codex chartaceus, quo continetur patericon. Initium deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

SANCTI PATRES.

In-quarto.

CMLXXV. A.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni orationes quinque de theologia. Accedunt ſcholia locupletiſſima, quorum fortaſsè auctor eſt *Elias* Cretenſis.

2.° Ejuſdem oratio ad Ægyptios. Accedunt ſcholia.

3.° Ejuſdem oratio funebris in laudem Cæſarii fratris. Accedunt ſcholia.

4.° Ejuſdem orationes duæ in Julianum Apoſtatam. Accedunt ſcholia.

5.° Ejuſdem oratio de fuga ſua in Pontum. Accedunt ſcholia.

6.° Ejuſdem orationes duæ de pace. Accedunt ſcholia.

7.° Ejuſdem oratio funebris in laudem patris. Accedunt ſcholia.

8.° Ejuſdem oratio ad Arianos de multitudine ſua gloriantes. Accedunt ſcholia.

9.° Ejuſdem prævia diſputatio adversùs Eunomianos. Accedunt ſcholia.

10.° Ejuſdem ad Nectarium, Conſtantinopolitanum Epiſcopum, epiſtolæ. Accedunt ſcholia.

11.° Ejuſdem oratio in illud Matthæi: *Cùm conſummaſſet Jeſus hos ſermones*. Accedunt ſcholia.

12.° Ejuſdem oratio in electione Eulalii dicta. Accedunt ſcholia.

13.° Ejuſdem ad Evagrium epiſtola de divinitate. Accedunt ſcholia.

14.° Ejuſdem annotatio de quatuor apud Ezechiëlem animalibus, cum uno tantùm ſcholio.

15.° Ejuſdem paraphraſis in Eccleſiaſten Salomonis.

16.° Ejuſdem oratio ad Nazianzi incolas, Præfecti ipſis infenſi iram reformidantes. Accedunt ſcholia.

17.° Ejuſdem oratio ad patrem, qui Nazianzenæ eccleſiæ curam ipſi commiſerat. Accedunt ſcholia.

18.° Ejuſdem oratio ad patrem & ad Baſilium magnum, cum Epiſcopus Saſimorum unctus eſſet. Accedunt ſcholia.

19.° Ejuſdem oratio funebris in laudem

Gorgoniæ ſororis. Accedunt ſcholia.

20.° Ejuſdem oratio de virginitate. Accedunt ſcholia.

21.° Ejuſdem vita in epitomen contracta, & è menologio petita.

22.° Troparion in eumdem.

Is codex in monaſterio ſanctæ Anaſtaſiæ, Φαρμακολυτρίας dictæ, quondam aſſervatus, ſæculo undecimo exaratus videtur.

CMLXXV. *B.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni oratio prima in Paſcha.

2.° Ejuſdem oratio in novam dominicam.

3.° Ejuſdem oratio in Pentecoſten.

4.° Ejuſdem oratio in Chriſti nativitatem

5.° Ejuſdem oratio valedictoria, coram centum quinquaginta Epiſcopis dicta.

6.° Ejuſdem oratio in ſanctum baptiſma.

7.° Ejuſdem oratio de pauperibus charitate complectendis. In iis orationibus, eraſâ priore ſcripturâ, altera ſuperinducta eſt.

8.° Ejuſdem oratio de dogmate & officio Epiſcoporum.

9.° Ejuſdem oratio de theologia. Conjecta ad marginem brevia quædam ſcholia.

10.° Ejuſdem oratio ad Ægyptios.

11.° Ejuſdem oratio in laudem Athanaſii, Alexandrini Epiſcopi. Conjecta ad marginem ſcholia.

12.° Ejuſdem oratio in laudem Cypriani Martyris.

13.° Ejuſdem oratio in laudem Machabæorum.

14.° Ejuſdem oratio in laudem Maximi Cynici. Annotatum ab aliquo eſt hancce orationem Conſtantinopoli dictam eſſe.

15.° Ejuſdem oratio funebris in laudem ſancti Baſilii. Conjecta ad marginem brevia quædam ſcholia, in quorum uno obſervatum reperias hancce orationem à Gregorio, poſt ſuam ad urbem Conſtantinopolim profectionem, publici juris factam videri.

16.° Ejuſdem oratio coram Gregorio Nyſſeno dicta.

17.° Ejuſdem oratio ad Nazianzi incolas qui ſe, cum factus eſſet Preſbyter, acciverant.

18.° Ejuſdem oratio de fuga ſua in Pontum. Accedunt ſcholia quædam.

19.° Ejuſdem oratio funebris in laudem Cæſarii fratris.

20.° Ejuſdem oratio ad patrem & ad Baſilium, cum Epiſcopus Saſimorum unctus eſſet.

21.° Ejuſdem oratio ad eoſdem, de Epiſcopi munere ægrè ſuſcepto.

22.° Ejuſdem oratio in Julianum Exæquatorem.

23.° Ejuſdem oratio in plagam grandinis.

24.° Ejuſdem oratio funebris in laudem Gorgoniæ ſororis. Accedunt ſcholia.

25.° Ejuſdem oratio in laudem patris, coram Baſilio.

26.° Ejuſdem orationes duæ primæ de pace.

27.° Ejuſdem oratio de theologia adversùs Eunomianos. Accedunt ſcholia.

28.° *Macarii* epiſtola ad fratres. Finis deſideratur.

Hujuſce codicis pars prior undecimo ſæculo, altera duodecimo videtur exarata.

MXVI. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur ſancti *Joannis Chryſoſtomi* in epiſtolam Pauli ad Romanos homiliæ. Præmittuntur ſententiæ quædam inſigniores ab anonymo ex hiſce homiliis excerptæ, & quæ ipſi ad mores informandos imprimis idoneæ viſæ ſunt.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

MXIX. *A.*

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* homiliæ tres in Lazarum.

2.° Homilia parùm rectè *Chryſoſtomo* tributa. Incipit περὶ ἣ τῶν Γαλιλαίων.

3.° Ejuſdem homilia quarta in Lazarum.

4.° Ejuſdem homilia in illud Apoſtoli: *De dormientibus nolo vos ignorare fratres.*

5.° Ejuſdem homiliæ quinque in Iſaïam.

6.° Ejuſdem homilia in Seraphim.

7.° Ejuſdem homilia de diabolo tentatore.

8.° Ejuſdem homilia contra ignaviam.

9.° Ejusdem homilia de instituenda secundum Deum vita.

10.° Ejusdem homilia in illud Apostoli: *Nolo vos ignorare quòd Patres vestri omnes sub nube fuerunt.*

11.° Ejusdem homilia in illud Apostoli: *In faciem Petro restiti.*

12.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni oratio de seipso, & ad eos qui dicebant episcopatum Constantinopolitanum ab ipso affectari.

13.° *Maximi* de anima disputatio adversùs Arianum.

14.° Sancti *Joannis Chrysostomi* ad Olympiadem Diaconissam epistolæ sexdecim.

15.° Ejusdem ad Brisonem epistola.

16.° Ejusdem ad Alphium epistola.

17.° Ejusdem ad Candidianum epistola.

18.° Ejusdem ad Elpidium Episcopum epistola.

19.° Ejusdem ad Polybium epistola.

20.° Ejusdem ad Episcopos, Presbyteros & Diaconos inclusos epistola.

21.° Ejusdem ad Theodotum Diaconum epistola.

22.° Ejusdem ad Antiochenum Episcopum epistola.

23.° Ejusdem ad Olympiadem de iis qui ob suum exilium scandalizati fuerant, epistola, ni fallor, inedita. Incipit γέγονε γενομένῳ ποτὲ τῷ Ἀβραάμ.

24.° *Pontii Pilati* ad Tiberium Imperatorem de Christo Domino epistola. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MXLIII. A.

Codex chartaceus, quo continetur *Synesii* de regno ad Imperatorem Arcadium oratio, in linguam Græcam vulgarem conversa.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

MLXII. A.

Codex membranaceus, quo continetur sancti *Joannis Climaci* scala paradisi. Conjecta ad marginem scholia; initium verò desideratur.

Is codex manu cujusdam Antonii sæculo, ut videtur, decimo exaratus est.

MLXXIII. A.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Isaaci,* Anachoretæ Syri, de vita monastica opus, in varias homilias divisum. Incipit ἡ ψυχὴ ἡ θεὸν ἀγαπῶσα.

2.° Quæ sincero Cœnobitæ leges potissimùm servandæ sint. Auctoris nomen non comparet; operis verò initium est τὸ πλεῖστον ἔργον τῆς ἀσκήσεως.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

MCXXIII. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis* Damasceni capita dialectica ad Cosmam, Majumæ Episcopum.

2.° Ejusdem, orthodoxæ fidei accurata expositio.

3.° Fidei professio, cujus auctores dicuntur *Anastasius* Antiochenus, & *Cyrillus,* Alexandrinus Patriarcha.

4.° Loci communes, partim ex ecclesiasticis, partim è profanis Scriptoribus collecti.

5.° Variæ preces è variis ecclesiasticis Scriptoribus.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCXXIV. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Joannis* Damasceni capita dialectica ad Cosmam, Majumæ Episcopum. Initio non pauca desiderantur.

2.° Ejusdem, orthodoxæ fidei accurata expositio.

3.° Oratio in Judæos, ut videtur. Initium & nomen auctoris desiderantur.

4.° Anonymi epistolæ absque titulo, verùm in quibus nihil occurrit quod sit alicujus momenti.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCXXXVII. A.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sermones sexaginta septem de rebus asceticis. Viginti octo priores & vigesimi noni pars major desiderantur; desideratur quoque nomen auctoris.

2.° Ejusdem epistola ad Abbatem Simeonem. Finis desideratur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

MCXXXVIII. A.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Sermones varii ad Ascetarum mores informandos potissimùm comparati. Initium & nomen auctoris desiderantur.

2.° Antirrhetici quatuor de variis artibus à diabolo ad inescandos homines adhiberi solitis.

3.° Præcepta ex illustriorum Cænobiarcharum dictis collecta.

4.° Aliud opus, prioris non absimile, è variis Scriptoribus, partim ecclesiasticis, partim asceticis consarcinatum.

Is codex in sanctæ Anastasiæ, Φαρμακολυτρίας dictæ, cœnobio asservatus, decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MCXL. A.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Florilegium è variis Veteris Testamenti libris.

2.° Florilegium ex asceticis sancti Basilii.

3.° Quæstiones & ad illas responsa, quibus nonnulla Scripturæ loca explicantur.

4.° Florilegium è sancti Joannis Climaci scala paradisi; item ex ejus Scholiaste.

5.° Quædam de mensuris & ponderibus, & signis quibus exprimuntur.

6.° Florilegium ex orationibus sancti Gregorii Nazianzeni.

7.° Historiæ quæ in ejusdem orationibus leguntur.

8.° Belli Trojani brevis historia, è Manasse descripta.

9.° Quot Imperatores ad Constantinum usque rerum potiti sint, quot Episcopi Hierosolymitanæ Ecclesiæ præfuerint.

10.° *Menandri* Historici fragmentum, ubi de crucis parte ex urbe Apamea, regnante Justino juniore, Constantinopolim allata.

11.° De quatuor Evangeliis.

12.° *Gabriæ* sive *Æsopi* fabulæ.

13.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni epigramma in sancti Basilii sepulchrum, adjuncta *Nicetæ* Paphlagonis interpretatione.

14.° *Joannis* Damasceni fragmentum ubi de anima, aliisque rebus.

15.° *Aberiani* fragmentum, ubi de sole, & illius cursu.

16.° Remediorum collectio ad varia morborum genera curanda idoneorum.

17.° Præcepta ad mores informandos accommodata, è Scriptoribus cùm sacris, tùm profanis collecta.

18.° Præcipua fidei capita.

19.° *Hippolyti*, Episcopi Romæ, enarratio loci Danielis, ubi de Nabuchodonosoris somnio.

20.° Aulæ Constantinopolitanæ officia.

21.° De hominis conceptione & fabrica.

22.° De aquis calidis, aliisque rebus ad physicam pertinentibus

23.° De Psalmis & instrumentis veterum Judæorum musicis.

24.° Lexicon, quo explicantur voces Veteris Testamenti minùs obviæ.

25.° Sacra Scripturæ loca quædam explicata.

26.° Tractatus quo animalium tam terrestrium quàm aquatilium natura & proprietates indagantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

ORATORES SACRI.

In-folio.

MCLXXIII. A.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Andreæ* Cretensis homilia in nativitatem beatæ Virginis.

2.° Tractatus de inventione sanctæ crucis, imperante Constantino. Incipit ἐν ἔτει ἑβδόμῳ.

3.° Sancti *Ephræmi* Syri homilia in exaltationem sanctæ crucis.

4.° Commentarius de sancto Thoma Apostolo. Incipit πάλαι μὲν τὰς.

5.° *Georgii*, Nicomediensis Episcopi, homilia in ingressum beatæ Virginis in templum.

6.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni oratio in Christi nativitatem.

7.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de eodem argumento.

8.° Sancti *Basilii* homilia ad baptismum adhortatoria.

9.° *Amphilochii*, Iconiensis Episcopi, homilia in occursum Domini.

10.° Sancti *Ephræmi* Syri homilia de futuro judicio.

11.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de jejunio.

12.° Narratio

12.° Narratio utilis de venerandis & sanctis imaginibus.

13.° Passio sanctorum quadraginta Martyrum.

14.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ duæ in annuntiationem.

15.° Vita sanctæ Mariæ Ægyptiæ.

16.° *Andreæ* Cretensis homilia in diem Palmarum.

17.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de eodem argumento.

18.° *Georgii,* Nicomediensis Episcopi, homilia in laudem beatæ Virginis.

19.° Sancti *Epiphanii* homilia in Christi sepulturam.

20.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni homilia in Pascha.

21.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de eodem argumento.

22.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni homilia in novam dominicam.

23.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in Ascensionem.

24.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni homilia in Pentecosten.

25.° Commentarius de sancto Joanne Evangelista. Incipit-ὅτι μὴ πολύ.

26.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in sanctos Apostolos Petrum & Paulum.

27.° Ejusdem, homiliæ duæ in Transfigurationem.

28.° Sancti *Joannis* Damasceni homilia in dormitionem beatæ Virginis.

29.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in decollationem sancti Joannis Baptistæ.

30.° Ejusdem homilia in venerabilem crucem.

31.° *Amphilochii,* Iconiensis Episcopi, homilia in quatriduanum Lazarum.

32.° Vita sancti Alexii.

33.° Martyrium sancti Theodori.

34.° Acta sancti Thomæ Apostoli.

35.° Martyrium sancti Demetrii.

36.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia secunda in Isaïam.

37.° Vita sancti Patapii.

38.° Vita S. Nicolai, Myrensis Episcopi.

39.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in Publicanum & in Pharisæum.

40.° Ejusdem homilia de Filio prodigo.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MCLXXXIX. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Alexandri* Monachi oratio in laudem sancti Barnabæ Apostoli.

2.° *Andreæ,* Archiepiscopi Cretæ, oratio in beatæ Mariæ Virginis nativitatem.

3.° Ejusdem oratio in crucis exaltationem.

4.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in crucem.

5.° *Georgii* Monachi homilia in laudem beatæ Mariæ Virginis.

6.° Ejusdem homilia in assumptionem beatæ Mariæ Virginis.

7.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in laudem Philogonii Martyris.

8.° Vita sancti Gregorii Nazianzeni, auctore *Gregorio,* Presbytero Cæsareensi.

9.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in occursum Salvatoris.

10.° *Amphilochii,* Iconiensis Episcopi, homilia de eodem argumento.

11.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de Filio prodigo. Major pars desideratur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MCLXXXI. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Homilia in assumptionem beatæ Mariæ Virginis. Initium & nomen auctoris desiderantur.

2.° *Andreæ* Cretensis homilia in exaltationem sanctæ crucis.

3.° Sancti *Gregorii* Nazianzeni homilia de pauperibus charitate complectendis.

4.° Ejusdem homilia in Julianum Exæquatorem.

5.° Ejusdem homilia in laudem Cypriani Martyris.

6.° Ejusdem homilia in sancta lumina.

7.° Ejusdem homilia in sanctum baptisma.

8.° Ejusdem homilia coram Gregorio Nysseno dicta.

9.° Ejusdem homilia coram centum & quinquaginta Episcopis dicta.

10.° Anonymi narratio de sanctis & venerandis imaginibus.

11.° *Theodori* Studitæ homilia in nativitatem beatæ Virginis.

12.° *Andreæ* Cretensis homilia in beatæ Virginis dormitionem. Sub finem nonnulla desiderantur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MCLXXXV. A.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Gregorii,* Thessalonicensis Archiepiscopi, homilia in ingressum beatæ Virginis in sancta Sanctorum.

2.° *Andreæ* Cretensis homilia in sanctum Nicolaum, Myrensem Episcopum.

3.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in laudem Philogonii Martyris.

4.° Sancti *Basilii* homilia in Christi Domini nativitatem.

5.° Ejusdem homilia ad baptismum adhortatoria.

6.° Vita sancti Antonii, auctore *Athanasio.*

7.° *Leonis* Sapientissimi, Imperatoris, oratio in occursum Salvatoris.

8.° *Hesychii,* Hierosolymitani Presbyteri, homilia de eodem argumento.

9.° Sancti *Basilii* homilia in laudem quadraginta Martyrum.

10.° *Andreæ* Cretensis homilia in annuntiationem.

11.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de eodem argumento.

12.° *Gregorii,* Thessalonicensis Archiepiscopi, homilia in laudem Georgii Martyris.

13.° *Theodori* Studitæ homilia in nativitatem sancti Joannis Baptistæ.

14.° *Maximi Planudis* Monachi homilia in sanctos Apostolos Petrum & Paulum.

15.° *Philothei,* Patriarchæ Constantinopolitani, homilia in laudem Phocæ Martyris.

16.° *Ceramei,* Siciliæ Metropolitæ, homilia in Transfigurationem.

17.° *Andreæ* Cretensis homiliæ duæ in beatæ Virginis dormitionem.

18.° Ejusdem homilia in decollationem sancti Joannis Baptistæ.

19.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in Publicanum & in Pharisæum.

20.° Ejusdem homilia de Filio prodigo.

21.° Sancti *Joannis* Damasceni homilia de iis qui in fide obdormierunt.

22.° *Andreæ* Cretensis homilia de eodem argumento.

23.° Sancti *Gregorii* Nysseni homilia in laudem Theodori Martyris.

24.° *Nectarii,* Archiepiscopi Constantinopolitani, homilia de eodem argumento.

25.° Anonymi narratio de sanctis & venerandis imaginibus.

26.° *Josephi,* Thessalonicensis Archiepiscopi, homilia in sanctam crucem. Major pars desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

ORATORES SACRI.

In-quarto.

MCCXX. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Homilia de extremo judicio. Initium & nomen auctoris desiderantur.

2.° *Eusebii* homilia in ingressum jejuniorum.

3.° Vita sancti Nicolai, Myrensis Episcopi.

4.° *Andreæ* Hierosolymitani, & Archiepiscopi Cretæ, oratio in laudem sancti Nicolai.

5.° *Gregorii,* Thessalonicensis Archiepiscopi, in annuntiationem beatæ Mariæ Virginis homilia.

6.° Ejusdem homilia in dominicam Palmarum.

7.° Anonymi homilia in beatæ Mariæ Virginis annuntiationem.

8.° Anonymi homilia in Christi nativitatem.

9.° Anonymi homilia in Christi baptismum.

10.° Anonymi homilia in Christi Transfigurationem.

11.° Anonymi homilia in illos qui blasphemant.

12.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de Spiritu sancto.

13.° Martyrium sancti Demetrii. Initium desideratur.

14.° *Andreæ* Cretensis homilia in pretiosam & vivificam Christi crucem.

15.° *Procopii* Diaconi, & magnæ ecclesiæ Chartophylacis, homilia in sanctos Archangelos Michaëlem & Gabriëlem.

16.° *Anastasii* Sinaïtæ responsa ad varias quæstiones sibi propositas.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

THEOLOGI.

In-folio.

MCCXXXII. *A.*

Codex bombycinus quo continetur *Euthymii* Zigabeni Panoplia dogmatica. Priores paginæ recentiori manu suppletæ sunt. Ad calcem voluminis reperitur Constantinopoleos thema Genethliacum, juxta Valentis Astronomi placita; nonnulla quoque de nominis Jacobitarum, Melchitarum & Χατζιτζαρίων origine subjuncta reperias.

Is codex anno Christi 1134. manu Georgii Presbyteri exaratus est.

MCCXLIII. *A.*

Codex chartaceus, quo continentur *Joannis Cantacuzeni*, Imperatoris, *Joasaphi* posteà, induto habitu monastico, appellati, adversùs Mohammedis errores libri quatuor, in linguam Græcam vulgarem à *Meletio* Syrico, rogatu Joannis Basilii, Moldaviæ Principis, anno Christi 1635. conversi.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

MCCLIX. *A.*

Codex bombycinus, quo continentur miscellanea è variis Scriptorum ecclesiasticorum fragmentis collecta, quorum pars ad fidem, pars ad morum doctrinam pertinet; cùm autem ex illis fragmentis quædam sint non contemnenda, ea potissimùm indicare operæ pretium erit.

1.° *Abraamii* ad Joannem τοῦ Κομμερκιαρίου epistola inedita de hocce sancti Basilii loco, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν μορφώσεσι τυπούμενον, ἀλλ' ἐντὸς τέλειον τὸ κυοφορούμενον. Quæ verba ab Hæreticis adulterata esse suspicatur, nec ita intelligi debere ostendit, quasi Christus homo perfectus ex utero materno prodiisset. Epistolæ initium λόγος ἐκινήθη.

2.° Ejusdem *Joannis* responsum, quo errores nonnulli ad Incarnationis mysterium spectantes anathemate feriuntur. Incipit αἱ μὲν τῶν ἡμετέρων λόγων κατασκευαί. In hujusce epistolæ titulo Joannes ἅγιος appellatur; quod argumento est illum vel Presbyterum, vel Episcopum fuisse.

3.° *Abraamii* ad Episcopum Rhædesti, urbis in Thracia sitæ, epistola, qua ipsum interrogat an rectæ fidei consentaneum sit dicere carnem Christi ἀνάγεσθαι ὑπὸ τὸ συνεχὲς ποσόν, ἢ ὑπὸ τὸ διωρισμένον. Illius nondum editæ initium προετέθη μὲν ὑπὸ τῆς σῆς προσότητος.

4.° Fragmentum è Justini Martyris opere deperdito, quod inscribitur de recta fide. Incipit ἕνα τοίνυν θεὸν σέβειν; sunt tamen inter eruditos plurimi, qui huncce tractatum Justini esse negent.

5.° *Michaëlis*, Syngelli Hierosolymitani, libellus ineditus de orthodoxa fide. Initium πιστεύω εἰς ἕνα θεόν.

6.° Anonymus, de sex primis conciliis œcumenicis. Incipit πρώτη σύνοδος γέγονεν οἰκουμενική.

7.° Quæstiones *Anastasii* Sinaïtæ; is autem in hoc nostro codice Nicænus appellatur.

8.° Sancti *Joannis Chrysostomi* fragmentum de libris canonicis.

9.° *Isidori* Pelusiotæ fragmentum de eodem argumento.

10.° Nomina Prophetarum, Prophetissarum & Apostolorum.

11.° Capita centum & tredecim ad morum doctrinam spectantia. Desiderantur novem priora, ut & nomen auctoris.

12.° Sancti *Basilii* historia mystagogica ecclesiæ catholicæ, quod opus plerique *Germano*, Patriarchæ Constantinopolitano, tribuunt.

13.° Euphrosyni coqui vita. Incipit οὗτος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν.

14.° Capita centum & quadraginta octo ad mores informandos idonea. Pars major desideratur.

15.° Vita sancti Onuphrii. Incipit μιᾷ τῶν ἡμερῶν σπουδὴν ἐποιησάμην.

16.° Capita de morum doctrina. Pars major desideratur.

17.° Sancti *Athanasii* quæstiones ad Antiochum. Finis desideratur.

Is codex sub finem sæculi decimi tertii exaratus videtur.

JUS CANONICUM ET CIVILE.
In-folio.

MCCCLI. *A.*

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Legum nova collectio, Imperatorum Leonis, Constantini, & Basilii jussu promulgata, & in varios titulos divisa. Index præmittitur.

2.° *Athanasii,* Archiepiscopi Constantinopolitani, variæ constitutiones ad jus canonicum pertinentes.

Is codex in monasterio sanctæ Anastasiæ, φαρμακολυτρίας dictæ, quondam asservatus, sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCCCLVII. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Jus civile ordine alphabetico dispositum. Desiderantur priores litteræ tres & pars quartæ. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia.

2.° *Romani* Imperatoris novellæ, unà cum scholiis.

3.° *Constantini* Imperatoris novellæ, unà cum scholiis.

4.° *Nicephori* Imperatoris leges, unà cum scholiis.

5.° *Basilii* Imperatoris leges, unà cum scholiis.

6.° *Sisinnii,* Archiepiscopi Constantinopolitani, synodicon, ne duobus fratribus liceat ducere duas consobrinas. Accedunt scholia.

7.° *Athanasii,* Patriarchæ Constantinopolitani, quædam juris capita.

8.° Sedium metropoliticarum catalogus.

9.° Anonymi lexicon, quo explicantur voces Latinæ quæ in juris civilis libris occurrunt.

10. *Moschionis* præcepta quædam ad morum doctrinam pertinentia.

12.° Aliud juris lexicon.

Hujusce codicis pars longè maxima sæculo decimo, cætera decimi quarti initio videntur exarata.

MCCCLXIII. *A.*

Codex chartaceus, quo continetur *Constantini Harmenopuli* promptuarium juris civilis, libris sex, titulis verò octoginta duobus comprehensum. Præmittitur 1.° *Neophyti,* Patriarchæ Constantinopolitani, Tomus, unà cum Episcoporum subscriptionibus. 2.° Index capitum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

JUS CANONICUM ET CIVILE.
In-quarto.

MCCCLXXVII. *A.*

Codex chartaceus, quo continetur juris canonici promptuarium. Index præmittitur; auctoris verò nomen non comparet.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCCCLXXVII. *B.*

Codex chartaceus, quo continetur juris canonici promptuarium ex aliis compluribus ejusdem argumenti libris collectum. Auctoris nomen ignoratur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

MCCCLXXXI. *A.*

Codex membranaceus, quo continetur jus civile in epitomen contractum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCCCLXXXV. *A.*

Codex chartaceus, quo continetur *Michaëlis Attaliatæ* promptuarium juris civilis ordine alphabetico dispositum. Index præmittitur.

Is codex in monasterio sanctæ Anastasiæ, Φαρμακολυτρίας dictæ, quondam asservatus, anno Christi 1458. exaratus est.

HISTORIA ECCLESIASTICA.
In-folio.

MCDXXVIII. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur *Josephi* de bello Judaïco liber secundus, tertius & quartus. In secundo pauca initio & sub finem desiderantur. In tertio index & paucæ tantùm paginæ supersunt. Quartus integer, si paginas quasdam laceratas exceperis.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MDI. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Vita sancti Abercii. Initium desideratur.

2.° Commentarius de ſancto Jacobo Apoſtolo & fratre Chriſti Domini, Initium οὐκ οὕτως ἡδύ τι τοῖς φιλαρέτοις.

3.° Martyrium ſancti Arethæ & ſociorum. Incipit ἔτος μὲν ἤδη τέταρτον.

4.° Sancti Andreæ in Criſi martyrium. Incipit πολλὴ κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων.

5.° Sancti Artemii martyrium. Incipit μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου.

6.° Vita ſancti Hilarionis. Incipit ἐν Παλαιστίνῃ πόλις ἐστίν. Duæ tantùm paginæ ſuperſunt.

Is codex ſæculo undecimo exaratus videtur.

M D L I V. *A.*

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Sancti *Athanaſii*, Archiepiſcopi Alexandrini, narratio de imagine Chriſti Berytenſi.

2.° Anonymus, de miraculo imaginis Chriſti in puteo ad magnam eccleſiam Conſtantinopolitanam. Incipit διαποντικῶν καὶ παραδόξων θαυμάτων.

3.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* homilia in vanitatem vitæ, & in mortuos.

4.° Sancti Joannis Evangeliſtæ peregrinationes.

5.° Sancti Thomæ Apoſtoli peregrinationes.

6.° Anonymi narratio ad terrorem incutiendum, moreſque emendandos imprimis idonea. Ibi de Monacho quodam, qui poſt mortem conſpiciendum ſe præbuit.

7.° Sancti *Epiphanii* homilia in Chriſti ſepulturam.

8.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* homilia in Chriſti reſurrectionem.

9.° Ejuſdem homilia in annuntiationem.

10.° *Andreæ* Cretenſis homilia in quatriduanum Lazarum.

11.° Sancti *Athanaſii* homilia in magnam Paraſceven.

12.° *Leontii*, Preſbyteri Conſtantinopolitani, homilia in Jobum.

13.° *Amphilochii*, Iconienſis Epiſcopi, homilia in Mulierem peccatricem.

14.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* homilia in illud Matthæi: *Pater, ſi poſſibile eſt.*

15.° *Procli*, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, homilia in Transfigurationem.

16.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* homilia in Apoſtolorum principes Petrum & Paulum.

17.° *Andreæ* Cretenſis homilia in Deiparæ dormitionem.

18.° *Eulogii*, Epiſcopi Antiocheni, homilia in dominicam palmarum.

19.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* homilia de ablutis à Chriſto Apoſtolorum pedibus. Incipit ἔλεον θεοῦ καὶ φιλανθρωπίαν. Finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

M D L V. *A.*

Codex bombycinus, quo continentur collectanea varii argumenti, hoc ordine:

1.° De viris illuſtribus qui in ſacra Scriptura, Jacobi, Joannis & Zachariæ nomine noti ſunt.

2.° De variis perſecutionibus, quarum in Novo Teſtamento mentio fit.

3.° Cur diei quartæ & paraſceves jejunium inſtitutum ſit.

4.° Quibus & quot idolis Iſraëlitæ ſacra fecerint.

5.° Brevis chronologia, ab Adamo ad Flavium uſque Tiberium, qui noſtro huic auctori Caſtinus appellatur, deducta. Ibi quoque de annis Regum qui apud Perſas rerum potiti ſunt.

6.° *Euſtathii* Epiphanienſis hiſtoria in epitomen contracta. Auctor præmiſſâ brevi rerum ab Adamo ad Auguſtum uſque geſtarum, è Joſephi antiquitatibus, chronologiâ, fuſiùs ea perſequitur quæ ad cæteros Imperatores ſpectant. Deſinit ad annum Juſtiniani trigeſimum ſextum. Ibi nonnulla de rebus partim civilibus, partim eccleſiaſticis reperias, non indigna quæ publicam lucem aſpiciant; noſter autem hic Euſtathius Evagrio Scholaſtico antiquior fuit, à quo ſcilicet ſæpenumerò laudatur.

7.° Catalogus Patriarcharum, Metropolitarum & Autocephalorum.

8.° Loci communes, cùm ex eccleſiaſticis, tùm è profanis Scriptoribus collecti.

9.° Fidei expoſitio.

10.° Capita quædam theologica de euchariſtia.

11.° Carmina in varias Chriſti imagines, quæ in eccleſiis viſuntur.

12.° Quorumdam ſacræ Scripturæ

locorum explicatio, ad morum doctrinam præsertim accommodata.

13.° *Cassiani* Abbatis tractatus de octo vitiosis cogitationibus.

14.° Varia precationum genera.

15.° Qui singulis horis psalmi recitandi sint.

16.° *Joannis,* Episcopi Constantinopolitani, enarratio in parabolas evangelicas.

17.° De septem primis conciliis generalibus, illorumque serie chronologica.

18.° Fragmentum de hæresibus.

19.° Fragmentum de variis Dei operibus. Ibi laudatur Philippus Sidetes tomo duodecimo historiæ christianæ.

20.° Brevis chronologia, à mundi creatione ad Constantinum usque magnum deducta.

21.° De mundi & hominis creatione.

22.° Responsa ad varias quæstiones, quarum pars major ad theologiam pertinet.

23.° Sancti *Basilii* historia ecclesiastica, quod opus idem est omninò cum illo cujus titulus θεωρία μυσταγωγική, & quod in aliis codicibus Germano, Patriarchæ Constantinopolitano, tribuitur.

24.° Capita fidei à singulis Apostolis proposita & tradita.

25.° Fragmenta è Basilio, Gregorio Nazianzeno & Joanne Chrysostomo.

26.° Fragmenta ex Eusebii chronicis & Hesychio, quo tempore Christus natus est.

27. *Hippolytus,* de locis quibus evangelium Apostoli prædicarunt, & quibus supremum diem obiere.

28.° Idem, de septuaginta Discipulis.

29.° Excerpta è Maximo Confessore, Isidoro Pelusiota & Basilio magno.

30.° Quædam ad officium Græcorum ecclesiasticum spectantia.

Is codex initio sæculi decimi quarti exaratus videtur.

HISTORIA ECCLESIASTICA.

In-quarto.

MDCIII. A.

Codex membranaceus, quo continentur libri secundi historiæ ecclesiasticæ, à *Theodoreto* conscriptæ, capita septemdecim ultima, & libri tertii capita septem priora.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MDCX. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Martyrium sancti Clementis. Initium desideratur.

2.° Paterici pars exigua.

3.° Historia rerum, in synodo ad Quercum adversùs sanctum Joannem Chrysostomum habita, gestarum, unà cum *Innocentii,* summi Pontificis ad Arcadium Imperatorem epistola.

4.° *Michaëlis Oxitæ,* Patriarchæ Constantinopolitani, institutio de jejunio sexta die servari solito.

5.° Anonymus, de vitæ monasticæ origine, & quis illius scopus.

6.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in vanitatem vitæ & in mortuos.

7.° *Lucæ,* Patriarchæ Antiocheni, ad Joannem, Episcopum Heracleæ, epistola dogmatica, ubi de Incarnationis mysterio potissimùm disseritur.

8.° Anonymus, de Hæreticis, illorumque erroribus.

9.° Sancti *Joannis* Damasceni homilia de iis qui in fide obdormierunt.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

HISTORIA ECCLESIASTICA.

In-octavo.

MDCXXXI. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hilarionis Cigalæ,* primarii Ecclesiæ Constantinopolitanæ Magistri, Cypri posteà Archiepiscopi, brevis septem ætatum chronologia.

2.° Res mirabiles quæ sub Veteri Testamento contigerunt, versibus politicis.

3.° Anonymi scholium de virginitate.

4.° *Pindari* Olympia.

5.° *Constantini Harmenopuli* lexicon.

6.° De variis mensurarum generibus.

7.° Anonymi logica.

8.° Anonymus, de conscribendarum epistolarum ratione, variisque illarum generibus.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

HISTORIA PROFANA.

In-quarto.

MDCCXXXII. A.

Codex chartaceus, quo continetur belli Trojani hiſtoria, lingua Græca vulgari ſcripta. Initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

PHILOSOPHI.

In-folio.

MDCCCXCVII. A.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° *Ammonii* commentarius in Ariſtotelis categorias. Initium deſideratur.

2.° *Ariſtotelis* categoriæ. Accedunt gloſſæ interlineares & anonymi ſcholia. Initium deſideratur.

3.° Idem, de interpretatione, cum ſimilibus gloſſis & ſcholiis. Finis deſideratur.

4.° Ejuſdem analytica priora & poſteriora, cum ſimilibus gloſſis & ſcholiis.

5.° Ejuſdem topica, nullis adjunctis gloſſis aut ſcholiis.

6.° *Michaëlis* Epheſii commentarii in Ariſtotelis ſophiſticos elenchos.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

PHILOSOPHI.

In-quarto.

MMXLVII. A.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Problematum medicorum & naturalium libri duo, auctore *Alexandro Aphrodiſæo*. Initio libri primi non pauca deſiderantur.

2.° *Caſſii* problemata medico-phyſica. Finis deſideratur.

3.° Græci, nî fallor, recentioris problemata phyſica. Initium & finis, auctoriſque nomen deſiderantur.

4.° Folia quædam variis locis inſerta, ubi diſſidii Græcam inter & Latinam Eccleſiam orti cauſæ explicantur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMLII. A.

Codex chartaceus, quo continetur *Ammonii,* Hermiæ filii, commentarius in Ariſtotelis categorias.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

GRAMMATICI.

In-quarto.

MMDLXXV. A.

Codex membranaceus, quo continetur *Manuëlis Moſchopuli* Cretenſis ſchedographia.

Is codex anno Chriſti 1442. exaratus eſt.

MMDLXXVII. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Manuëlis Moſchopuli* ſchedographia.

2.° *Libanii* deſcriptiones variæ.

3.° Ejuſdem epiſtolæ quadringentæ & octo.

4.° Ejuſdem orationes duæ ad Julianum Imperatorem.

5.° Pſalmorum brevis explicatio.

6.° Excerpta quædam è ſancto Maximo Confeſſore.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

MMDXCIII. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Grammatica. Initium, finis & nomen auctoris deſiderantur.

2.° *Manuëlis Moſchopuli* grammatica. Finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

LEXICOGRAPHI.

In-quarto.

MMDCLXIV. A.

Codex chartaceus, quo continetur lexicon. Initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

POETÆ.

In-folio.

MMDCCL. A.

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Capita centum de rebus ad morum doctrinam pertinentibus, verſibus partim hexametris, partim iambicis, partim anacreonticis ſcripta. Ex illis capitibus, triginta & unum deſiderantur; ſingulis autem ſubjunctus eſt commentarius; conjecta præterea ad marginem ſcholia.

2.° Capita alia iisdem de rebus. Præmittitur epistola auctoris, cujus nomen non comparet; operis autem initium νῦν ἤδη πάντων βέλτιστε.

3.° Anonymi tractatus, quo christianæ religionis veritas adversùs Judæos asseritur. Incipit ἐπειδήπερ πολλοὶ τῶν τῶν.

4.° *Pythagoræ* versus aurei.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

POETÆ.

In-quarto.

MMDCCLXXXII. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Pindari* Olympia. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, ab editis diversa. Præmittitur vita Pindari.

2.° *Æschyli* fabulæ duæ, videlicet, Prometheus vinctus & septem ad Thebas. Conjecta ad marginem brevia quædam scholia, in quibus nihil quod ab editis discrepet.

3.° Introductionis ad grammaticam liber quartus, auctore *Theodoro Gaza.* Conjecta ad marginem scholia.

4.° Anonymi de conscribendarum epistolarum ratione tractatus.

5.° *Euthymii* Zigabeni capita duodecim adversùs Latinos, de Spiritus sancti processione.

6.° *Photii,* Patriarchæ Constantinopolitani, responsio ad hancce quæstionem: *Si Filius in Patre & Pater in Filio, cur Pater non dicitur incarnatus esse.*

7.° *Cyrilli* capitula duodecim, sive anathematismi adversùs Nestorium.

8.° Anonymi versus in quatuor Evangelistas.

9.° Versus in laudem Lascaris, qui Romæ diem supremum obiit.

10.° Expositio historiarum quæ in sancti Gregorii Nazianzeni adversùs Julianum Apostatam orationibus leguntur.

11.° *Michaëlis Apostolii* poëma inscriptum galeomyomachia. Præmittitur *Aristobuli Apostolii* præfatio.

12.° *Mathusalæ* Monachi versus inscribendi tumulo Georgii Critopuli.

13.° Psalmorum metaphrasis, auctore *Apollinari.* Desinit in psalmo trigesimo sexto.

14.° *Nicolai Sophiani* de constructione & usu astrolabii tractatus, Paulo III. summo Pontifici inscriptus. Qua in urbe & quo anno editus sit non annotatur.

15.° Catalogus librorum Græcorum qui Venetiis editi sunt.

Is codex ineunte sæculo decimo sexto videtur exaratus.

MMDCCCXII. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Euripidis* Hecuba. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem brevia quædam scholia, verùm in quibus nihil reperias quod sit alicujus momenti.

2.° *Sophoclis* fabulæ duæ, Ajax Flagellifer & Electra. Passim inter lineas glossæ; conjecta verò ad marginem scholia, eadem omninò cum illis quæ Demetrio Triclinio tribuuntur.

3.° *Theocriti* idyllia. Passim inter lineas primorum idylliorum glossæ.

4.° Fistula & ara, poëmatia ad Theocriti calcem edita. Præmittitur utriusque poëmatii interpretatio.

5.° *Holoboli* in securim poëmatium brevis interpretatio. Finis desideratur.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

APOLOGI ET FABULÆ ROMANENSES.

In-quarto.

MMCMII. A.

Codex chartaceus, quo continetur liber inscriptus ἰχνηλάτης, vulgò specimen sapientiæ Indorum, sive dialogus inter Absalonem Regem Indiarum, & Gymnosophistam; quod opus à *Symeone Sethi* primùm Græcè redditum, secutis temporibus in linguam Græcam vulgarem conversum est.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

ORATORES ET SOPHISTÆ.

In-folio.

MMCMXXXIX. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Lysiæ* apologia pro cæde Eratosthenis.

2.° Ejusdem oratio in Simeonem.

3.° Ejusdem oratio de vulnere ex industria illato.

4.° Ejusdem

4.° Ejuſdem oratio apologetica de ſacræ olivæ trunco.

5.° Ejuſdem accuſatio ad familiares obtrectatores.

6.° Ejuſdem oratio pro milite.

7.° Ejuſdem orationes duæ adversùs Theomneſtum.

8.° Ejuſdem oratio adversùs Eratoſthenem, è triginta tyrannis unum.

9.° Ejuſdem oratio contra Agorati delationem & judicium.

10.° Ejuſdem orationes duæ adversùs Alcibiadem.

11.° Ejuſdem oratio adversùs Pancleonem.

12.° Ejuſdem oratio ad delationem, quòd cùm impotens non eſſet, à republica pecuniam acciperet.

13.° Ejuſdem oratio pro Mantitheo.

14.° *Syneſii* oratio de regno ad Imperatorem Arcadium. Titulus & nomen auctoris deſiderantur.

15.° Ejuſdem Dio; titulus quoque & nomen auctoris deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

ORATORES ET SOPHISTÆ.

In-quarto.

MMCMLXXXIII. *A.*

Codex bombycinus, quo continentur:

1.° Tractatus de rhetorica, ubi præcepta explicantur, & varia declamationum exempla proponuntur. Deſiderantur initium & nomen auctoris.

2.° *Cleomedes,* de orbium cœleſtium contemplatione. Liber ſecundus integer & primi pars fermè dimidia deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

MMCMLXXXVI. *A.*

Codex chartaceus, quo continetur artis rhetoricæ compendium. Auctoris nomen non comparet.

Is codex ſæculo decimo ſeptimo exaratus videtur.

MMCMXCI. *A.*

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Iſocratis* oratio ad Demonicum.

2.° Antiquiorum Oratorum nomina, & quot ſint illorum orationes.

3.° *Æſopi* fabulæ, quarum pars major deſideratur.

4.° Juris promptuarium, auctore *Michaële Attaliata.*

5.° *Baſilii* ad Gregorium Nazianzenum epiſtola. Incipit ἐπέγνων.

6.° *Libanii* & *Baſilii* epiſtolæ mutuæ.

7.° *Nicephori Gregoræ* monodia in mortem magni Logothetæ.

8.° Ejuſdem monodia in mortem Andronici Palæologi.

9.° Ejuſdem epiſtolæ complures, in quarum ultima, ad magnum Logothetam data, de aſtronomia diſſeritur.

10.° *Agrippæ* Regis ad Judæos oratio, ut ipſos à bello adversùs Romanos gerendo dehortetur. Reperitur apud Joſephum.

11.° *Joſephi* ad Judæos oratio.

12.° *Titi,* Veſpaſiani filii, concio.

13.° De proborum & improborum ſedibus.

14.° *Joſephi* de Chriſto locus.

15.° Salomonis Sapientia.

16.° Salomonis Pſalmi.

17.° Sapientia Jeſu, filii Sirach.

18.° Signa quibus hominum mores internoſci poſſunt. Auctoris nomen deſideratur.

19.° *Matthæi,* Epheſini Metropolitæ, precationes variæ.

20.° *Baſilii,* Imperatoris, ad Leonem filium exhortationum capita ſexaginta ſex.

21.° *Secundi,* Pythagorici, reſponſa ad quæſtiones ſibi ab Imperatore Hadriano propoſitas.

22.° Quòd improbi affectus Dei auxilio eliminentur.

23.° *Catonis* diſticha Græcè converſa.

24.° Præcepta à ſeptem Sapientibus tradita.

25.° Imperatorum Conſtantinopolitanorum nomina ad Manuëlem uſque Comnenum, verſibus iambicis.

26.° Patriarcharum, Judicum & Regum Judæorum nomina.

27.° Regum Chaldæorum, Perſarum & Aſſyriorum nomina.

28.° Reges Ægyptii.

29.° Imperatorum Romanorum brevis hiſtoria.

30.° Imperatorum Constantinopolitanorum chronologica series, ad Comnenum usque, qui Constantinopolim Francis eripuit.

31.° Quæ sint legatorum officia.

32.° Non esse definitum vitæ humanæ tempus.

33.° *Theophylacti Simocattæ* epistolæ morales & amatoriæ.

34.° *Ignatii* Diaconi tetrasticha, è Gabriæ Æsopicis expressa.

35.° *Manuelis Phile* versus iambici in laudem magni Domestici Joannis Cantacuzeni.

36.° *Matthæus* Hieromonachus, de officiis aulæ Constantinopolitanæ.

37.° *Catonis* disticha à *Maximo Planude* Græcè conversa. Passim inter lineas glossæ.

38.° Ænigmata varia.

39.° Decalogus.

40.° Dialogi mortuorum, ubi Mazari & illorum nonnulli quibuscum in aula Constantinopolitana vixerat, colloquentes introducuntur.

Is codex in monasterio sanctæ Anastasiæ, Φαρμακολυτρίας dictæ, quondam asservatus, anno 1420. exaratus est.

MMCMXCV. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Demosthenis* olynthiaca tertia. Initium desideratur.

2.° Ejusdem oratio prima adversùs Philippum.

3.° Ejusdem oratio de corona. Conjecta ad marginem brevia quædam scholia, nec illa magni momenti.

4.° Ejusdem oratio adversùs Timocratem.

5.° Ejusdem oratio de legatione ad Philippum malè ab Æschine obita. Conjecta ad marginem scholia, in quibus nihil aut parùm quod ab editis discrepet. Finis desideratur.

6.° *Synesii* epistolæ. Conjecta interdum ad marginem brevia quædam scholia.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MMMVI. A.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aristidis* Panathenaïca oratio. Conjecta ad marginem scholia, in quibus nihil omninò quod ab editis discrepet. Præmittitur auctoris vita, initio mutila, & orationis hujusce argumentum.

2.° Ejusdem apologia pro quatuor viris, Pericle nempè, Cimone, Miltiade & Themistocle. Conjecta ad marginem scholia.

3.° Ejusdem communis apologia, cum similibus scholiis.

4.° Ejusdem oratio in natalem Apellæ.

5.° Ejusdem apologia adversùs ignaros auditores, à quibus reprehendebatur quòd non frequentiùs declamaret.

6.° Ejusdem monodia in Smyrnam motu terræ obrutam.

7.° Ejusdem epistola ad Imperatores Marcum Antoninum & Lucium Verum.

8.° Ejusdem epistola ad Græcos, qua restaurationem Smyrnæ gratulatur.

9.° Ejusdem gratulatio de Smyrna post terræ motum insigniter restaurata.

10.° Ejusdem oratio in laudem Smyrnæ.

11.° Ejusdem querela de templo Cereris in Eleusine incenso.

12.° Ejusdem oratio in prodentes causam suam Sophistas.

13.° Ejusdem suasoria ad civitates Asiæ.

14.° Ejusdem suasoria ad Rhodios, de concordia.

15.° Ejusdem oratio Ulyssis nomine, ad Achillem.


16.° Ejusdem oratio in Minervam divinatricem.

17.° Ejusdem oratio in Asclepiadas Podalirium & Machaonem.

Is codex in monasterio sanctæ Anastasiæ, Φαρμακολυτρίας dictæ, quondam asservatus, sæculo decimo quinto exaratus videtur.

Finis Tomi secundi.

INDEX



INDEX PRIMUS SCRIPTORUM

QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE RECENSENTUR.

Monendus est lector, Numeros Arabicos non ad paginas, sed ad Numeros singulis Codicibus præfixos referri debere.

A.

De animi

B.

In sanctum

I.

Nicephorus Blemmydes.

Nicephorus Botaniates.

Nicephorus Choniates.

Nicephorus Chumnus.

Nicephorus, Constantinopolitanus Episcopus.

Nicephorus, Constantinopolitanæ Ecclesiæ Presbyter.

Nicephorus Gregoras.

Nicephorus Patricius.

Nicephorus Phocas.

Romanus *Nicephori*, Thessalonicensis, Macedo.

Nicephorus Xanthopulus.

Tabulæ

V.

X.



INDEX SECUNDUS
ANONYMORUM QUORUMDAM
IN HOCCE VOLUMINE RECENSITORUM.



INDEX TERTIUS
COMPLECTENS SANCTORUM VITAS.

Septem

ERRATA.

PAgina 6. columna secunda, linea 38. *ὀρύσπων*, *lege* *ὀρύσσων*.
Pag. 22. col. 1. lin. 35. *περιπωεία*, *lege* *περιθωεία*.
Pag. 39. col. 2. lin. 39. Calebitæ, *lege* Calybitæ.
Pag. 59. col. 2. lin. 32. Calceæ, *lege* Calecæ.
Pag. 62. col. 1. lin. 25. *θεοπέσιος*, *lege* *θεσπέσιος*.
Pag. 63. col. 1. lin. 22. Pachymero, *lege* Pachymera.
Pag. 70. col. 1. lin. 21. desiderantur, *lege* desideratur.
Pag. 91. col. 1. lin. 27. in Julianum oratio, *dele* oratio.
Pag. 96. col. 2. lin. 1. Xist, *lege* Xysti.
Pag. 166. col. 1. lin. 28. Epitecti, *lege* Epicteti.
Pag. 200. col. 2. lin. 44. professione, *lege* professio-ve.
Pag. 210. col. 1. n.° MLVII. *lege* MLVIII.
Pag. 216. col. 2. lin. 29. ad Thomam, *lege* ad Cosmam.
Pag. 218. col. 2. lin. 23. quo, *lege* quibus.
Pag. 226. col. 2. lin. 46. Melandrii, *lege* Menandri.
Pag. 259. col. 1. lin. 1. Blemnydæ, *lege* Blemmydæ, & sic pag. 281. col. 2. lin. 12. pag. 316. col. 1. lin. 5.
Pag. 287. col. 1. lin. 7. Grangensis, *lege* Gangrensis.
Pagina 303. columna prima, linea 19. Chamateri, *lege* Chomateni.
Pag. 313. n.° LCCCXCI. *lege* MCCCXCI.
Pag. 325. col. 1. lin. 44. Theophanii, *lege* Theophanis.
Pag. 328. col. 2. lin. 29. Eulempii & Eulempiæ, *lege* Eulampii & Eulampiæ.
Pag. 349. col. 1. lin. 41. Eudoxiæ, *lege* Eudoxii.
Pag. 357. col. 1. lin. 40. Panteleone, *lege* Pantaleone.
Pag. 361. col. 2. lin. 19. is codex maximam partem .... alteram, *lege* hujusce codicis maxima pars .... altera.
Pag. 372. col. 2. lin. 28. Martyrium nondum edita, *lege* nondum editum.
Pag. 405. col. 1. lin. 20. Batrachyomomachia, *lege* Batrachomyomachia.
Pag. 456. col. 1. lin. 44. de tumoribus quæ, *lege* qui.
Pag. 487. col. 2. lin. 25. Hieronis, *lege* Heronis.
Pag. 570. col. 2. lin. 28. Doxapatri, *lege* Doxopatri.
Pag. 587. col. 2. lin. 42. Philippicæ duodecim, *lege* Philippicæ quatuor.







